¶ [Quoniam nouit dominus] i. approbat et acceptat [viam iustorum] i. progressum vite eorum [et iter] i. progressus vite et opus [impiorum peribit] per reprobationem sine fructu coram domino tanquam non approbatum sed reprobatum ab eo. Ac si diceretur: peribit: pro non nouit dominus vt hoc sit nesciri a domino quod est perire et hoc sit sciri a domino quod est manere. Nosse dicitur dominus per scientiam. Ita nouit tam bona quam mala. Item per approbationem: et sic sola bona vt hic. Item per experientiam: et sic christus nouit infirmitates nostras. dicitur etiam nosse quia facit nosse. vt ibi. nunc cognoui quod timeas dominum. i. feci te et alios cognoscere. ¶ Moraliter etiam potest illud psalmus de vnoquoq3 iusto intelligi vt sic dicamus. Omnis vir erit iustus eritq3 beatus qui non consentit in malo alterius. nec ipse malum facit aut docet: hoc est qui non peccat cogitando: operando. verbis vel exemplis docendo. Cuius voluntas et meditatio semper est in lege domini. quia vir sanctus sacram scripturam semper debet ante oculos ponere. et ad eius regulam actus suos dirigere. Hic tanquam lignum firmiter stabilitum secus decursus aquarum plantatur: cum per infusionem sancti spiritus in charitate radicatur et firmatur. Et quia charitas nunquam ociosa est: ideo fructum bonorum operum in tempore suo dabit: quia pro varijs temporibus varia opera exercebit. Et folium eius. i. verba eius non defluent in terram: sed potius de deo et de celestibus loquitur. Uel non defluent in mortale peccatum: licet quandoq3 fluant: quia sermo eius in veritate consistit/et a superfluitate verborum linguam compescit facta quoq3 eius prosperantur: quia mala bonis non admiscentur: et bene cepta vsq3 ad finem perducuntur. Non solum autem prospera: sed etiam aduersa: non solum bona sed etiam mala cooperantur ei in bonum: quia post culpam fortior resurgit et cautior ad iustitiam redit et miro modo fit quod vnde peccauit inde iustior existit. Ubi Augustinus. Omnis scriptura ad imitationem mediatoris dei et hominum hominis christi

Nosse dicit christus quia nosse facit. Alias psal.

Aug.

iesu fideles inuitat: vt per imitationem ad similitudinē eius peruenire mereantur. Hic ergo et hic primus ps. docet credētes vt largitorem et auctorem vere beatitudinis sequantur declinando mala et faciendo bona vt perueniant ad similitudinem eius. Ubi et

Hilarius. hilarius. Speciosissimū autē hoc et dignissimū incipiendorū psalmorū spiritus sctūs sumpsit exordiū vt humanā infirmitatem per spem beatitudinis ad innocens religionis studium adhortaretur vt sacramentum dei corporati doceret. vt cōionē glorie celestis polliceretur: vt penā iudicij demonstraret: vt differentiam resurrectionis ostenderet: vt prouidentiā dei in retributione monstraret: perfecta scilicet consummataque resurrectione tante prouidentie ordinem inchoauit: vt hoīs imbecillitatē ad fidei studium beati viri spes illiceret: spei beatitudinē parat ligni similitudo spōderet isolētē impietatē intra metū denunciata ipsius seueritas coherceret: meriti differētiā in psalmis sanctorum conditionis ordo distinguere: tū magnificētiā in cognoscendis iustorū vijs equitas constituta monstraret. Oratio.

Effice nos dñe tanquam fructuosissimū lignū ante cōspectū tuū: vt tuis imbribus irrigati/mereamur tibi fructuum fructuum vbertate placere. Per dominum.

Psalmus de conuentu infideliū cōtra Christum in sua passiōe. Et de regni Christi institutione et delatione.

Psalmus. II.

Quare fremuerunt gētes: & populi meditati sunt inania? †vt qd.

¶ Psalmus iste scds est in ordine et primus in titulo. Unde et in octib9 apostolorum primus dicit. ¶ Auctor huius psalmi pphēta dauid. ¶ Titulus ps. dauid: hoc est ps. ille. i. tractatus ille qui dicit ps. q: mouet ad bene operandū attribuit dauid: id est xpo manu forti qui agit hic de se rege vt subijciamur ei. ¶ Materia: regnum xpi: et cōuentus infideliū contra ipm. ¶ Intentio: subdere hoīes regno xpi: et eos spē bone vite nō in seipsis sed in christo cōstituere. ¶ Sētētia in gnāli: pphēta in isto ps. loquitur in persona sua vel xpi de cōuētu infidelium cōtra xpm in sua passiōe: eorūdēque infideliū destructione. Itē de regni xpi institutione: et de ipius xpi inenarrabili eterna generatiōe. Insup de regni xpi instituti dilatione: et dilatati veneratione. ¶ Sententia in speciali. Increpās ergo per sequētes pphēta vel xpo dicit. Quia xpo talis et tantus est qualem et quantū eum pphēta supra describit: vel q: talis et tātus sum qualē et quātum me propheta describit [Quare] .i. qua sua vtilitate [fremuerūt] vt fere: sine ratiōe [gētes] .i. gētiles .s. romāni milites cōtra xpm vel contra me talem et tm [et populi] .s. israel .i. iudei [meditati sunt inania] cogitātes extiguere christi vel meū nomē et regnū ne perderēt gētē et locū. q. d. frustra. q: nō sunt cōsecuti intentū sed euenit cōtrariū. nā q: innocētē dñm occiderunt ideo nomē eius

eius duxerunt:ideo et gentem et
locum perdiderunt. Utroq; mo-
do actum est vt dum suum consi-
liu; implere se crederēt ɔsiliū do
mini nolētes ꝛ nesciētes iplerēt.

2 Astiterunt reges ter
re: & principes cōuene
rūt in unum: aduersus
dominum & aduersus
Christum eius.

¶ [Astiterunt] ɔtra regē celi [re
ges terre] scilicet herodes prior
qui pueros occidit: et posterior q
in morte xp̄i consensit: et pilatus
vice regia fungētes. [ꝛ pricipes]
iudeorū scil; annas et caiphas
[cōuenerunt simul in vnū] prauū
[cōsensum & voluntatem [aduer-
sus dominū] patrē: q ei ɔtradicit
filio contradicit ꝛ patri. [ꝛ aduer
sus xp̄; eius] scilic; filium vel me
vnctum p̄e participibus meis: ꝛ
sic nō solū minores sed etiā maio
res surrexerunt cōtra eum. Quod
adhuc futurū p̄uidebat in re tan
q̄ preteritum ponit propter cer-
titudinē ꝓphetie: ꝛ q: iā preteri-
rat in ɔstensione. Hec ergo fece-
runt dicentes.

3 Dirūpamus uincula
eorū: & † projiciamus à
nobis iugum ipsorum.

Al'. † abijcia mus.

¶ [Dirūpam⁹ vīcula eoꝝ] s. domi
ni patris ꝛ xp̄i eius. vel xp̄i ꝛ suo
rū. i. obligationes quibus in eorū
seruitute alligari et detineri pos-
simus [ꝛ proijciamus a nobis] ne
dominetur super nos [iugu; ipso
rū] scilicet legē nouā in quam vo
lunt nos inducere: eamq; ceruici
nostro imponendo nos ligare. q.
d. destruamus vincula religionis
christiane: ne nos sibi valeant
astringere et subiugare. hoc apte
duris et rebellibus conuenit qui
nolunt suaue iugū christi sibi im-
poni: et qui renuunt superiorib⁹
subiugari. Sed.

4 Qui habitat in celis
irridebit eos: & domi-
nus subsannabit eos.

¶ [Qui habitat in celis] spūali-
ter. i. i sanctis animabus ꝛ ange-
lis. vel in celis. i. celestibus man-
sionibus. scil; de⁹ [irridebit eos]
facto. i. irrisibiles dabit cū nō im-
pleuerint propositum. et iactanti
am eorū derisione dignā faciet et
ostēdet: frustrādo eam conatu suo
[ꝛ domin⁹ subsannabit eos] simi
liter facto. i. subsannatiōe dignos
reddet eum i iudicio districta vl-
tiōe puniet quia machinationes
ꝛ cōsilia praua et iniqua maloꝝ
nō sortiunt effectū bonū sed sem-
per veniunt eis in malum: vel in
hoc seculo vel in futuro. et quan-
doq; in hoc et in illo.

5 Tunc loquetur ad
eos in ira sua: & in furo
re suo conturbabit eos.

¶ [Tunc] s. in presenti tempore
[loquetur ad eos] per scripturas
et per sanctos [in ira sua] idest in
comminatione pene. Uel [tunc]
scilicet in die iudicij [loquetur ad
eos in ira sua] dura eos arguens
increpatione quibus ante tacuit
in mansuetudine [et in furore
suo] idest implacabili vltione sci-
licet pena eterna. [conturbabit
eos] in corpore et anima. tunc
enim districta animaduersione fe
riet quos lōganimitate sue pati-
entie ante tolerauit. Et ponitur
hic causa pro effectu. s. ira et furor
pro vindicta quam comminabi-
tur et inferet quasi esset iracun-

dns ꝛ furiosus: qꝛ ira et furoꝛ non cadit iu deo: deinde est vox christi.

6 Ego autē constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius: prædicās præceptum eius.

Al's † ipsius.

¶ [Ego aūt] cui⁹ vincula dirūpere ꝛ iugū abijcere illi meditabant [constitut⁹ sum rex] ſm hūanitatem [ab eo] .s. a deo prē [sup syon montem sctm̄ eius] .i. super ecclesiā de iudeis que radios fidei primo recepit sicut mōs: qꝛ ad eos pn cipaliter christus missus fuit. Ecclesiā syon montē sctm̄ appellat: qꝛ deū seu dei gloriā speculat: ꝛ qꝛ alta in virtutib⁹ ꝛ firma [pdicans preceptum eius] .i. doctrinā euangelij. ego qdem p me in iudea: per apl'os ṽo in omni terra. Et qꝛ non tm̄ est rex sup iudeos / sed sup gētes pbat etiā de gentibus dicēs.

Ecclia mons. sanct⁹ dicitur

7 Dominus dixit ad me fili⁹ meus es tu: ego hodie genui te.

¶ [Dñs] scilꝫ prī [dixit ad, me] cui⁹ dicere quandoqꝫ accipit p gignere vel facere: pro disponere vel pro mittere [filius me⁹] consubstantialis [es tu] p naturā [ego hodie] .i. eternaliter et in presentia eternitatis [genui te] verbum mihi coeternum: ex me ineffabili genitura. Uel temporaliter per spm̄ sctm̄ ex virgine maria. Quia vero hodie p̄sentiam significat ꝛ qd eternum est semper est: iō de eterna generatione aptius accipitur q̄uis etiaꝫ accipi possit de temporali. Dixit ergo et promisit ei de gentibus in hereditatem sibi dandis: vnde subiūgitur. Et quia filius me⁹

es naturalis: ideo.

8 Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionē tuā terminos terræ.

¶ [Postula] .i. postulabis cuꝫ homo factus fueris [a me] orando pro fidelium salute. Uel [postula a me] idest obedi mihi moriendo vt possis postulare: ipse enim nūc interpellat pro nobis [et dabo tibi] potius q̄ alijs [gentes] .i. gentiles et nationes mundi [hereditatem tuam] .i. vt eas ad fructificandum excolas: et quasi iure hereditario possideas. [et possessionem tuam terminos terre] idest non solum partem gentiuꝫ sed omnes habitantes terram vsqꝫ ad fines eius vt omnes nomini christiano copulent ꝛ a te omnes ad eorum salutem ꝛ tuum fructum possideantur.

9 Reges eos in uirga ferrea: & tanquàm uas figuli † confringes eos.

Al. † ↄtereꝫ.

¶ [Reges eos] .q. d. non eris tyrannus [in virga ferrea] .i. idest iustitia inflexibili a rectitudine. De qua alibi dicitur virga regni tui: que ideo dicitur virga quia recta: ideo ferrea, quia dura. Recta bonis / dura malis / blanda iustis / aspera peruersis. [et tanq̄ vas figuli confringes eos] rebelles quidem ad interitū vt nunq̄ viuiscentur: sicut vas figuli fractum nunq̄ reintegratur: sed obedientes ad vitam: conterens in eis terrenas cupiditates: et quicquid de peccatoruꝫ limo contraxerunt. Deinde est vox pphete exhortātis.

ps. xliiij.

10 Et nunc reges intel-

Al. et ligite, † erudimini qui iudicatis terram.

¶ [Et nunc] idest per ea que dicta sunt & quasi iam innouati contrito in vobis luto: facti [reges] idest valentes vos regere et quicquid in vobis seruile et bestiale est. [intelligite] que dicta sunt & quanta filius facit ac intelligenter agite: et si per vos non sufficitis [erudimini] ab alijs et ad perfectionem tendite [qui iudicatis terram] id est cognoscitis vos esse vasa lutea & damnatis in vobis terrena. Vel [et nunc] christo rege constituto [reges] terreni [intelligite] christi regiam maiestatem ne temere dominemini [et erudimini qui iudicatis terram] scientes vos habere iudicē superiorem omnia clare intuentem. Non enim intellectus proficit: si vsque ad eruditionem vite non peruenit.

11 Seruite domino in timore: & exultate ei cū tremore.

Domino seruire regnare est.

¶ [Seruite dn̄o] idest deum: cui seruire regnare est [in timore] animo casto et filiali qui non sinit peccare: et retrahit a peccato sicut frenum retrahit equum a precipitio. vt qui stat videat ne cadat. sed ne misera seruitus videatur et ne timor frangat addit [et exultate ei] idest voluntarie et hilariter seruile per cordis deuotionem et eleuationē in deum: quia timor dei non est miserie sed gaudij: sed ne iterum in temeritatem eatur: et ne letitia extollat subdit [cum tremore] corporis. non dissolute ne negligens sit exultatio. Iste sunt due mole inter quas debet moli omnis christianus scilicet timor et spes vt et de spe exultet: et de timore tremat. Et.

Timor dei est gaudij

12 Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur domin9: & pereatis de uia iusta.

¶ [Apprehendite disciplinā] dei. i. subijcite vos humiliter disciplinę christi et correctioni: vt in prosperis timorē: & in aduersis patiētiam & spem habeatis: ne quo se in illis per elationem extollat: aut in istis per pusillanimitatem se deijciat. [ne quā irascatur] cōtra vos si non feceritis [dominus] qui diu sustinet [& pereatis] .i. deficiatis deo vindicante in vos transgressionem huius doctrine [de via iusta] .i. iustitie et veritatis: scilicet ab operatione bona: a qua deficere magna pena est his qui dulcedinē iustitie gustauerunt. Et non solum ne pereatis: sed etiam vt beati sitis quia.

13 Cùm exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

¶ [Cum exarserit] idest ardendo transierit et proruperit ad vindicandum [in breui ira eius] inferendo penam in presenti que breuis est respectu future. [beati omnes qui confidunt in eo] idest qui tūc non franguntur impatientia seu desperatione/ sed fiducialiter expectant remunerationem vite future. Vel potest hoc de vindicta futura intelligi que ventura est in breui quāuis longe putetur: et beati erunt tunc omnes qui confidunt in eo nunc. Tunc enim ad regnum peruenient quidam confidūt in meritis: tantum: sed non arbitrantes sibi gratiam esse necessariam. Alij totam fidu-

ciam ponunt in grã:sed beati qui cõfidũt.i.in vtroqȝ fidũt vt tamẽ principalitatẽ gratie attribuãt:et scõario de opib⁹ suis fidãt. Salubre cõsiliũ est cõfidere de misericordia:sed inde totũ pẽdere stultũ est refugiũ. ¶ Moraliter tria hic notant̃ que nos ĩfestant scilicet peccata.mundus.diabolus. Per gentes enĩ notant̃ septem pctã q̃ per septem gentes significant̃ in Deutro.que fremuerũt dum per tentationẽ cõcutiunt. Per populos mũdani ꝑsecutores q̃ nos meditant̃ extinguere ⁊ delere. Per reges terre ⁊ principes demones/rectores/et principes tenebrarũ qui cõsurgunt aduersus dominũ:dũ nobis auferre bona creatiõis nitunt̃:et aduersus christum dum bona recreatiõis:spoliãt enim nos naturalib⁹ ⁊ gratuitis. Sed ecõtra sancti dirũpũt vincula amoris male accendentis:⁊ iugũ timoris male humiliantis. Et domin⁹ irridebit malos quãdo nolet misereri:quia ſm Gregoriũ. Ridere dei est afflictioni nolle misereri:et subsannabit quando terribiliter eis dicet. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Justus vero cognoscẽs se cõstitutum a deo sup aiam suã deũ p fidẽ speculantẽ vt eã regat/et ab eo genitum in operib⁹ bonis vt in virtutibus proficiat:postulat a deo orãdo vt sibi p gratiã suam assistat: cui deus dat gentes id est subdit ei motus carnis/et vitia in hereditatẽ suã vt eis dominet̃ ne peccãt. Unde ab hero dicit̃ hereditas ꝙ in ea libere quis dominet̃:cui ⁊ dat in possessionẽ terminos terre qui sunt natiuitas et mors:quia imprimunt eius memorie ꝙ vilis fuit in origine:et ꝙ contẽptibilis erit in morte. Sed sacerdotes dagon non calcant super limen:scilicet superbi qui nolunt attendere

Moraliter. — Grego. — Matth.xxv. — Hereditas vnde dicit̃.

ingressum et egressum suum. Cetera patent ex premissis.

Oratio.

Dirumpe domine nostrorũ vincula peccatorum: vt iugo tue seruitutis innexi valeamus tibi cum timore et reuerentia famulari. Per dominũ.

Psalm⁹ de christi passiõe, & eius gloriosa resurrectiõe uel ecclesie: & uniuscuiusqȝ fidelis tribulatione, & impugnatione. Psal. III.

Domine quid multiplicati sunt q tribulãt me: multi ĩsurgũt † aduersum me. Al. super.

¶ Auctor huius psalmi ꝓpheta dauid. Titulus. Hic est psalm⁹ dauid cũ fugeret a facie absolon filij sui. Id est psalmus ille attribuit̃ dauid .i. christo manu forti :qui loquitur. Psalmus dico agens de eo qđ contigit scilicet de passione et resurrectione que in historia significata sunt cũ fugeret.i.cũ auferendo grãm suã recederet a facie absolon filij sui.i.a mente iude quẽ cum alijs apostolis gratia sua elegit ad hoc vt filius suus esset. Et bene per absolon qui pax patris dicit̃ iudas intelligit̃: quia ꝙuis ille cũ christo pacem nõ habuerit tamen christus ei pacem et ore dedit et corde tenuit. ¶ Materia. christi passio et resurrectio. ¶ Intentio. nõ credentes christi mortem passionem ⁊ resurrectionem redarguere et electos ad passionis constantiam exemplo christi hortari.

Absolon quõ interpretatur.

¶ Sententia in generali. propheta in iſto pſalmo in perſona chriſti hominis loquitur ad patrem de multitudine eum perſequentium conſtetur dei patris aſſiſtentis preſidiū: ſueq a ſomno mortis reſurrectionis preconiū et aduerſariorū exterminium. ¶ Sententia in ſpeciali. precedens pſalmus oſtendit non preualuiſſe chriſto principum fortitudinem. hic oſtendit et non preualere multitudinem. Chriſtus ergo ad patrem loquens/et de tot perſecutoribus quaſi admirans dicit [Domine] pater [quid multiplicati ſunt qui tribulant me] inſidiando. q. d. fruſtra. Tā ſcilicet multiplicati ſunt vt cum pontificibus et ſacerdotibus: ſcribis et phariſeis et turbis: necnon cum gentilium regibus eorumq miniſtris: et numero perſequentium propter⁹ acceſſerit diſcipulus vt de numero diſcipulorum augeatur numerus perſecutorum [multi inſurgūt aduerſum me] ſcilicet vt me deprimant me manifeſte perſequendo ⁊ impugnando.

Al. † il li.

2 Multi dicūt animæ meæ, nō eſt ſalus †ipſi in deo eius.

¶ [Multi] de meis inimicis et perſecutoribus mihi et mortem prenuntiendo et inſultādo [dicūt]: id eſt dicendo comminantur [animæ] i. vite [mee] in rei euidētia ſcilicet oſtendentes hoc verbo et opere [nō eſt ſalus ipſi in deo eius] i. in eo quē ſibi deū facit: h̄ ē de⁹ nō ſaluabit eū et liberabit de manu nr̄a: niſi ei reſurrecturū deſpa-ēt nec iudas traderet: nec illi occiderēt. Sed mentiunt: quia nihil proficiunt: vnde ſequitur.

3 Tu autē domine ſuſceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meum.

¶ [Tu autē dn̄e] pater [ſuſceptor meus es] me ab hoſtib⁹ liberādo [gloria mea] in reſurrectione me glorificando: ⁊ glorioſum faciendo [et exaltans caput meum] in aſcēſione vel [caput] i. mentē per hilaritatem ⁊ ſpem: que in tanta paſſiōis humilitate depoſita nō fuit et fortitudinem non amiſit. Et loquitur de deo a ſimili medici qui ſuſcipit egrum vt curet et ſaluet: hoc autē merito mihi inde q2 ego.

4 Voce mea ad dn̄m clamaui: & exaudiuit me de mōte ſancto ſuo. Po. lx. ſi. z. et xii.

¶ [Voce mea] ſcilicet voce cordis que deo ſonat [ad dominum] ſcilꝫ deum patrem [clamaui] ipſum inuocando ad miam: ⁊ auxiliū eius implorādo. Clamor dicit oro propter vim intenſionis [et exaudiuit me] ipſis iuſtis me ſuſcitādo ⁊ liberādo [de mōte ſctō ſuo] id eſt de altitudine ſue iuſticie. Juſtū enim erat vt innocentem ſuſcitaret qui non pro ſe ſed pro alijs nocentib⁹ mori voluit. Et ſubiungit in quo ſit exauditus. dicens. Clamor dicit aliquādo oratio.

5 Ego dormiui & †ſoporatus ſum & exſurrexi †quia dominus ſuſcepit me. Al. ſōnū cepi. Al. † qm̄.

¶ [Ego dormiui] in cruce ſomnū mortis ſponte ſuſcipiendo. [et ſoporatus ſum] in corde terre/ſcilicet in ſepulchro mortis quieſcēdo [et exſurrexi] a morte de ſepulchro propria virtute procedendo. [et quia] dn̄s [pater in quē ſperabam [ſuſcepit me] in regno de perōnib⁹ in celū aſſumēdo. Surgēs ei a mortuis

suspectus est i gloria dei patris. Quandoqz hic ponens vel preteritū pro futuro ponit:q: i re futurū in visione ꝓphetica preteritum vel presens fuit. Et ideo quia modo sū liberatus ⁊ fact⁹ impassibilis:

6 Non timebo milia populi circundantis me exurge domine saluum me fac deus meus

¶ [Non timebo] amplius [milia populi circūdantis me] .i. qui circūsteterit me pendentē in cruce:q: nō possunt mihi amplius nocere:ponit finitum pro infinito:vel quia millenarius numerus perfect⁹ est per milia populi vniuersa prauorū multitudo designatur:⁊ vt non timeam [exurge domine] effectiue id est fac me surgere a morte:quia mos est scripture vt persone dei tribuat quod in nobis facit. [saluum me fac deus meus] animam meam ab inferis reducendo. Et.

7 Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa dentes peccatorum contriuisti.

¶ [Quoniam tu percussisti] .i. percuties alios vltiōe vindicte ad damnationem alios dolore pnie ad salutē [omnes aduersantes mihi sine causa] iusta et vera:quia peccatum non feci ideo et hoc [dentes peccatorum] id est maledica verba et corrosiones persequentium me et dilacerantium [contriuisti] .i. in irritum perduxisti. Deinde quasi gratias pro sua liberatione agens:deoqz salutem suam attribuens conuertit verba ad homines dicens. Ergo quia ita est vt dixi:credite o homines quia

8 Domini est salus. Et super populum tuum benedictio tua.

¶ [Domini] et non hominum [est salus] vera id ē ad dominum pertinet saluare a morte peccati et ab omni malo:nemo ergo de se psumat:nos et infirmi et imbecilles sumus deinde orat pro populo et imprecatur ei benedictionem cōuertens ad deum sermonē ⁊ dicit:et nō tantum super me sed [⁊ super] totū [populū tuum] scz christianū qui de te sperat salutem:et de supernis habet quicquid bōi habet o domine sit [bndictio tua] scz gratie et glorie bone vie et patrie ei conferendo. Potest et ille psalmus accipi in persona ecclie ⁊ vniuscuiusqz fidelis dum tribulatiōibus pmitur:dū tentationibus agitur: tunc enim habet dicere. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me:multi insurgūt aduersum me. Multi aduersarij multa vitia: ecclesiam et fidelem aiam tribulāt et impugnant. Et qñ plerunqz coaceruatione aduersariorū et viciorū subrepit desperatio sanitatis verissime dicitur [Multi dicunt anime mee] non verbis:sed effectu vt eam desperare cogāt [nō est sal⁹ ipsi in deo eius] .i. ꝙ amplius non cures:vel nō possis saluare eā. tu qui es deus .i. creator eius:sed in omni tribulatione et oppugnatione ⁊ semper dicendum est quod sequitur [Tu autem domine susceptor meus es] :id est defēdis ab impetitione hostiū me cōfugientē ad tuum adiutorium [gloria mea] non mihi tribuo ꝙ preualeo:non in me vel in hoc seculo sed in te deo meo glorior. [et exaltans caput meum] caput ecclesie est christus primus in celum exaltatus: caput fidelis anime est mēs a qua tenditur sicut mēbra a capite regū̃ ē ii ē s.

Ecclesie caput est xpus. Ecclesie fideli cap

quã de⁹ dono sue grẽ eleuat vt le-
gi dei fuiat: et vt ad deũ respiciẽs
insidias diaboli ꝛ tẽtatiões eua-
dat: facile ei laqos vitat i terris q̃
oculos habet in celis. [Uoce mea]
non vi carij: in orãdo. ꝑdicãdo. ope
rando ꝛ omi bono [ad dominũ cla
maui] intẽte deprecando ita vt so
nus vocis ab intentiõe cordis nõ
discreparet. Uox aliena dicit̃ q̃ est
oris mei et non cordis: alia est et
oris ꝛ cordis: alia est cordis tm̃. Or
oratio est pius animi affectus in
Orõ. deũ tendẽs: qui ne pigritetur quã
q̃d est. do: ꝓ ꝓrũpit in vocẽ. Ille etiã non
sua voce clamat qui dicit domine
ꝛ q̃ ꝑcipiunt̃ nõ facit. [Et exaudiuit
de mõte sctõ suo] q: preces meas
nõ ex meis meritis sed ex sua sanc-
cta mia suscepit. [Ego dormiui: oli
mortaliter peccando. et in vitiorũ
ignauia iacendo: et a bono opere
torpẽdo. [et sopora⁹ sum] in ipsis
peccatis et vitijs assuescẽdo: et de-
lectabiliter pseuerando [ꝛ exsurre-
xi] ab hoc somno mortis penitẽdo
nõ p me: sed q: [Dominus suscepit
me] iustificando. q: viuificata gra-
tia euigilare ꝛ exsurgere me fecit:
et ad bona opera excitauit. Et iõ
[Nõ timebo milia populi circun-
dãtis me] .i. infinita hostium gene
ra. Is eñ quẽ domin⁹ suscitat et
saluat tanto oĩm maiorũ multitu-
dinem nõ timet quãto vnũ omni-
potentẽ deũ ꝓtectorẽ hz. Sed q:
ꝑdestinatio ꝑcib⁹ iuuat̃ [exsurge
domine] fer opem: ꝛ [fac me saluũ]
Et nõ sine spe ero. [Quõ tu ꝑcussi-
sti] .i. ꝑcuties in futuro sc3 in fine
seculi [oẽs aduersantes mihi sine
causa] et iniuste scilicet diabolũ et
suos persequentes nũc bonos [dẽ-
tes peccatorum contriuisti] .i. au
ctores vitiorũ qui me conãtur pre-
cidere de christi corpore cõterẽs fi-
naliter ipsos ꝛ eorũ verba ac facta
ad nihilũ redigendo. Et q: cauen-

da est superbia et deo totum attri
buendum: sequitur. [Domini est sa
lus] et hec est tota spes nostra.

Oratio.

Effunde domie benedictio
nẽ tuam super populum
tuum: vt tua resurrectiõe
muniti non timeamus ab aduer-
santium vitiorum milibus circũ-
dari. Per dominum nostrum.

Psalmus de oratione ecclesiæ, uel cuiuslibet perfecti ad deum in tribulatiõe: ac de fructuosa & utili morum informatiõe. Psalmus. IIII.

CUm inuocarẽ exaudiuit me deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

¶ Auctor huius psalmi propheta
Dauid.

¶ Titul⁹ talis est. in finẽ p̃s. cãti-
ci dauid. Hoc est p̃s. ille qui dicit̃
p̃s: q: est de morib⁹ ꝛ monet ad be
ne agẽdũ. p̃s. dico cantici: q: agit
de mẽtis letitia faciẽs mentionẽ
de iocũditate eterna: dirigẽs nos
in finem .i. in christũ est finis consũ
mans ꝛ cõsummatio fideliũ in ꝑ-
senti ad iustitiã in futuro ad coro-
nã. est Dauid .i. ecclie manu fortis.

¶ Uñ sciendũ ꝙ vbi in titulo p̃s.
tm̃ ponit̃: ibi simplr̃ de mortalita-
te tractatur: vbi autẽ canticũ tm̃:
ostenditur ꝙ de iocunditate agit̃.
Et vbi p̃cedit p̃s. ꝛ canticũ sequit̃:
de mortalitate tractatus habetur.
ita tm̃ vt mẽtio fiat de remunera
tione ad quam tendit moralitas.
Vbi ergo precedit canticũ et succe-

dit ps̄: de fecunditate remunera-tionis fit sermo: sic tñ vt de mora-litate p quā habetur aliqua fiāt. ¶ Materia ecclesie tribulate ad deum orō et moralis informa-tio. ¶ Intentio: persuadere homi-nibus vt a vanis ꝛ malis ad ve-ra et bona se conuertant/et ter-rena negligendo eterna appetāt. ¶ Sñia in generali. propheta in isto ps̄. orat i psona ecclīe et cuius libet viri pfecti i tribulatiōe exi-stēt; vt ei⁹ orō exaudiat. increpās infideles et peccatores qꝛ vanita-tem sequantur: monetq; oēs vt sacrificiū iustitie deo immolent: vnde ingētia ei⁹ bñficia obtinēt ꝛ cōsequunt. ¶ Sñia i spāli. post capitis resurrectionem de qua iā supra dictum est infirma mem-bra ad eternitatem exhortans dicit [Cum inuocarem] .i. ex inti-mo cordis vocarem deū per deuo tā orōnē [exaudiuit me] in tribu-latione positū [deus iustitie mee] scilicet dator auctor ꝛ remunera tor. Illos ergo exaudit qui inuo-cant .i. intus vocāt p spiritualib⁹ nō extra p tpalibus. deinde mu-tat psonā transeundo a tertia in scdaꝫ dicēs [in tribulatione] q uā passus sum [dilatasti mihi] .i. āplū cor dedisti ad toleranda maiora: et ab angustijs tristitie i latitudi nē gaudij me duxisti. In hoc pro-sunt iust; aspera tribulatiōis: qꝛ dum tribulant i corpe/dilatant in mēte. ꝛ quo arctius mala tem-poralia premunt: eo latius bona celestia cōcupiscūt. Qui autē sic beneficus mihi iam fuisti adhuc

2 Miserere mei: & exau di orationem meam,

¶ [Miserere mei] ꝛ succurre mi-hi indigenti. q.d. Qui miser t⁹ es de iustitia et dilatatione adhuc miserere cōtra miserias hui⁹ vi-te q̄ multe sunt ꝛ diuerse: ceptaq; in me misericorditer pfice [ꝛ exau-di orōnem meā] quā ad te fundo: et imple quod postulo. Qd ergo iterū rogat cū iam se exauditum indicauerit ideo fit vt vnde non est exaudit⁹ adhuc exaudiat: aut in quo nō est perfectus perficia-tur aut pp̄ter alios inchoātes vt in illis qd inchoauerunt pficiat. Et cum ita sit de me

3 Filij hoim usquequo † graui corde ut quid di ligitis vanitatē & quæ ritis mendacium?

al'† graues.

¶ [Filij hoīum] q̄ vti rōne debe rent [vsq; quo graui corde] estis .i. q̄diu cor pōdere iniquitat; gra uatis: ꝛ cor sursum ad cogitan-dū inuisibilia nō leuatis: differē-tes conuerti per malam ɔsuetu-dinē graues effecti [vt qd] .i. quo fructu: qua vtilitate [diligitis] et voto amplexamini [vanitatem] .i. terrena ꝛ tempalia q̄ vana sunt qꝛ sicut vmbra trāseūt et durare nō pñt [ꝛ queritis] cū labore [mē daciū] qꝛ amatores suos decipiūt ꝛ nō faciūt qd pmittūt: pmittūt enī securitatē ꝛ soluunt timorem. promittunt libertatem ꝛ beatitu dinem: ꝛ faciunt seruum ꝛ mise-rum. Nec tantum scitote que fu-giatis. sed

4 Et scitote quoniā † mi rificauit dominus san ctum suum: dn̄s exau diet me cùm clamauero ad eum.

al'.† admirabilē fecit

¶ [Et scitote] qd sequamini [qm̄ mirificauit] .i. mirificum ꝛ mira bilem fecit ꝛ reddidit [dn̄s] pater [sanctum suum] qui est sanctus

sanctorū: in se sanct⁹ & alios sanctificās: quē mirificauit & clarificauit in ꝯceptione & natiuitate. in predicatiōe. in passiōe. i. morte in ascēsione. ad quē ab amore mūdi ꝯuerti debetis & per eum [dñs exaudiet me] vt certitudinaliter spero [cum clamauero ad eū] orādo. q. d. ita faciet & vobis si ista vana atque mēdacia postposueritis [& in ipm̄ solum spem vestrā posueritis. vel [sanctum suum] quenlibet q̄ ista terrena postponit / ac solum deum desiderat et querit [mirificauit] quia virtutibus miris et sanctitate exornat.

5 Irascimini et nolite peccare: que dicitis in cordibus vestris: & in cubilibus vestris compungimini.

Ephes. 4. iiij.

¶ [Irascimini] ergo per zelū: vitijs diabolo / vanitatibus / & mēdacijs vel vobis ipsis valde penitendo de p̄teritis peccatis: & indignando ꝙ ad ea abiecta & vilia corruistis [et nolite peccare] vlterius. de his aūt [que dicitis in cordibus vestris] vel p vitium irascendo: vel male cogitando. [& in cubilibus vestris]. i. in ipis cordibus que sunt cogitationum cubilia [compungimini] dolore penitentie. i. talia reprimitte nō ꝯsentiendo rōne et de ipis penitentiā agite: et in cordibus vestris per pniam delete. sacrificium cōtriti cordis deo offerentes. Et post penitentiam

6 Sacrificate sacrificiū iustitiæ & sperate in dño: multi dicunt quis ostendit nobis bona?

¶ [Sacrificate sacrificium iustitie]. i. ad placandum deum compunctioni bona opera addite: et offerte ei iustitiam in operibus vestris tanquam sacrificium: et facite opera iusta que sunt sacrificia deo grata. & sic oblato sacrificio [sperate]. i. sperare potestis [in domino] aliter enim esset presumptio: sed [multi] scilicet vani et increduli / et desperati: dicunt [quis ostēdit nobis bōa] scilz iustitie faciēda: vel illa eterna inuisibilia de quibus ipsi dubitant et desperant: quia nullus redit ab inferis qui eis ista ren[un]ciet. Ideo ostēdit propheta que bona querēda sunt respondens eorum interrogationi et dicens.

7 Signatū est † sup nos lumē vultus tui dñe: dedisti lætitiam in † corde meo.

Al. † in nobis. Al. † cor meū.

¶ [Signatum est sup nos lumen vultus tui domine] vt denarius imagine regis: vt cera sigillo eius i. desuper est vobis infusum et impressum lumē a vultu tuo lumino so: lumē scz naturale ad cognitiones agēdo[rum]: lumen fidei et grē ad cognitionem supernaturalium et sperandorum scz eternorū. Unde iam nō ista vana & transitoria bona querim⁹ / sed illa celestia & eterna. & per hec [dedisti leticiā] spūalem magnā [in corde meo] de tanto beneficio. vñ nō foris in vanis sed intus in corde vbi habitat de⁹ querēda est letitia: ibi eī sunt vera bōa. Sed homines tēporalia se habitantes ista non vident de quibus subdit.

Letitia in corde q̄rēda est vbi habitat deus

8 A † fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sunt.

Al. † tempore.

¶ [A fructu frumēti vini et olei

sui].i.cupiditate et vbertate temporalium. Hec tria magis humanis vsibus necessaria pōit p omnibus diuitijs i qb9 multiplicari et beati fieri querunt qui non querunt verum bonum: et qui non vident intra se regnum celorum [multiplicati].i. multipliciter distracti [sunt] illi multi sola temporalia amplectentes. Multiplicatio enim non semper vbertatē significat. sed ad multa distractionem: quia mens que verum bonum amare nescit/ in tot diuiditur quot concupiscit: vt erumnosa cogitatione distracta simplex bonum videre non possit: de quo bonus exultat et dicit illa ita. sed ego

9 In pace in idipsum † dormiam & † requiescā.

†obdormiam. † somnū capiam.

¶ [In pace] mentis [in idipm].i. in deo qui semp est in se manēs et immutabilis [dormiā] hic in pnti somno grē cū omi suauitate qescēdo ab omni strepitu huius seculi secret9 et a mortalib9 alienus: mūdiq3 oblitus. [et reqescā] in futuro in pace eternitatis qn nō erit q exterreat.i.vere.et plene tunc quiescā fruendo vita beata et eterna. O q felix est q hoc meretur dicere et experiri. Et hoc vere erit quia iā est spes q nō ɔfūdit. Et hoc ē qd ait.

10 Quoniam tu domine: singulariter in spe† constituisti me.

†habitare fecisti.

¶ [Qm tu dñe singulariter in spe cōstituisti me].i. ego singularis speraui et sperata recipiā: illi aūt non sperauerunt et ideo digna factis recipiēt. vel [cōstituisti me].i. stabilisti. [singulariter in spe].i. in vna singulari spe: qua singulariter vnū et verum bonum speratur: quia hāc vnam petij a domino: illi autē econtra in multiplicitate seculi sperantes ab hac vnitate diuiduntur. Bonum ergo est et vtile vnum querere et illi adherere: non per multa distrahi et vagari. Oratio.

Exaudi nos dñe: et in tribulationib9 nr̄is miserere nobis. et qui solus magnificaris in populis spiritualem leticiam tribue in spe futurorum munerum constitutis. Per.

Psamus Dauid de oratione ecclesiæ denuncians iniustos à beatitudine excludendos, & econtra iustos ęternaliter præmiandos. Psalmus. V.

Verba mea † auribus percipe domine intellige clamorē meum.

Al. ter audi dñe

¶ Auctor psalmi pphēta Dauid. ¶ Titulus hic est in finem pro ea que consequitur hereditatem. Id est pō. ille dirigens nos in finem. i. hereditatem eternam q est consummatio: est pro ea sc3. Sara libera.i. ecclesia q cōsequit hereditatē pmissā.s. vitā eternā exclusa cum illa sua.s. agar ancilla.s. synagoga. ¶ Materia: commendatio diuine iustitie in reprobatione malorum. ¶ Intētio: fideles exemplo orandi et bene operandi inuitare ad beatitudinē. eosq3 inducere vt exemplo dei odio habeant iniquitatem et malos: appetantq3 cum bonis et iustis in futuro se fieri gloriosos. ¶ Sententia i generali. propheta in isto psalmo in persona ecclesie poscens orationem suā a deo exaudiri predicat hereticos/ scismatis

Sara qd interprat. Agar qd interprat.

eos/peccatores malignos/τ quos-
cunq; suos inimicos a beatitudie
excluēdos: bonosq; τ iustos eter-
naliter premiandos. ¶ Snia in
speciali. Qr supra exhortat⁹ est in-
firmos ad eternā hereditatē: nunc
docet orare vt pueniat ad eādem.
Ecclesia ergo orat a malicia seculi
separi et ad deum puenire dicens
[Uerba mea] .i. ora⁹ psalmodiam
[auribus percipe domine] aures
dei sunt potentia et misericordia
quibus nos audire dignatur. per
potentiam quidem pōt: per mise-
ricordiā vult [intellige clamorem
meum] .i. intēsum affectū cordis ex
quo procedit clamor oris. Clamor
em̄ in scripturis nō vocis sed cor-
dis est: qn̄ gemitus noster et con-
scientia depcatur: τ ū p hoc q̄ di-
cit itellige: notatur clamor esse spi
ritualis non vocalis. Et quia ore
et corde clamo

Aures dei q̄ dicāt.

2 Intēde uoci †oratiōis meæ: rex meus & deus meus,

Al. † obsecrationis.

¶ [Intende voci orationis mee]
pducendo ad effectū. ac si diceret.
Sic audi vba: sic intellige deside-
ria/vt probet rei effectus te inten-
tū esse meis orōnibus [rex meus]
per specialē prouidentiam τ pte-
ctionem: τ qr me regendo regnas
in me τ non regnat peccatū [τ de⁹
me⁹] p verū cultū τ fidem. τ qr nō
est venter aut libido/vel aurū de⁹
me⁹. Cām q̄s exauditionis subiun
git dicens: et merito exaudies:

3 Quoniā ad te orabo domine: mane exaudies uocem meam.

¶ [Qm̄ ad te] soluz pueniēdū [ora
bo dn̄e] et non ad aliuz. q. d. eccl'ia.
orabi/nec sum exaudita: nec tū de
ficiam: et quia ab illis a quorum
oculis nox peccatorum nōdū reces
sit videri non poteris [mane] scilz.
infusiōe grē .i. statim vt nox τ tene
bre peccatorum fugere ceperint/τ
sol iusticie in cor meum venerit: sta
tim in principio boni opis [exau-
dies vocem meam] .i. ostendes: vel
intelligam meam vocem exaudi-
tam: est enim meum velle tuum
perficere. vnde.

4 Mane: astabo tibi & uidebo: quoniam non deus uolēs iniquitatem tu es.

¶ [Mane] scilz peccatorū nebulis
discedentibus et grā infusa .i. in
luce virtutum [astabo tibi] et adhe
rebo. q. d. non sedebo. nō iacebo in
terrenis quiescens/sed mēte dire-
ctus ero ad eterna τ pseuerans [et
videbo] te mūdo corde: merebor q;
exauditionem tuam: non enim vi-
det deum q̄ terrenis adheret/sed
qui in mane virtutū deo astat [qm̄
tu es deus non volens iniqtatē] et
ideo ab iniquis non videris sed
iniquitatem transeunte sit mane
vt videaris.

Terrenis adherēs deum nō videt.

5 † Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.

† nō

¶ [Neq; habitabit iuxta te] scilz pre-
senti per gratiam: vel in futuro
per gloriam: id est non sic videbit
te vt adhereat tibi. τ si quando ap
propinquauerit: non perseuerabit
[malignus] quasi malo igne ple-
nus qui malum vult vt conatur
facere contra deum: vel proximum
quamuis non possit [neq; pmane
būt] q̄uis ad horā placere videāt
[iniusti] qui malum faciūt vel qui
non faciunt qd̄ debent [ante ocu-

Malign⁹ q̄si malo igne plen⁹.

los tuos].i.in beneplacito tuo:vt ꝑ te oculis misericordie videant. vel te presentialiter vnq̄ꝫ videant et vere nō permanebūt.quia.

6 Odisti † omnes qui operantur iniquitatem: perdes† omnes qui loquuntur mendacium.

†domine

oēs.† eos.

¶ [Odisti].i.odio tuo dignos ostēdis ⁊ videris odisse/dū a te separas/⁊ a tuo amore repulsos ieternū punis [oēs q̄ operanť]pseuerāter scilicet impenitētes [iniquitatē].i.quodcunqꝫ mortale peccatū. nō dicit qui operati sunt ne excludat penitentiā:sed qui opanť peruerse viuēdo ⁊ in peccato perseuerando [perdes oēs]eternaliter puniēdo si nō penituerint:nō solum operātes sed et eos [qui loquūtur mendacium]perniciosum et malignū quod fit ad fallēdū:quia hoc est mortale peccatum ⁊ occidit animam.Deinde mutat personam.dicens.

7 Virum sanguinū & dolosum abominabitur dominus: ego autē in multitudine† misericordiæ tuæ..

Al.† miseratione ī.

¶ [Virum sanguinum].i.homicidā et persecutorē sanctorum ac oppressorem pauperum ⁊ innocentū q̄ equiparatur homicide:quia aufert substantiā vite:necnō mortificatores animarum /vel male docendo/vel vim inferendo [⁊ dolosum]qui sub specie docēdi seu consulendi vel alio modo decipit proximū [abominabiť domin⁹]q: nūc sacrificia ⁊ orōnes eorū respuit:et post ab hereditate electorū eos separabit.et iterū mutat personā dicēs.[ego aūt]scꝫ ecclia adhuc militans his repulsis [in multitudine misericordie tue]nō in meis meritis aut viribus confidens vel immulta spe concepta de tua misericordia.

8 Introibo in domum tuam:adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

¶ [Introibo in domū tuam]celestē.s.in ecclesiā triumphātem: siue celum quasi lapis in celeste edificium.i.consequar hereditatem celestem.et interim [adorabo ad tēplum sanctū tuū]celeste:cor ad ipꝫ erigendo:et orōnib⁹ ei propinquādo vt sim in ei⁹ edificio [in timore tuo]casto et sancto.Sancta ecclesia iō dom⁹ diciť q: ab omnipotēte domino inhabitať:ideo tēplum q: ab ipso domino cōsecrať.vel q: in ea continue celesti domino laudes referūtur.Et hoc mihi non tribuo q: hoc viribus meis non valeo.sed o

Ecclesia sancta q̄re. dōm⁹ ⁊ tē citur.

9 Domine deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos:dirige in cōspectu tuo † vitā meā.

†iter meum.

¶ [Domine deduc me].id est fac proficere.Deductio enim de virtute in virtutem conuenit proficienti.[in iusticia tua]: id est legis tue vel per temetipsum data ne seductus deuiem ad iustitiam tu domine qui es creator meus esto dux meus [propter inimicos meos]qui mihi insidiantur cōfundendos/vel conuertendos/vel vitandos/ cuiuscunqꝫ sint generis [dirige in conspectu tuo viam meam:quia plerūqꝫ in conspectu hominum via recta creditur:etiā que a veritatis itinere deprauaꝭ

Proficiēti cōuenit deductio de v̄tute in v̄tutem.

tur vel [dirige] id est ostende [viaʒ tuā] .i. legē in ɔspectu meo/vt pre oculis ipam habeam ac ꝓpte in ea ambulem; ꝛ que per se recta est et mihi recta videatur et stat. Et necesse est.

10 Quoniam non est in ore eorū ueritas: cor eorum uanum est.

℃ [Qm̄ nō est in ore eoꝝ] scꝫ inimicorum [veritas] sed discordāt a via veritatis ꝛ iustitie ideo parati sūt ad calumniandum bonis et seducendum eos. nec mirum quia [cor eorum vanum est] vane et false cogitando et iudicando. Et si vanitas est in corde quomō erit veritas in ore? Ex abundantia enim cordis os loquitur. vnde sunt cauendi et eorū iudicio ac verbis nō est credendum sed ad consciētiam vbi deus videt fugiendū. Quasi.

Mat. xij. ꝛ Lu. vj.

11 Sepulchrū patēs est guttur eorū, linguis suis dolose agebāt iudica illos deus.

℃ [Sepulchrū patēs] .i. aptū non clausuꝫ [est guttur eoꝝ] v̄ba fetida ad corrumpendum alios proferēdo [linguis suis] scꝫ mendacibus ꝛ malis [dolose agebāt] sub specie veri falsa inducēdo et alios occulte decipiendo: salutem ꝓmittētes ꝛ mortem ingerētes. Si enim apꝛ nō pn̄t decipere dolose agunt sub specie veri mentientes [iudica illos deus] ad penam et interitum eos condemnando. Non dicit hoc voto optātis vt eueniat/ sed spiritu preuidentis quod futurum est.

12 Decidant à cogitationibus suis secundùm multitudinem impietatum eorum, expelle eos, quoniam †irritauerunt te domine.

†in amaritauerūt

℃ [Decidāt] .i. cadāt [a cogitationibus suis] id est frustrētur spe ꝛ opinionibꝰ suis. q꞉ qcq̄d elate cogitauerant cum intereunt sine fructu amittūt. vel deorsum cadāt merito puersarū cogitationū [ꝺm multitudinē impietatum eorū] .i. pctōꝝ cōmissorū q̄ multa cōmiserūt [expelle eos] .i. longe pelle eos a facie tua ꝛ ab hereditate eterna: hoc ē ꝺm ꝙ a te lōge recesserūt recede ab eis [qm̄ irritauerunt te domine] .i. ad iracūdiam ꝛ vindictam ꝓuocauerūt ꝑ pctm̄ a te recedendo quem placare debuerunt penitendo.

13 Et lætētur omnes qui sperant in te: inæternum exultabunt & habitabis in eis.

℃ [Et] econtrario [letentur] in pn̄ti [oēs q̄ sperāt in te] .i. q̄ sic opantur vt a te sperēt mercedē: cuiusmodi sunt iusti et boni. primum quidem iustorū gaudiū est in spe: postmodum vero erit in re. vnde adiungit ostendēs ꝙ merito letentur q꞉ [ineternū] nō tpaliter [exultabūt] in futuro accepta hereditate laudātes ꝓ beneficijs [e⁹] .i. q꞉ [habitabis in eis] sicut i templo tuo. Felices qui xp̄m merebuntur habere hospiteꝫ quia hoc est eterna exultatio: cum templum dei fient iusti: et erit gaudium eorum ipse incola eorum.

14 Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.

¶ [Et] interim [gloriabuntur] in hac spe positi [in te] solo [qui diligunt nomē tuū] q dominus es vel honorem tuū seu nois tui et merito [qm̄ tu bn̄dices iusto] quia quicquid boni hz a te habet. vel tūc [gloriabūtur in te] vidēdo et fruēdo [oēs qui diligūt nomen tuum] q dominus es tanq̄ possidētes hereditatē sez te et hn̄tes ad fruēdum q diligūt. qd. quicūq3 diligit dominum gloriabitur in domino [qm̄ tu benedices iusto] hec est bn̄dictio gl'iari in deo et habitari ab eo. Stude ergo vt mō iustus sis vt tūc bn̄dici merearis. Et qz vocatio non meritorum nostrorum sed misericordie et beniuolentie dei est subiungit.

Diligēs dominū gl'iabitur in dn̄o.

12 Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ: coronasti nos.

¶ [Domine vt scuto bone volūtatis tue] i. nō nostra iusticia sz tua diuina bōa volūtate qua nos vocasti tanq̄ scuto [coronasti nos] in presenti circūuallādo nos aduersus seua iacula inimici: et ptegendo nos a malis ex omni parte per circuitū ad modum corone: et dādo victoriā de tētationib9: et coronabis in futuro de bonis eternis: qz corona consueuit dari victoribus. Scutū em̄ dr a greco scutui: qd iocundū significat: et duo facit: qz si ponit ante corpus ptegit: si super caput coronat. sic diuina bona volūtas nos ptegit in pn̄ti ab omni malo q̄rū fecit nobis expedire: et coronat in futuro corona gl'ie eterne: quia quos protegens adiuuat remunerans coronat. Oratio.

Scutū vn̄ dicit.

Presta quesumus domine que attriti cordis gemitum prius q̄ proferatur intelligis: effice nos quesumus templum paracleti vt mereamur scuto celestis beniuolentie coronari. Per domi.

Oratio uere penitentis dei misericordiā implorantis: & alios suo exēplo ut similiter pœniteant exhortātis.

Psalmus. VI.

1 Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ † in ira tua corripias me. †ira tua † furore tuo.

¶ Auctor psalmi pphēta Dauid. ¶ Titulus talis est in finē in carminib9 ps. dauid pro octaua. Hoc est ps ille qui dicitur eo q monet ad bene operandū dirigens nos in finem: id est in christum qui est meta et consummatio totius agonis attribuitur Dauid: id est penitenti iam forti manu facto timenti pro octaua scilicet die iudicij: q̄ post hoc tempus quod septem diebus voluitur est futura in carminibus. i. in gemitibus penitentie quibus deus tanq̄ carminibus delectat. ¶ Materia: vera cognitio et deploratio pctōrū. ¶ Intentio: monere hoies ad penitētiā salutarē cū spe remissiōis oim pctōrū. ¶ Sn̄ia in generali: pphēta in isto ps in persona vere penitētis clamat ad dominū veniā de cōmissis postulās: erūnasq3 pprias quibus afflict9 ingemiscit narrans. Postq̄ dctm̄ est de eterna hereditate intēdit nunc penitētes male agētes inuitare: vt suo exēplo studeāt eam p penitētiam recupare. ¶ Sententia in speciali. In psōna ergo penitentis metuentis in iudicio puniri orat dicēs [Domine ne in furore tuo] i. in ira grauiori q̄

non parcit[arguas me].i.quasi in inferno damnandum conuincas [neque in ira tua]minus graui que vindictam petit[corripias me].i. quasi in purgatorio castigandum reprehendas.sed hic.seca:hic vre: hic sana me ne ibi opus sit.q: horrendum est incidere in manus dei. Furor vel ira in deum non cadit q cum tranquillitate iudicat sed d: iudiciu quo malis talis videbit.q.d. ne punias me fm rigore iusticie tue vt iudex iratus:sed fm dulcorem misericordie tue vt pr benign9 vnde sequitur sed potius

2 Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam †conturbata sunt ossa mea.

Al.† turbata.

[Miserere mei]miseri o[domine]in hac vita:et misericorditer p cure vt medicus et q: mia debetur miseris:sua miseria isinuat dices et opus est[qm infirmus sum]natura et vitio fragilis et pnus ad peccadu ideo iustitia sustinere no valeo[sana me domine]p misericordia q medicus es :ac coforta et robora[qm]memoria peto p[coturbata sunt ossa mea].i.etia robur et fortitudo aie mee.q.d.peruenit infirmitas vsque ad interiores sensus ac itima et fortia aie q infirmata sunt et destructa virib9 a cosideratioe ppr:ij reatus et extremi examinis.Nam ne ossa carnis intelligeres exponit cum subiungit.

3 Et anima mea turbata est ualde † & tu domine usquequo?

Al's sed

[Et aia mea]infirma et peccatrix ptremisces[turbata est valde] et compuncta ad penitentiam vt emedetur[et tu domine vsquequo?] differs et tardas eam consolari sanando et confortando.Nec in hoc tanq crudelis deus estimandus est:sed tanq bonus persuasor aie quid mali sibi ipsa peperit.Differt enim pius dominus exaudire misto:ties ex sua magna mia:vt ex difficultate sanationis sit diligentior custodia recepte sanitatis na qd facile sanatur non multum cauetur. Et quia differt io adiugit:ergo.

4 Couertere dne et † eripe aiam meam:saluu me fac propter miam tuam.

Al.† erue.

[Conuertere domine]de rigore iustitie ad dulcorez mie et qui quasi aduersus videris propter peccatum a me conuertere ad me:et sic ego couertar ad te.Diuina enim conuersio est causa nre conuersionis[et eripe animam meam]i con uersione varijs modis impeditam scz seculi pplexitatibus:ac carnis cocupiscentijs et iugo male cosuetudinis quasi qbusda vinculis ligata[saluu me fac].i.fac me incolume pficere i bono ne vlteri9 cada [pter misericordia tua]quia nihil de me psumo nam iusta debetur peccanti damnatio.

Couersio diuina ca est nostre couersionis nra.

5 Quonia no e i morte qui memor sit tui:i inferno †aut qs cofitebit tibi?

†aute no est

[Qm no est i morte].i.post morte aliqs de malis[q memor sit tui] ad venia et memoria fructuosa nuc eni tps e puersionis et post erit retributiois vn subditur[i iferno aut qs pfitebit tibi?]vtiliter et fructuose.q.d.nulli9 sicut diues pfessus est mala sua:s3 frustra.Et ideo rogo sanari quia nullus post morte et in iferno pot agere penitetia fructuosam.vnde stult9 est q no tepus

Pni: s fructuosam post

morte illud puenit penitendo: qz tūc nō restat nisi retributio. Et merito sanabis: quia ego gemendo pro peccatis meis.

τ i iscr/ nonul/ lus age re pt.

6 Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meū †lachrymis †meis stratum meum rigabo.

†in †meis nō. est.

¶ [Laborabo] satisfaciendo [i gemitu meo] id est cordis contritiōe dolēs p petīs τ timēs pro penis eis debitis [lauabo] .i. mundabo cūdo [per singulas noctes] .i. p singula petā et circūstātias eorū [lectū meū] .i. ɔsciētiaz q̄ mūdis corde est requies sed male cordatis tormētum: sicut lectus gratus est sanis τ grauis infirmis. τ qz tunc fit dignus penitentie fructus qñ non solū ɔscientia τ aīa: sed τ corpus affligitur. adeo et [lachrymis meis rigabo] .i. pfundā [stratum meū] .i. corpus qd stratū dicitur: qz anime substernitur: inde autez gemitus: quia.

Corpus: stratū dicit.

7 Turbatus est à †furore oculus meus: inueteraui †inter omnes inimicos meos.

†ab ira †i oīb⁹

¶ [Turbat⁹ est a furore] i. ab ira tua scz futura que in iudicio erit quā timeo: et p̄senti quā in cecitate mentis iā sentio. vel ab ira propria τ imenso feruore animi quo penitendo mihi ipsi irascor [ocul⁹ meus] interior. i. cordis scz mens τ ratio. τ merito: quia [inueteraui] .i. mlto tpe iā i petīs vixi mēbrū factus veteris hoīs [iter oēs inimicos meos] scz vitia demones τ hoīes malos ad malū me puocātes: quibus omnibus cōsensi et a nullo eorū immunis fui. Quia vero non est inanis tantus labor penitentie sequitur.

8 Discedite à me oēs qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei.

Mat. vij. Lu. xiij.

¶ [Discedite] nūc aio τ in futuro ēt loco [a me] ɔuerso et amodo ne laboretis me cōformare vobis p quos τ cū q̄bus peccaui. i. discedetis a me vt sit pphetia seu increpatio pphetica et ita erit [oēs qui opant] ptinaciter [iniq̄tatē] me ad malū incitādo. correctio est vt separet ab illis quoꝝ collegio peccauit: τ mādatis dei isistat [qm exaudiuit dñs] .i. efficacem fecit [vocez fletus mei] id est compunctionem seu oratiouē meā cū lachrymis p petīs cōmissis. vbi dat exemplum fideliter orantes exaudiri.

9 Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

¶ [Exaudiuit dñs] remittēdo [deprecationem meā] pri⁹ luctuosam q̄ est pro deponēdis petīs τ remouendis malis [dominus orationez meā] iā securā q̄ est p adipiscēdis virtutibus et adhibendis bonis [suscepit] q̄si oblationem. Repetit idē crebro ad ostendēdum gratitudinē diuie gratie: τ exultationē salutis ipetrate. Ter autē dñs dicit: qz sctām trinitatē affuisse suis precibus ostēdit. Et qz deus eum penitentem exaudiuit iam liber a peccatis: optat τ orat et pro inimicis vt conuertantur exemplo suo dicit. Ergo iam.

Erubescant

ſnō ē vehe/mēter / ꝯfūſu/dātur. 10 Erubeſcant & con‑turbentur † uehemēter omnes inimici mei: con‑uertantur & † erubeſcāt ualdè uelociter.

¶ [Erubeſcāt] exēplo meo de acti‑bus ſuis malis ⁊ pctis [⁊ ꝯturbē‑tur] timore iudicij ⁊ cōpungantur utiliter ad penitētiā et hoc [uehe‑menter] non remiſſe uel leuiter [omnes inimici mei] aduerſan‑tes ſaluti mee: et me imitando fi‑ant amici [conuertantur] ad deū a malis: [et erubeſcant] de eis de quibus ante ſunt glorìati: et non differant uel procraſtinent: ſed [ualde uelociter] idest cito et in‑dilate. Bis dicit erubeſcant: quia non ſolum ante conuerſionem eſt erubeſcendum: ſed etiam poſt ex memoria et recordatione peccato‑rum quod eſt quedam: cuſtodia uirtutum. Oratio.

Exauditor oīū deus exaudi nrorū fletuū ſupplicē vo‑cē: ⁊ tribue infirmitatib⁹ nrīs perpetē ſoſpitatē: vt dū di‑gnāter gemitū noſtri laboris ſu‑ſcipis: tua nos ſemper miſericor‑dia conſoleris. Per dominum.

Oratio uiri iuſti po‑ſiti in tribulatiōe corpo‑rali, uel ſpūali, à qua cū inſtātia petit diuinitus liberari. Pſal. VII.

ſerue 1 Domine deus meus in te ſpe‑raui: ſaluū me fac ex omni‑bus perſequētibus me & † libera me. ſerue

¶ Auctor pſalmi ꝑpheta Dauid. ¶ Titulus hic eſt. In finem pſal‑mus dauid: ideſt pſalmus ille di‑rigens nos in finem: ideſt in chri‑ſtum: attribuitur dauid: ideſt fide‑li quem pſalmum ille fidelis can‑tauit domino. i. ad honorem deo gratias referēdo pro verbis Chu‑ſi. i. pro manifeſtatione ſilentij filij gemini. i. dextere. Chuſi enī inter‑pretatur ſimiliter et gemini dex‑tra. Quilibet ergo fidelis cantat hunc pſalmum pro reuelatione ſe‑creti ſcilicet myſterij incarnatio‑nis / paſſionis / et reſurrectionis: et quare deus iuſtos protegit et malos ordinat quod ſecretum de⁹ dexter. i. fauēs et propitius ape‑ruit fideli qđ apud infideles eſt ſilentiū ⁊ ſecretum: ſed apud fide‑les verba ſilentij. i. manifeſtatio. ¶ Materia: perſecutio corpora‑lis vel ſpiritualis iniuſta et mali‑gna. ¶ Intentio: inducere homi‑nes innocentes ad ſuſtinendam patienter quaſcunq; maiorum ꝑ‑ſecutiones: et quoſq; fideles ex‑hortari vt ſpem ſuā in domino po‑nant: ⁊ ſic perfecte viuant: quate‑nus diem iudicij expectare ſecuri valeant. ¶ Sententia in genera‑li: propheta in iſto pſalmo in per‑ſona cuiuſlibet fidelis poſiti in af‑flictione corporali vel ſpirituali petit diuinitus liberari allegan‑do ſuam innocentiam: diuinam iuſtitiam: aduerſariorum mali‑tiam: poſt penitentiam itaq; per‑fecta anima perfectionem ſuam deo humiliter confitens oſtendit quid ei ꝑ ſua iuſtitia: quid malis et impenitentibus pro ſua debea‑tur iniuſtitia: intendens fideles informare vt cognito qualiter de⁹ protegit iuſtos et ordinat malos qui ſcilicet vt piger manus ſuas

Chuſi qd iter pꝛ̄atur

sub ascella ponat:sed diuinis lau
dibus et bonis operibus dona-
tus insistat. ¶ Sententia in spe-
ciali:fidelis ergo non de se presu-
mens orat a domino liberari di-
cens.[Domine]omniū per poten-
tiam[deus] oim per creationem
[meus] voluntate. Et dicitur ter
in hoc psalmo domine deus meus
ad denotandum trinitatem[in te
speraui]non de me presumpsit:et
quia in tua misericordia et bonita
te non in mea iustitia et equitate
spero ideo confidenter salutem et
liberationem imploro.vnde[sal-
uū me fac ex omnibus persequen-
tibus me]occultis et manifestis.
i.ab omnibus vitijs.demonibus
et malis hominibus [et libera
me] corporaliter et spiritualiter.
Non enim mihi sufficit vt te de-
fendente sim saluus:nisi et te libe
rante sim securus.

2 Nequando rapiat ut
leo animam meam: dū
non est qui redimat,ne
qȝ qui saluum faciat.

¶ [Neqñ].i.aliqñ[rapiat vt leo]
crudelis[animā meā]scȝ psecutor
corporalis per mortem corporalē
vel spiritualis per mortē spiritua-
lem.[dum non est]idest si non sit
[qui redimat] a morte eruendo
[neqȝ qui saluū faciat]vitā dando
pter te.q.d.nisi tu redimas et sal-
ues ille rapit et pdit. Magna est
vtilitas seruo dei propriam infir-
mitatē recognoscere atqȝ in suis
viribꝰ vel meritis nullam fiduciā
habere: tunc enim incipit adesse
virtus diuina cū deficere incipit
presumptio humana.

Diuīa vt' qñ incipit adesse.

3 Domine deus meus
si feci istud,si est iniqui
tas in manibus meis.

¶ [Dn̄e deus meꝰ si feci illud]scȝ
[si est iniquitas in manibꝰ]et ope-
ribꝰ[meis].i.si feci pximo qd̄ nō
debui.vel[si feci istud].i.si hoc ma
lum qd̄ a persecutoribus sustineo
mihi per culpam preteritā quā cō
miserim contingit. vel[si] modo
[est iniquitas in manibꝰ meis].i.
in operibus meis.quare hoc mihi
ptingat.i.si exhibui mēbra mea ar
ma iniqtatis ad peccādū si nō fui
innocens manibus.In his ver-
bis nō est superbia elati:sed humi
lis cōfessio nō ingrati.Et quod p-
fectius est.

4 Si reddidi retribuen
tibus mihi mala: deci
dā †meritò ab inimicis terge
meis inanis.

¶ [Si reddidi]scȝ mala iuxta de-
merita libidine vindicte[retribuē
tibꝰ mihi mala]scilȝ pro bonis qd̄
dicitur equitas apud homines.Et
nota tres gradus patientie.Pri- Patiē-
mus quando aliquis patiēter su- tie gra
stinet mala que meruit: et illud dus.
est bonum.Secundus quando su-
stinet mala que non meruit:et il-
lud est melius.Tertius quādo pa-
tienter sustinet mala pro bonis
que fecit:et illud est optimū.Sic
fecit iste:secūdum illud poete.Si
vis vincere:disce pati.Si inquam
hoc fecit et illud[decidam] idest
cadam.[merito]quia tale vel ta-
le feci peccatum superatus[ab
inimicis meis]me persequentis
bus[inanis] et vacuus factus a
fructu iustitie et boni operis vt
deuictus et imbecillis. Qui se
vindicat occulte a diabolo supe-
ratur inanis factus vana et super-
ba iactantie letitia.

5 Persequatur inimicus animam meã & comprehendat, & conculcet in terra uitam meã: & gloriam meam in puluerem deducat.

¶ [Persequatur] etiam [inimicus] impugnãdo [animã meam] et vitam [et comprehendat] ad possidendum: et possidens [conculcet in terra vitam meam] idest me vilificet et quasi terram pedibus conculcet [et gloriam meam in puluerem deducat] idest ad nihilum redigat. Diabolus persequitur animam suggerendo. Decipiens comprehendit ad consensum peccati trahens. Conculcat in terra in actum peccati inducens. Gloriam in puluerem deducit in consuetudine detinens: vel persequitur tentando: comprehendit superando: conculcat in terra: et conculcando terram facit idest celestia non sapientem. et gloriam que solida debet esse in conscientia in puluerem deducit idest vento vanitatis euanescere facit quando non coram deo. sed coram hominibus gloriam quis querit. Sed quia predicta non merui.

6 Exurge domine in ira tua: exultare in finibus inimicorum meorum.

¶ [Exurge domine] mihi in adiutorium opem ferendo [in ira tua] id est in vindicta contra inimicos per effectum iustitie te iratum ipsis ostendendo [et exultare] id est altus et superior appare vindicando sicut victor [in finibus] id est in possessione [inimicorum meorum] vt desinant possidere quos possident: et possessionem amittant: ibique exalteris: idest honoreris et glorificeris potius quam inimici ab illis qui prius erant possessio eorum. Et dicitur hic metaphorice in finibus exaltari sicut exaltatur princeps quando fines inimicorum suorum valet occupare.

7 Exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: †& synagoga populorum circundabit te. †ꝯgregat.o.

¶ [Exurge domine deus meus] id est more exurgentis auxiliare mihi et custodi me qui dormire videris quando non succurris [in precepto]: idest secundum iudicium [quod mandasti] faciendo iustitiam de meis persecutoribus: sicut tu mandasti iudicibus facere iustitiam de malis: vel ex opposito succurre seruantibus preceptum [quod mandasti] vt diligamus inuicem. et ita [synagoga populorum] idest congregatio de diuersis populis [circundabit te] et adherebit tibi ad te ex omni parte tanquam ad certum refugium et defensorem suum currendo: et de facto iustitie te laudando.

8 Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.

¶ [Et propter hanc] scilicet congru-

gregationem[in altum regredere] ostendendo altitudinem tue potentie et iniquorum punitione et impiorum protectione: id est fac eos scire et experiri tuam potentiam mittendo eis defensionẽ contra hostes et ita erit. vnde et mutans personam subiungit[dominus iudicat populos] iudicio discretionis et retributionis nũc pios pregẽs et malos ordinãs: et postea vnicuiq; sm opera sua reddẽs; quia omnium est dominus et iudex generalis. quod iudicium non timens ille perfectus audet orare.

9 Iudica me domine secũdùm iustitiã meã: & secundùm innocentiam meam super me.

¶[Judica me dñe] qr iudex es [sm iustitiam meã] id est sm meritum iustitie mee que est in faciẽdis bonis[et sm innocentiã] que est in declinãdo a malis: et nõ sm desideriũ et volũtatẽ hostiũ meorum. Felix aĩa et cõsciẽtia que hec põt dicere q̃ iustitia et innocẽtia sunt[sup me] qr a deo sunt et desupius habeo non a me. Ergo qr aĩa iusta est et innocẽs non per se habet sz a deo. quasi diceret quia iudex iustus es iuste iudica meriu stam ferendo pro me sententiam. Sed iterum ante iudicium retributionis. *Innocentia & declinatio a malis.*

10 Consumetur nequitia peccatorum, & †diriges iustum: scrutãs corda: & renes deus. *†uris ges.*

¶[Consumet̃].i.consumabitur et perficietur[nequitia peccatorũ] .i.perueniet ad summã nequitiã vt possit iustũ iã venire iudiciũ: et hoc non optat sed predicit. Sz qr nõ solũ dictũ est sordib⁹ sordescat adhuc: sed et iustus iustior fiat annectit et dicit[et] ex hoc[diriges iustum] vt patientia eius consumetur et plus iustificetur. Quia mali sunt occasio directionis bonorũ. quod enĩ lima ferro hoc est mal⁹ bono[scrutans].i. videns et sciens[corda.i.cogitationes[et renes].i. delectatiões[deus] scilicet quid quisq; cogitet: et quid quẽq; delectet. et ideo videns eas bõas in iusto dirigit eum: et nõ solũ dirigit sed et adiuuat. vnde subdit. *Apoca. xxij. Mali occasio sũt directionis bonorum.*

11 Iustum †adiutorium meum à domino: qui saluos facit rectos corde. *†tantis iuum.*

¶[Justum adiutoriũ meũ] quo me iuste adiuuat cõtra malos.[a domino] scz est[qui saluos facit rectos corde] qui in operib⁹ suis rectã habet intentionem. Duo enim sunt officia medicine. Unũ qd infirmitatem sanat. Alterũ qd sanitatem cõseruat. De primo dictum est supra saluũ me fac ꝑpter misericordiã tuã. De secundo hic dicitur iustũ adiutoriũ meũ a domino. qui saluos facit rectos corde. Et illa enim et ista saluos facit: sz illa ex egritudine ad salutẽ transfert. hec in ipsa salute conseruat. Ibi itaq; est misericors auxiliuz. quia nullum habet peccator meritum qui adhuc iustificari ꝑcatur. hic autem iustum auxilium est: qr iam iusto tribuitur. Sed o iniquorum iniquitas consumatur. *Medicine officia sunt duo supra ps. vj.*

12 Deus iudex iust⁹ fortis & †patiẽs† nunquid *†lõganimis tuon.*

Et adducēs. irascetur per singulos dies?

¶ [Deus iudex iustus] singulis sūi merita reddens [fortis] cui nemo potest resistere. Et ne ideo sine aliqua spe formidetur: subdit [et patiens] quia modo in multa patiētia malos tolerat ꝛ ꝑpter cōuersionē dissimulat: metu iudicij terret: ꝛ spem conuersio ꝑmittit. Et vere patiens quia [nūquid irascetur per singulos dies?] id est nunquid statim infert penā cum aliquis cōmittit offensam? quasi diceret. non quia q̄uis quotidie eū offendamus / ipse tamen quotidie non irascitur / sed patienter expectat ad penitentiam: que si non sequatur durius damnat ꝛ augebit penam. Unde ne audita patientia securi fierent pigri subiungit:

13 Nisi † conuersi fueritis gladium suum uibrabit: arcum suum tetendit & parauit illum.

† Conuertimini.

¶ [Nisi cōuersi fueritis] o iniqui a via vestra mala et penitentiam egeritis. dominus [gladium suum vibrabit] id est punitionem et vindictam manifestā exercet scilicet in futuro quando christus coruscabit suis lucens: impios terrens: ꝛ ne dicatis vobis non fuisse predictum. [arcum suum] id est scripturam comminantem [tetendit] minando malis ne putetur remissa eius patientia: [et parauit illum] per legislatores: per apostolos: per expositores promulgando: et intelligibilem faciendo.

14 Et in † eo parauit uasa mortis: sagittas suas ardentibus † effecit.

† ipso † operatus est

¶ [Et in eo] scilicet arcū scripture [parauit vasa mortis] scilicet predicatores qui inobedientibus propinant de ea mortem. Unde apostolus. Alijs sumus odor mortis in mortem: sed alijs sunt saporitie et odor vite vnde sequitur [sagittas suas] scilicet eosdem predicatores [ardentibus] desiderio verbi et diuino amore flagrantibus [effecit] id est efficaces ꝛ fructuosos fecit vt corda eorum pungendo vitam eis propinarent. Uel [sagittas suas] id est scripture sententias cito penetrantes [ardentibus] predictis [effecit] id est efficaces boni operis per ipsos predicatores fecit. Deinde tangit illorum malorum culpam. d.

ij. Cor. ij.

15 Ecce † parturit iniustitiam: concepit † dolorem, & peperit iniquitatem.

† parturit † peperit dolores.

¶ [Ecce] autem iniquus concepit ex suggestione diaboli per consensum in peccato cui debetur dolor qui bene dolor dici potest scilicet malum et peccandi voluntatem in corde ponendo per deliberationem quia mala voluntas ipsa se torquet: ipsa sui suppliciū est [parturit] scilicet ipsum peccatū ad effectum produceret conando: quia parturire est niti parere [iniustitiam] a iustitie regula discordando. [et peperit iniquitatem] per operationem / ipsius iustitie rectitudinem impugnando: scilicet peccatum extra opere perficiēdo per deliberationem. Inordinatio litere inordinationem peccati signat. Malus enim primo concipit voluntatem peccandi. Secūdo parturit per conatum adimplēdi: tertio parit in actu peccandi. Et sic.

Parturire qd est.

Malitia cōcipit.

sui].i.cupiditate et vbertate tempo
ralium. Hec tria magis humanis
vsibus necessaria põit pro omnibus
diuitijs i qb⁹ multiplicari et beati
fieri querunt qui non querunt ve-
rum bonum: et qui non vident in-
tra se regnum celorum [multiplica
ti].i. multipliciter distracti [sunt]
illi multi sola temporalia ample-
ctentes. Mutiplicatio enim non
semper vbertatē significat. sed ad
multa distractionem: quia mens
que verum bonum amare nescit/
in tot diuiditur quot concupiscit:
vt erumnosa cogitatione distracta
simplex bonum videre non possit:
de quo bonus exultat et dicit illa
ita. sed ego

9 In pace in idipsum †
dormiam & † requiescā.

†obdormiam. †somnū capiam.

¶ [In pace] mentis [in idipsum] .i. in deo qui semp est in se manēs et immutabilis [dormiā] hic in pñti somno grē cuz omni suauitate qescē do ab omni strepitu huius seculi secret⁹ et a mortalib⁹ alienus: mūdiq; oblitus. [et reqescā] in futuro in pace eternitatis qñ nō erit q̄ exterreat. i. vere. et plene tunc quiescā fruendo vita beata et eterna. O q̄ felix est q̄ hoc meretur dicere et experiri. Et hoc vere erit quia iaz est spes q̄ nō cōfūdit. Et hoc ē qđ ait.

10 Quoniam tu domine: singulariter in spe†
constituisti me.

†habitare fecisti.

¶ [Qm̄ tu dñe singulariter in spe cōstituisti me] .i. ego singularis speraui et sperata recipiā: illi aūt non sperauerunt et ideo digna factis recipiēt. vel [cōstituisti me] .i. stabilisti. [singulariter in spe] .i. in vna singulari spe: qua singulariter vnū et verum bonum speratur: quia hāc vnam petij a domino: illi aūt econtra in mutiplicitate seculi sperantes ab hac vnitate diuiduntur/ Bonum ergo est et vtile vnum querere et illi adherere: non per multa distrahi et vagari. Oratio.

Exaudi nos dñe: et in tribulationib⁹ nr̄is miserere nobis. et qui solus magnificaris in populis spiritualem leticiam tribue in spe futurorum munerum constitutis. Per.

Psamus Dauid de oratione ecclesiæ denuncians iniustos à beatitudine excludendos, & econtra iustos ęternaliter præmiandos. Psalmus. V.

Verba mea † auribus percipe domine intellige clamorē meum.

Al. † exaudi dñe

¶ Auctor psalmi ppheta Dauid.
¶ Titulus hic est in finem pro ea que consequitur hereditatem. Id est pō. ille dirigens nos in finem. i. hereditatem eternam q̄ est consummatio: est pro ea scз. Sara libera. i. ecclesia q̄ cōsequit hereditatē pmissaz. s. vitā eternā exclusa emula sua. s. agar ancilla. s. synagoga.

Sara qđ interpratur. Agar qđ interprat.

¶ Materia: commendatio diuine iustitie in reprobatione malorum.
¶ Intētio: fideles exemplo orandi et bene operandi inuitare ad beatitudinē. eosq; inducere vt exemplo dei odio habeant iniquitatem et malos: appetantq; cum bonis et iustis in futuro se fieri gloriosos.
¶ Sententia i generali. propheta in isto psalmo in persona ecclesie poscens orationem suā a deo exaudiri predicat hereticos/ scismatis

eos/peccatores malignos/ et quos cunque suos inimicos a beatitudine excluaēdos: bonosque et iustos eternaliter premiandos. ¶ Sñia in speciali. Qr supra exhortatus est infirmos ad eternā hereditatē: nunc docet orare vt perueniat ad eādem. Ecclesia ergo orat a malicia seculi separi et ad deum peruenire dicens [Uerba mea] .i. ora psalmodiam [auribus percipe domine] aures dei sunt potentia et misericordia quibus nos audire dignatur. per potentiam quidem pōt: per misericordiā vult [intellige clamorem meum] .i. intēsum affectū cordis ex quo procedit clamor oris. Clamor eñ in scripturis nō vocis sed cordis est: qñ gemitus noster et conscientia depcatur: tñ p hoc qd dicit itellige: notatur clamor esse spiritualis non vocalis. Et quia ore et corde clamo

Intēde uoci †oratiōis meæ: rex meus & deus meus,

¶ [Intende voci orationis mee] pducendo ad effectū. ac si diceret. Sic audi vba: sic intellige desideria/ vt probet rei effectus te intentū esse meis orōnibus [rex meus] per specialē prouidentiam et protectionem: et qr me regendo regnas in me et non regnat peccatū [et deus me⁹] p verū cultū et fidem. et qr nō est venter aut libido/ vel aurū de⁹ me⁹. Cām q̄z exauditionis subiungit dicens: et merito exaudies:

Quoniā ad te orabo domine: mane exaudies uocem mēam.

¶ [Qm̄ ad te] solū pmerēdū [orabo dn̄e] et non ad alios. q. d. ecclia. orani/ nec sum exaudita: nec tñ desisti: et quia ab illis a quorum oculis nox peccatorum nōdū recessit videri non poteris [mane] scilz. infusiōe gr̄e. i. statim vt nox et tenebre peccatorum fugere ceperint/ et sol iusticie in cor meum venerit: statim in principio boni operis [exaudies vocem meam] .i. ostendes: vel intelligam meam vocem exauditam: est enim meum velle tuum perficere. vnde.

4 Mane: astabo tibi & uidebo: quoniam non deus uolēs iniquitatem tu es.

¶ [Mane] scilz peccatorū nebulis discedentibus et gr̄a infusa. i. in luce virtutum [astabo tibi] et adherebo. q. d. non sedebo. nō iacebo in terrenis quiescens/ sed mēte directus ero ad eterna et pseuerans [et videbo] te mūdo corde: merebor que exauditionem tuam: non enim videt deum q̄ terrenis adheret/ sed qui in mane virtutū deo astat [qm̄ tu es deus non volens iniqtatē] et ideo ab iniquis non videris sed iniquitatem transeunte fit mane vt videaris. Terrenis adherēs deum nō videt.

5 † Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. †nō

¶ [Neque habitabit iuxta te] i presenti per gratiam: vel in futuro per gloriam: id est non sic videbit te vt adhereat tibi. et si quando appropinquauerit non perseuerabit [malignus] quasi malo igne plenus qui malum vult vt conatur facere contra deum: vel proximum quamuis non possit [neque pmanebūt] cōpuis ad bonū placere videāt [iniusti] qui malum faciūt vel qui non faciunt qd debent [ante ocu- Malign⁹ q̄si malo igne plen⁹.

los tuos]. i. in beneplacito tuo: vt
pre oculis misericordie videant.
vel te presentialiter vnq̄ videant
et vere nō permanebūt. quia.

6 Odisti † omnes qui operantur iniquitatem: perdes† omnes qui loquuntur mendacium.

† domine oēs. † eos.

¶ [Odisti]. i. odio tuo dignos ostē dis & videris odisse/ dū a te separas/ & a tuo amore repulsos ietern ū punis [oēs q̄ operant]pseuerā ter scilicet impenitētes [iniquitatē]. i. quodcunq; mortale peccatū. nō dicit qui operati sunt ne exclu dat penitentiā: sed qui opant per uerse viuēdo & in peccato perseue rando [perdes oēs]eternaliter pu niēdo si nō penituerint: nō solum operātes sed et eos [qui loquūtur mendacium]perniciosum et mali gnū quod fit ad fallēdū: quia hoc est mortale peccatum & occidit ani mam. Deinde mutat personam. di cens.

7 Virum sanguinū & dolosum abominabitur dominus: ego autē in multitudine† misericordiæ tuæ..

Et. † miserationū s.

¶ [Virum sanguinum]. i. homicidā et persecutorē sanctorum ac oppressorem pauperum & innocentū q̄ equiparatur homicide: quia aufert substantiā vite: necnō mortificatores animarum / vel male docendo/ vel vim inferendo [& dolosum]qui sub specie docēdi seu con sulendi vel alio modo decipit proximū [abominabit dominꝰ]q2 nūc sacrificia & orōnes eorū respuit: et post ab hereditate electorū eos se parabit. et iterū mutat personā di cēs. [ego aūt]scz ecclīa adhuc mili tans hic repulsis [in multitudine misericordie tue]nō in meis meri tis aut viribus confidens vel in multa spe concepta de tua miseri cordiā.

8 Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

¶ [Introibo in domū tuam]celestē. s. in ecclesiā triumphātem: siue celum quasi lapis in celeste edificium. i. consequar hereditatem celestem. et interim [adorabo ad tēplum sanctū tuū]celeste: cor ad ips erigendo: et orōnibꝰ ei propinquā do vt sim in eiꝰ edificio [in timore tuo]casto et sancto. Sancta ecclesia idō domꝰ dicit q2 ab omnipotē te domino inhabitat: ideo tēplum q2 ab ipso domino cōsecrat. vel q2 in ea continue celesti domino laudes referūtur. Et hoc mihi non tribuo q2 hoc viribus meis non valeo. sed o

Ecclesia sancta q̄re. dōmꝰ dicitur.

9 Domine deduc me in iustitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in cōspectu tuo † vitā meā.

† iter meū.

¶ [Domine deduc me]. id est fac me ꝓficere. Deductio enim de virtute in virtutem conuenit proficienti. [in iusticia tua]: id est legis tue vel per temetipsum datā ne seductus deuiem ad iustitiam tu domine qui es creator meus in esto dux meus [propter inimicos meos]qui mihi insidiantur cōfundendos/ vel conuertendos/ vel vitandos/ cuiuscunq; sint generis [dirige in conspectu tuo viam meam: quia plerūq; in conspectu hominum via recta creditur: etiā que a veritatis itinere deprauaꝛ

Profici enti cō uenit deductio de ꝟtute in ꝟtu tem.

rum vel [dirige] id est ostende [viam tuam] i. legem in conspectu meo / vt pre oculis ipsam habeam ac propter in ea ambulem; et que per se recta est et mihi recta videatur et fiat. Et necesse est.

10 Quoniam non est in ore eorũ ueritas: cor eorum uanum est.

¶ [Quoniam non est in ore eorum] scilicet inimicorum [veritas] sed discordant a via veritatis et iustitie ideo parati sunt ad calumniandum bonis et seducendum eos. nec mirum quia [cor eorum vanum est] vane et false cogitando et iudicando. Et si vanitas est in corde quomodo erit veritas in ore? Ex abundantia enim cordis os loquitur. vnde sunt cauendi et eorum iudicio ac verbis non est credendum sed ad conscientiam vbi deus videt fugiendum. Quasi.

Mat. xij. et Lu. vj.

11 Sepulchrũ patẽs est guttur eorũ, linguis suis dolose agebãt iudica illos deus.

¶ [Sepulchrum patens] i. aptum non clausum [est guttur eorum] verba fetida ad corrumpendum alios proferendo [linguis suis] scilicet mendacibus et malis [dolose agebant] sub specie veri falsa inducendo et alios occulte decipiendo: salutem promittentes et mortem ingerentes. Si enim aperte non possunt decipere dolose agunt sub specie veri mentientes [iudica illos deus] ad penam et interitum eos condemnando. Non dicit hoc voto optantis vt eueniat / sed spiritu preuidentis quod futurum est.

12 Decidant à cogitationibus suis secundùm multitudinem impietatum eorum, expelle eos, quoniam †irritauerunt te domine. †in amaritudinem concitauerunt

¶ [Decidant] i. cadant [a cogitationibus suis] id est frustrentur spe et opinionibus suis. quia quicquid elate cogitauerant cum intereunt sine fructu amittunt. vel deorsum cadant merito peruersarum cogitationum [secundum multitudinem impietatum eorum] i. peccatorum commissorum que multa commiserunt [expelle eos] i. longe pelle eos a facie tua et ab hereditate eterna: hoc est secundum quod a te longe recesserunt recede ab eis [quoniam irritauerunt te domine] i. ad iracundiam et vindictam prouocauerunt per peccatum a te recedendo quem placare debuerunt penitendo.

13 Et lætẽtur omnes qui sperant in te: inæternum exultabunt & habitabis in eis.

¶ [Et] econtrario [letentur] in presenti [omnes qui sperant in te] i. qui sic operantur vt a te sperent mercedem: cuiusmodi sunt iusti et boni. primum quidem iustorum gaudium est in spe: postmodum vero erit in re. vnde adiungit ostendens quod merito letentur quia [in eternum] non temporaliter [exultabunt] in futuro accepta hereditate laudantes pro beneficijs [et] i. quia [habitabis in eis] sicut in templo tuo. Felices qui christum merebuntur habere hospitem quia hoc est eterna exultatio: cum templum dei fient iusti: et erit gaudium eorum ipse incola eorum.

14 Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.

¶ [Et] interim [gloriabuntur] in hac spe positi [in te] Volo [qui diligunt nomē tuū] q dominus es vel honorem tuū seu nois tui et meritorum [qm tu bndices iusto] quia quicquid boni hz a te habet. vel tūc [gloriabūtur in te] vidēdo et fruēdo [oēs qui diligūt nomen tuum] q dominus es tanq possidētes hereditatē scz te et hntes ad fruēdum q diligūt. q.d. quicūq3 diligit dominum gloriabitur in domino [qm tu benedices iusto] hec est bndictio gliari in deo et habitari ab eo. Stude ergo vt mō iustus sis vt tūc bndici merearis. Et q: vocatio non meritorum nostrorum sed misericordie et beniuolentie dei est subiungit.

Diligēs dominū gliabitur in dño.

13 Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ: coronasti nos.

¶ [Domine vt scuto bone volūtatis tue] .i. nō nostra iusticia sz tua diuina bōa volūtate qua nos vocasti tanq scuto [coronasti nos] in presenti circūuallādo nos aduersus seua iacula inimici: et protegendo nos a malis ex omni parte per circuitū ad modum corone: et dādo victoriā de tētationib9: et coronabis in futuro de bonis eternis: q: corona consueuit dari victoribus. Scutū em dr a greco scutui: qd iocundū significat: et duo facit: q: si ponit ante corpus ptegit: si super caput coronat. sic diuina bona volūtas nos ptegit in pnti ab omni malo qtū scit nobis expedire: et coronat in futuro corona glie eterne: quia quos protegens adiuuat remunerans coronat. Oratio.

Scutū vñ dicit.

Pie domine que attriti cordis gemitum priusq proferatur intelligis: effice nos quesumus templum paradeta vt mereamur scuto celestis beniuolentie coronari. Per domi.

Oratio uerè penitentis dei misericordiā implorantis: & alios suo exēplo ut similiter pœniteant exhortātis.

Psalmus. VI.

1 Domine ne in furore tuo arguas me: neq † in ira tua corripias me.

† ira tua † furore tuo.

¶ Auctor psalmi ppheta Dauid. ¶ Titulus talis est in finē in carminib9 ps. dauid pro octaua. Hoc est ps ille qui dicitur eo q monet ad bene operandū dirigens nos in finem: id est in christum qui est meta et consummatio totius agonis attribuitur Dauid: id est penitenti iam forti manu facto timenti pro octaua scilicet die iudicij: q post hoc tempus quod septem diebus voluitur est futura in carminibus .i. in gemitibus penitentie quibus deus tanq carminibus delectat. ¶ Materia: vera cognitio et deploratio pctōrū. ¶ Intentio: monere hoies ad penitētiā salutarē cū spe remissiōis oim pctōrū. ¶ Snia in generali: ppheta in isto ps. in persona vere penitētis clamat ad dominū veniā de cōmissis postulās: erūnasq3 pprias quibus afflict9 ingemiscat narrans. Postq dctm est de eterna hereditate intēdit nunc penitētes male agētes inuitare: vt suo exēplo studeāt eam p penitētiam recupare. ¶ Sententia in speciali. In psona ergo penitentis metuentis in iudicio puniri orat dicēs [Domine ne in furore tuo] .i. in ira grauiori q

non parcit[arguas me].i. quasi in inferno damnandum conuincas [neque in ira tua] minus graui que vindictam petit[corripias me].i. quasi in purgatorio castigandum reprehendas. sed hic. seca: hic vre: hic sana me ne ibi opus sit. quia horrendum est incidere in manus dei. Furor vel ira in deum non cadit quia cum tranquillitate iudicat sed dicitur iudicium quo malis talis videbitur. q.d. ne punias me secundum rigorem iusticie tue vt iudex iratus: sed secundum dulcorem misericordie tue vt pater benignus vnde sequitur sed potius

2 Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam † conturbata sunt ossa mea.

Al. † turbata. ¶[Miserere mei] miseri o[domine] in hac vita: et misericorditer parcite vt medicus et quia misericordia debetur miseris: suam miseriam insinuat dicens et opus est[quoniam infirmus sum] natura et vitio fragilis et pronus ad peccandum: ideo iustitiam sustinere non valeo[sana me domine] per misericordiam qui medicus es: ac conforta et robora[quoniam] memoria peccatorum[conturbata sunt ossa mea].i. etiam robur et fortitudo anime mee. q.d. peruenit infirmitas vsque ad interiores sensus ac intima et fortia anime que infirmata sunt et destructa viribus a consideratione propri reatus et extremi examinis. Nam ne ossa carnis intelligeres exponit cum subiungit.

3 Et anima mea turbata est ualde † & tu domine usquequo?

Also † sed ¶[Et anima mea] infirma et peccatrix contremiscens[turbata est valde] et compuncta ad penitentiam vt emendetur[et tu domine vsque quo?] differs et tardas eam consolari sanando et confortando. Nec in hoc tanquam crudelis deus estimandus est: sed tanquam bonus persuasor anime quid mali sibi ipsa peperit. Differt enim pius dominus exaudire multotiens ex sua magna misericordia: vt ex difficultate sanationis sit diligentior custodia recepte sanitatis nam quod facile sanatur non multum cauetur. Et quia differt ideo adiungit: ergo.

4 Conuertere domine et † eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Al. † erue.

¶[Conuertere domine] de rigore iustitie ad dulcorem misericordie et qui quasi aduersus videris propter peccatum a me conuertere ad me: et sic ego conuertar ad te. Diuina enim conuersio est causa nostre conuersionis[et eripe animam meam] i. conuersione varijs modis impeditam scilicet seculi perplexitatibus: ac carnis concupiscentijs et iugo male consuetudinis quasi quibusdam vinculis ligatam[saluum me fac] i. fac me incolumem perficere in bono ne vlterius cadam[propter misericordiam tuam] quia nihil de me presumo nam iusta debetur peccanti damnatio. Conuersio diuina est nostre conuersionis.

5 Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno † autem quis confitebitur tibi? † autem non est

¶[Quoniam non est in morte].i. post mortem aliquis de malis[qui memor sit tui] ad veniam et memoria fructuosa nunc enim tempus est conuersionis et post erit retributionis vnde subditur[in inferno autem quis confitebitur tibi?] vtiliter et fructuose. q.d. nullus sicut diues confessus est mala sua: sed frustra. Et ideo rogo sanari quia nullus post mortem et in inferno potest agere penitentiam fructuosam. vnde stultus est qui non tempus Penitentiam fructuosam post

morte τ i iferr nonnulr lus age re pt. illud ꝑuenit penitendo: q: tūc nō restat nisi retributio. Et merito sanabis: quia ego gemendo pro peccatis meis.

6 Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meū †lachrymis †meis stratum meum rigabo.

†in † meis nō est.

¶ [Laborabo] satisfaciendo [in gemitu meo] id est cordis contritiōe dolēs ꝓ petīs τ timēs pro penis eis debitis [lauabo] .i. mundabo eūdo [per singulas noctes] .i. ꝑ singula petā et circūstātias eoꝝ [lectū meū] .i. ꝯsciētias q̄ mūdis corde est requies sed male cordatis tormētum: sicut lectus gratus est sanis τ grauis īfirmis. τ q: tunc sit dignus penitentie fructus qñ non solū ꝯscientia τ aia: sed τ corpus affligitur. adeo et [lachrymis meis rigabo] .i. ꝑfundā [stratum meū] .i. corpus qḋ stratū dicitur: q: anime substernitur: inde autē gemitus: quia.

Corpus stratū dicit.

7 Turbatus est à† furore oculus meus: inueteraui †inter omnes inimicos meos.

†ab ira †i osb⁹

¶ [Turbat⁹ est a furore] i. ab ira tua scꝫ futura que in iudicio erit quā timeo: et p̄senti quā in cecitate mentis iā sentio. vel ab ira propria τ imenso feruore animi quo penitendo mihi ipsi irascor [ocul⁹ meus] interior .i. cordis scꝫ mens τ ratio. τ merito: quia [inueteraui] .i. mlto tpe iā i petīs vixi mēbrū factus veteris hoīs [iter oēs inimicos meos] scꝫ vitia demones τ hoīes malos ad malū me ꝓuocātes: quibus omnibus cōsensi et a nullo eoꝝ immunis fui. Quia vero non est inanis tantus labor penitentie sequitur.

8 Discedite à me oēs qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Mat. vij. Lu. xiij.

¶ [Discedite] nūc aio τ in futuro ēt loco [a me] ɔuerso et amodo ne laboretis me cōformare vobis ꝑ quos τ cū q̇bus peccaui. i. discedetis a me vt sit ꝓphetia seu increpatio ꝓphetica et ita erit [oēs qui operant̄] ꝑtinaciter [iniq̇tatē] me ad malū incitādo. correctio est vt separet̄ ab illis quoꝝ collegio peccauit: τ mādatis dei īsistat [qm̄ exaudiuit dn̄s] .i. efficacem fecit [vocē fletus mei] id est compunctionem seu orationē meā cū lachrymis ꝓ petīs cōmissis. vbi dat exemplum fideliter orantes exaudiri.

9 Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

¶ [Exaudiuit dn̄s] remittēdo [deprecationem meā] p̄ri⁹ luctuosam q̄ est pro deponēdis petīs τ remouendis malis [dominus orationē meā] iā securā q̄ est ꝓ adipiscēdis virtutibus et adhibendis bonis [suscepit] q̄si oblationem. Repetit idē crebro ad ostendēdum gratitudinē diuie gratie: τ exultationē salutis ipetrate. Ter autē dn̄s dicit: q: sctām trinitatē affuisse suis precibus ostēdit. Et q: deus eum penitentem exaudiuit iam liber a peccatis: optat τ orat et pro inimicis vt conuertantur exemplo suo dicit. Ergo iam.

Erubescant

fiñ ẽ vehe mẽter ꝯfun dātur.

10 Erubescant & conturbentur † uehemẽter omnes inimici mei: conuertantur & † erubescãt ualdè uelociter.

¶ [Erubescãt] exẽplo meo de actibus suis malis ꝛ petis [ꝛ ꝯturbẽtur] timore iudicij ꝛ cõpungantur vtiliter ad penitẽtiã et hoc [vehementer non remisse vel leuiter [omnes inimici mei] aduersantes saluti mee: et me imitando fiant amici [conuertantur] ad deum a malis: [et erubescant] de eis de quibus ante sunt gloriati: et non differant vel procrastinent: sed [valde velociter] idest cito et indilate. Bis dicit erubescant: quia non solum ante conuersionem est erubescendum: sed etiam post ex memoria et recordatione peccatorum quod est quedam: custodia virtutum. Oratio.

Exauditor oĩs deus exaudi nr̃orũ fletuũ supplicẽ vocẽ: ꝛ tribue infirmitatib⁹ nr̃is perpetẽ sospitatẽ: vt dñ dignãter gemitũ nostri laboris suscipis: tua nos semper misericordia consoleris. Per dominum.

Oratio uiri iusti positi in tribulatiõe corporali, uel spũali, à qua cũ instãtia petit diuinitus liberari. Psal. VII.

ferue

1 Domine deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequẽtibus me & † libera me.

ferue

¶ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus hic est. In finem psalmus dauid: idest psalmus ille dirigens nos in finem: idest in christum: attribuitur dauid: idest fideli quem psalmum ille fidelis cantauit domino. i. ad honorem deo gratias referẽdo pro verbis Chusi. i. pro manifestatione silentij filij gemini. i. dextere. Chusi enĩ interpretatur similiter et gemini dextra. Quilibet ergo fidelis cantat hunc psalmum pro reuelatione secreti scilicet mysterij incarnationis / passionis / et resurrectionis: et quare deus iustos protegit et malos ordinat quod secretum de⁹ dexter. i. fauẽs et propitius aperuit fideli qđ apud infideles est silentiũ ꝛ secretum: sed apud fideles verba silentij. i. manifestatio. ¶ Materia: persecutio corporalis vel spiritualis iniusta et maligna. ¶ Intentio: inducere homines innocentes ad sustinendum patienter quascunq; maiorum ꝑsecutiones: et quoscũ fideles exhortari vt spem suã in domino ponant: ꝛ sic perfecte viuant: quatenus diem iudicij expectare secure valeant. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis positi in afflictione corporali vel spirituali petit diuinitus liberari allegando suam innocentiam: diuinam iustitiam: aduersariorum malitiam: post penitentiam itaq; perfecta anima perfectionem suam deo humiliter confitens ostendit quid ei ꝑ sua iustitia: quid malis et impenitentibus pro sua debeatur iniustitia: intendens fideles informare vt cognito qualiter de⁹ protegit iustos et ordinat malos qui scilicet vt piger manus suas

Chusi qđ inter p̃tatur

sub ascella ponat: sed diuinis laudibus et bonis operibus donatus insistat. ¶ Sententia in speciali: fidelis ergo non de se presumens orat a domino liberari dicens. [Domine] omnium per potentiam [Deus] oim per creationem [meus] voluntate. Et dicitur ter in hoc psalmo domine deus meus ad denotandum trinitatem [in te speraui] non de me presumpsi: et quia in tua misericordia et bonitate non in mea iusticia et equitate spero ideo confidenter salutem et liberationem imploro. vnde [saluum me fac ex omnibus persequentibus me] occultis et manifestis. i. ab omnibus vitijs. demonibus et malis hominibus [et libera me] corporaliter et spiritualiter. Non enim mihi sufficit vt te defendente sim saluus: nisi et te liberante sim securus.

2 Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

¶ [Nequando] i. aliquando [rapiat vt leo] crudelis [animam meam] sc3 persecutor corporalis per mortem corporalem vel spiritualis per mortem spiritualem. [dum non est] idest si non sit [qui redimat] a morte eruendo [neque qui saluum faciat] vitam dando preter te. q. d. nisi tu redimas et salues ille rapit et perdit. Magna est vtilitas serui dei propriam infirmitatem recognoscere atque in suis viribus vel meritis nullam fiduciam habere: tunc enim incipit adesse virtus diuina cum deficere incipit presumptio humana.

Diuina virtus quando incipit adesse.

3 Domine deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.

¶ [Domine deus meus si feci illud] sc3 [si est iniquitas in manibus] et operibus [meis] i. si feci primo quod non debui. vel [si feci istud] i. si hoc malum quod a persecutoribus sustineo mihi per culpam preteritam quam commiserim contingit. vel [si] modo [est iniquitas in manibus meis] i. in operibus meis. quare hoc mihi contingat. i. si exhibui membra mea arma iniquitatis ad peccandum si non fui innocens manibus. In his verbis non est superbia elati: sed humilis confessio non ingrati. Et quod perfectus est.

4 Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. tergo

¶ [Si reddidi] sc3 mala iuxta demerita libidine vindicte [retribuentibus mihi mala] scilicet pro bonis quod dicitur equitas apud homines. Et nota tres gradus patientie. Primus quando aliquis patienter sustinet mala que meruit: et illud est bonum. Secundus quando sustinet mala que non meruit: et illud est melius. Tertius quando patienter sustinet mala pro bonis que fecit: et illud est optimum. Sic fecit iste: secundum illud poete. Si vis vincere: disce pati. Si inquam hoc fecit et illud [decidam] idest cadam. [merito] quia tale vel tale feci peccatum superatus [ab inimicis meis] me persequentibus [inanis] et vacuus factus a fructu iustitie et boni operis vt deuictus et imbecillis. Qui se vindicat occulte a diabolo superatur inanis factus vana et superba iactantie leticia.

Patientie gradus.

5 Persequatur inimicus animam meã & conprehendat, & conculcet in terra uitam meã : & gloriam meam in puluerem deducat.

¶ [Persequatur] etiam [inimic⁹] impugnãdo [animã meam] et vitam [et comprehendat] ad possidendum: et possidens [conculcet in terra vitam meam] idest me vilificet et quasi terram pedibus conculcet [et gloriam meam in puluerem deducat] idest ad nihilum redigat. Diabolus persequitur animam suggerendo. Decipiens comprehendit ad consensum peccati trahens. Conculcat in terra in actum peccati inducens. Gloriam in puluerem deducit in consuetudine detinens: vel persequitur tentando: comprehendit superando: cõculcat in terra: et conculcando terram facit idest celestia non sapientem. et gloriam que solida debet esse in conscientia in puluerem deducit idest vento vanitatis euanescere facit quando non coram deo. sed coram hominibus gloriam quis querit. Sed quia predicta non merui.

6 Exurge domine in ira tua : exultare in finibus inimicorum meorum.

¶ [Exurge domine] mihi in adiutorium opem ferendo [in ira tua] id est in vindicta contra inimicos per effectum iustitie te iratum ipsis ostendendo [et exultare] id est altus et superior appare vindicando sicut victor [in finibus] id est in possessione [inimicorum meorum] vt desinant possidere quos possident: et possessionem amittant: ibiq; exalteris: idest honoreris et glorificeris potius q̃ inimici ab illis qui priꝰ erant possessio eorum. Et dicitur hic metaphorice in finibus exaltari sicut exaltatur princeps quando fines inimicorum suorum valet occupare.

7 Exurge domine deꝰ meus in precepto quod mandasti: † & synagoga populorum circundabit te. Tagregat.o.

¶ [Exurge domine deus meus] id est more exurgentis auxiliare mihi et custodi me qui dormire videris quando non succurris [in precepto] : idest secundum iudicium [quod mandasti] faciendo iustitiam de meis persecutoribus : sicut tu mandasti iudicibus facere iustitiam de malis: vel ex opposito succurre seruantibus preceptum [quod mandasti] vt diligamus inuicem. et ita [synagoga populorum] idest congregatio de diuersis populis [circundabit te] et adherebit tibi ad te ex omni parte tanq̃ ad certum refugium et defensorem suum currendo: et de facto iustitie te laudando.

8 Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.

¶ [Et propter hanc] scilicet synagogam

gregationem[in altum regredere] ostendendo altitudinem tue potentie et iniquorum punitione et impiorum protectione: id est fac eos scire et experiri tuam potentiam mittendo eis defensionē contra hostes et ita erit. vnde et mutans personam subiungit[dominus iudicat populos] iudicio discretionis et retributionis nūc pios pregēs et malos ordinādo: et postea vnicuiqz sm opera sua reddēs; quia omnium est dominus et iudex generalis. quod iudicium non timens ille perfectus audet orare.

9 Iudica me domine secūdùm iustitiā meā: & secundùm innocentiam meam super me.

[Iudica me dn̄e] q₂ iudex es [sm iustitiam meā] id est sm meritum iustitie mee que est in faciē dis bonis [et sm innocentiā] que est in declinādo a malis: et nō sm desideriū et volūtatē hostiū meorum. Felix qui a cōsciētia que hec pōt dicere q̄ iustitia et innocētia sunt [sup me] q₂ a deo sunt et dē supnis habeo non a me. Ergo q₂ mea iusta est et innocēs non per se habet sz a deo. quasi diceret quia iudex iustus es iuste iudica meum statum ferendo pro me sententiam. Sed iterum ante iudicium retributionis.

(Innocentia est declinatio a malis.)

10 Consumetur nequitia peccatorum, & †diriges iustum: scrutās corda: & renes deus.

[Consumef] .i. consumabitur et perficietur [nequitia peccatorū] .i. perueniat ad summā nequitiā vt possit iustū iā venire iudiciū: et hoc non optat sed predicit. Sz q₂ nō solū dictū est sordib⁹ sordescat adhuc: sed et iustus iustior fiat annectit et dicit [et] ex hoc [diriges iustum] vt patientia eius consumetur et plus iustificetur. Quia mali sunt occasio directionis bonorū. quod enī lima ferro hoc est mal⁹ bono [scrutans] .i. videns et sciens [corda] .i. cogitationes [et renes] .i. delectatiōes [deus] scilicet quid quisqz cogitet: et quid queqz delectet. et ideo videns eas bōas in iusto dirigit eum: et nō solū dirigit sed et adiuuat. vnde subdit.

(Apoc. ca. xxij. c.) (Mali occasio sūt directionis bonorū.)

11 Iustum †adiutorium meum à domino: qui saluos facit rectos corde.

(†auxilium.)

[Iustum adiutoriū meū] quo me iuste adiuuat cōtra malos. [a domino] scz est [qui saluos facit rectos corde] qui in operib⁹ suis rectā habet intentionem. Duo enim sunt officia medicine. Unū qd̄ infirmitatem sanat. Alterū qd̄ sanitatem cōseruat. De primo dictum est supra saluū me fac ppter misericordiā tuā. De secundo hic dicitur iustū adiutoriū meū a domino. qui saluos facit rectos corde. Et illa enim et ista saluos facit: sz illa ex egritudine ad salutē transfert. hec in ipsa salute conseruat. Ibi itaqz est misericors auxilium. quia nullum habet peccator meritum qui adhuc iustificari p̄catur. hic autem iustum auxilium est: q₂ iam iusto tribuitur. Sed o iniqui quorum iniquitas consumatur.

(Medicine officia sunt duo supra pō vs.)

12 Deus iudex iust⁹ fortis & †patiēs† nunquid

(†longanimis †non)

Nō ad- irascetur per singulos
ducēs; dies?

¶ [Deus iudex iustus] singulis scḋm merita reddens [fortis] cui nemo potest resistere. Et ne ideo sine aliqua spe formidetur: subdit [et patiens] quia modo in multa patiētia malos tolerat & ꝓpter cōuersionē dissimulat: metu iudicij terret: & spem conuersionis ꝓmittit. Et vere patiens quia [nūquid irascetur per singulos dies?] id est nunquid statim infert penā cum aliquis cōmittit offensam? quasi diceret. non quia q̄uis quotidie eū offendamus/ ipse tamen quotidie non irascitur/ sed patienter expectat ad penitentiam: que si non sequatur durius damnat & augebit penam. Unde ne audita patientia securi fierent pigri subiungit:

13 Nisi † conuersi fueri-
† Conuertimini. tis gladium suum uibra-
bit: arcum suum teten-
dit & parauit illum.

¶ [Nisi cōuersi fueritis] o iniqui a via vestra mala et penitentiam egeritis. dominus [gladium suum vibrabit] id est punitionem et vindictam manifestā exercet scilicet in futuro quando christus coruscabit suis lucens: impios terrens: & ne dicatis vobis non fuisse predictum. [arcum suum] id est scripturam comminantem [tetendit] minando malis ne putetur remissa eius patientia: [et parauit illum] per legislatores: per apostolos: per expositores promulgando: et intelligibilem faciendo.

14 Et in † eo parauit ua-
† ipso Ipopas- sa mortis: sagittas sua,
ms est ardentibus † effecit.

¶ [Et in eo] scilicet arcū scripture [parauit vasa mortis] scilicet predicatores qui inobedientibus propinant de ea mortem. Unde apostolus. Alijs sumus odor mortis in mortem: sed alijs sunt sacratre et odor vite vnde sequitur [sagittas suas] scilicet eosdem predicatores [ardentibus] desiderio verbi et diuino amore flagrantibus [effecit] id est efficaces & fructuosos fecit vt corda eorum pungendo vitam eis propinarent. Uel [sagittas suas] id est scripture sententias cito penetrantes [ardentibus] predictis [effecit] id est efficaces boni operis per ipsos predicatores fecit. Deinde tangit illorum malorum culpam. d: ij. Cor. ij.

15 Ecce † parturit iniu- † parturiuit id
stitiam: concepit † do- dolores.
lorem, & peperit ini-
quitatem.

¶ [Ecce] autem iniquus concepit ex suggestione diaboli per consensum in peccato cui debetur dolor qui bene dolor dici potest scilicet malum et peccandi voluntatem in corde ponendo per deliberationem quia mala voluntas ipsa se torquet: ipsa sui supplicium est [parturit] scilicet ipsum peccatum ad effectum produceret conando: quia parturire est niti parere [iniustitiam] a iustitie regula discordando. [et peperit iniquitatem] per operationem/ ipsius iustitie rectitudinem impugnando: scilicet peccatum extra opere perficiēdo per deliberationem. Inordinatio litere inordinationem peccati signat. Malus enim primo concipit voluntatem peccandi. Secūdo parturit per conatum adimplēdi: tertio parit in actu peccandi. Et sic. Parturire qd est. Malitia cōcipit.

16 Lacum aperuit & effodit † eum: & incidit in foueam quam fecit. filliũ,

¶ [Lacum] infernij [aperuit] concipiendo [et effodit eum] parturiendo [et incidit in foueam quam fecit] pariẽdo. Uel [Lacum aperuit] malum proximo machinando [et effodit eum] huic rei studiũ adhibendo [et incidit] id est cadit [in foueã quam fecit] alteri malũ perpetrando: quia prius in se ꝙ in alium peccauit. Iniquitas enim prius ledit cor iniustum vnde procedit ꝙ hominem iustum in quẽ accedit. Prius fraudator leditur damno innocentie ꝙ alius pecunie. vnde sequitur.

17 Conuertetur † dolor eius in caput eius & † in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

fila bor. iniquitas ei in verticem eius.

¶ [Conuertetur dolor eius] quẽ concepit [in caput eius] id est mẽtem [et in verticem ipsius] id est rationem [iniquitas eius] quam peperit [descendet] quasi cum impetu id est peccatum et malum suum in animam eius reuertetur & in ipsum torquebitur. Recte erit iniquitas eius superior et ipse inferior: cum ipse iniquitati sue spõte se subdiderit: et in illum descendet: quia grauat eum et onerat: et cor sursum leuare et ad requiem sanctorum vocare non sinit. hoc fit cum in homine peruerso seruit ratio et dominatur libido. Et qui hec perfecte iste iam euaserat laudat deum et dicit.

Confitebor domino secundũ iustitiã eius: & psallam nomini domini altissimi.

¶ [Confitebor] ergo [domino] confessione laudis .i. laudabo dominũ [sm iustitiam eius] id est pro iustitia vel propter iustitiam eius: quia iustus est et sic bonos protegit et malos iuste punit. [et psallam] recte operando. bene viuendo spiritualiter gaudendo. Psallere enim iustorum ad gaudiũ pertinet sicut penitentia peccatorum ad tristitiam [nomini domini altissimi] id est ad honorem nominis dei non gloriam meam querẽdo. Hoc etiam posset legi de cõfessione peccati quasi diceret. sicut deus pure est iustus et sine omni labe peccati et iniustitie: ita ego pure confitebor peccata mea sine omni excusatione & velamine. Potest etiam hic psalmus in persona Christi intelligi: si ea que ibi humiliter dicta sunt ad nostram infirmitatem quam ipse christus gestauit scilicet ad humanã ei⁹ naturam referantur.

Psallere iustorum ad gaudiũ ptinet.

Oratio.

Scrutator cordis deus libera nos a persequentibus nos: et da nobis in tui expectatione iudicij firmam custodiam mentis vt non retribuam⁹ inimicis mala pro bonis. Per do.

Psalmus de Christi magnificentia honore & gloria, cuius gratia & uirtute constituta & corroborata est uniuersalis ecclesia.

Psalmus VIII.

Domine dominus noster: quâm admirabile est nomē tuum in vniuersa terra.

noster dominus est? In quo scz ut a dño predicta recognoscamus et diuus nos legi et regule subijcia-mus.q.d. nullus.hec pdicta dicūt ꝛ faciunt mali.Sed contra mala seculi dicat ꝛ faciat deꝰ pr̄ qd̄ seqt.

5 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum:nunc exur-gam dicit dominus.

¶[Propter miseriā inopū].s.gēti liū tollēdā q̄ nec legē nec pphe-tas habuerūt[ꝛ gemitū paupū]. i.iudeoꝝ cōsolandā qui spūaliter nō intelligunt.Inops est qui nec a se nec ab alio habꝫ auxiliū.Pau per q̄ nō habꝫ a se.quasi diceret. propter miseros ꝛ afflictos p̄ ino-pia ꝛ paupertate spiritualium bo noꝝ egentes tam in mundo : q̄ in limbo existētes[nūc]scꝫ in tpe gratie quod nō priori populo feci [exurgam]ad liberandū genꝰ hu-manū.i.apparebo in filio mitten-do eum[dicit dominus]pater

Inops qs est Paup qs est.

6 Ponam in salutari:fi ducialiter agam in eo.

¶[Ponam]scꝫ auxiliū eoꝝ ꝛ oē quod ad miseriā inopū auferendā ꝛ gēmitū pauperū consolandum ptinet[i salutari].i.in christo iesu q̄ est salutare dei ꝛ saluator mūdi nō ponam in seruis[fiducialiter]. i.potenter et efficaciter[agā i eo]. i.per eū genꝰ humanū redimēdo ꝛ ipe fiducialiter aget quia nihil ei resistet.Erat eñ docēs eos sicut potestatem habens addens legi ꝛ mutans quedam pro sua volūta-te:non sicut scribe de cuius predi-cationis luce ꝛ cōmendatione pro pheta subiungit.d.

7 Eloquia domini elo-quia casta: argentum igne examinatum:pro batum terræ,purgatum septuplum.

¶[Eloquia dñi].i.verba christi ꝛ doctrina euangelica sunt[eloquia casta].i.nullo mēdacio adulterata ꝛ ꝟissima sine admixtiōe falsitatꝭ: sine corruptiōe cupiditatꝭ simula tionis ꝛ laudis: ꝯ hoc qd̄ supra dicit.vana locuti sūt ꝛc.Et ipa sūt sicut [argētū igne examinatū]qꝛ per tribulationis fornacē pbata sicut argentum dulciter menti so nāt ꝛ[.pbatum terre].i.sepatū a terra ꝛ terrenis sordibus nihil ter renitatis habens vel sapiens qꝛ spūale.Et ponitur genitiuus pro ablatiuo more greco[et purgatuꝫ septuplum].i.perfecte et vniuer-saliter ab omni impuritate quia septenarius est numerus perfe-ctionis.Et contra hoc quod supra dixit de malis disperdat dominꝰ ꝛc.subdit hic de bonis conuertēs. se ad dominum.et.d.ergo

Septenariꝰ ē numerꝰ pfectionis

8 Tu domine seruabis nos:& custodies nos à generatione hac inæ-ternum.

¶[Tu domine]cuiꝰ eloquia sunt casta non nos ipsi[seruabis nos] in bono conseruando hic et in fu-turo.[et custodies nos]a malo protegendo hic quasi inopes et pauperes et in futuro quasi opu-lentes et diuites.ducendo[a gene ratione hac]seculi praua et per-uersa[in eternum].i. ad eternam beatitudinem a generatione mor tali in immortalem.Seruabis et custodies nos hic ne vita et mori-bus malorum corrumpamur:et a stabilitate fidei ꝛ virtutis deficia mur;et in futuro vt tecum in per-

petuum letemur. Deinde sequitur conclusio de vtraqꝫ parte.

9 In circuitu impij ambulant: secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

¶ [In circuitu] rerum temporalium [impij ambulant] anime affectibus. quia in temporalium rerum cupiditate rotantur: que septem dierum repetito circuitu tanquam rota voluuntur: ac i vanis ⁊ superuacuis rebus se occupant: frustraqꝫ et inutiliter laborant. quia dum interiora non appetunt in exteriorum labore fatigantur. Horum ergo multiplicatio est in temporalibus que ab vnitate dei auertit. sed [secundum altitudinem tuam] .i. sicut decet te altū non secundum meritum nostrum [multiplicasti filios hominum] iustos ratione vtentes non numero diuitiarū sed numero meritorū multiplicatur⁹ tādē nūero pnniorū. Oro.

Miserere fragilitati nostre sanctissime pater: et concede nobis eloquia tua pudico corde continere: vt possimus a multiloqua dolositate insanientium declinare. Per do.

Psal. de aduersitate & tribulatione fideliū multiplicia quibus petit ecclesia seu fidelis quilibet diuinitus liberari. Psalmus. XII.

1 Vsquequò domine obliuisceris me in finem: ꝉusquequò auertis faciem tuā à me.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus talis est in finē ps. Dauid. Hoc est ps. ille dirigens nos in finem .i. in christum attribuitur Dauid: qui hic personam tenet ecclesie vl' cuiusqꝫ pfecte aie. ¶ Materia: multiplex tribulatio ⁊ miseria fidelibus ab inimicis illata. ¶ Intētio: hortari fideles ne in istis tribulationib⁹ succūbant/sꝫ dei misericordia sperent ⁊ deliberatione confidant. ¶ Sentētia in gnāli Propheta in isto psalmo in psona ecclie vl' cuiuslibet fidelis cum merore cordis miseriā sui status conquerētis vel huius exilij mala deplorantis. et ad visionem celestis glorie anhelātis/orat vt exaudiatur et illuminetur: ⁊ ne in mortalia peccata corruat: vl' in eis decedat: vnde inimicos suos exultare contingat. Quia enim supra a malis huius seculi liberari petebat adhuc in eis piclitans miserias suas deplorat et ipsas finiri desiderat. ¶ Sētētia in speciali. Cōsiī. Primo ergo exprimit desiderium matio ⁊ persecutionem imminentem. d. rei ða [Usqꝫ quo dñe] .i. ꝙdiu [obliuisce finis ris me] quasi non cures de me [in finē] et penitus: quia finis rei dicitur consummatio eius. q. d. quare permittis me semp affligi quasi oblit⁹ sis mei? Et bene dicit in finem: quia videtur afflicto ꝙ nūꝙ finiri debeat sua afflictio [vsqꝫ quo auertis [quasi me odias] faciem tuam] .i. gratie tue. [a miserijs et tribulationibus me non liberando. Quasi nos obliuisci videtur deus cum in tribulatione diu laborare permittit: quasi faciē auertit cum a nobis manifestationes sue misericordie abscondit.

2 Quamdiu ponam

conſilia † consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

¶ [Quandiu ponam] et voluam [consilia] diuersa sicut facit homo constitutus in angustia [in anima mea] anxius querendo remedia ac cogitando in meipso quomodo possim liberari ⁊ exire de presenti

Spes que differtur affligit animā.

aduersitate ⁊ miseria: ⁊ quia spes que differtur affligit animam subdit et quamdiu ponam [dolorem in corde meo per diem] absolute .i. per singulos dies seu omni die et quasi continue. Continuationem enim signat ac si dicat quamdiu oro in aduersis vt necesse sit inuenire consilia: consilio enim non est opus nisi in aduersis. Oportet vt in hoc nostro dolore plangamus preterita: et consilio caueamus futura. Et

Cōsilio opus nō ē nisi i aduersis.

3 Vsquequò exaltabitur inimicus meus super me: respice & exaudi me domine deus meus.

¶ [Vsquequo exaltabitur inimicus meus] scilicet diabolus/ vel mundus/ et caro/ et homo malignus ac consuetudo carnalis [super me] ad me tētādū ⁊ affligēdū captiuum tenendum. Totiens quippe super nos inimicus exaltatur quotiens ab eo superamur. [respice] oculo misericordie tue contra aduersionem [et exaudi me] liberando de tanta tribulatione contra obliuionem [domine] .i. saluator cuius ego sum seruus [deus] .i. creator cuius ego sū creatura [meus] per grām sed oīm deus per potētiam.

4 Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus præualui aduersus eū.

¶ [Illumina oculos meos] interiores scz cordis ⁊ mētis et fac me vigilē ⁊ circūspectū vt videā ⁊ cognoscā mala vitāda ⁊ bōa faciēda. [ne vnquam] per negligētiā [obdormiā in morte] peccati seu mortalis culpe [ne quando dicat] insultādo ⁊ gloriando de casu meo [inimicus] antonomasice scilicet diabolus si me sibi potuerit per peccatū subijcere [preualui aduersus eum] .i. sedulitate et valore meo deuici eum. Ecce insultatio diaboli que valde timēda est. nec solū insultat et gloriatur: sed etiam exultat et letatur: vnde et subiungit.

5 Qui tribulant me exultabūt si motus fuero: ego autem in † misericordia tua speraui. † tua misericordia

¶ [Qui tribulāt me] scilicet diabolus et sui/ varijs tentationibus impetendo [exultabunt] et gaudebunt [si motus fuero] a statu gratie in statum culpe. fractus in patientia ⁊ desperatione. in tanta tribulatione inimicus exultat si religiosus reliquit propositum vel etiam simulat quia vt dicit Augustinus. Malū est cadere a proposito: sed peius est simulare [ego autē in mīa tua speraui] cōfidens per te ab istis tribulationibus liberari ⁊ non moueri ex mīa tua qui nequeo per me ex virtute mea. In huiusmodi ergo periculis nec debemus desperare: nec de nostris viribus psumere: sed totam spem nostram in dei misericordia figere: q Augu.

potens est et nos liberare ne erre
mus: et roborare vt fortiter stem⁹
Et quia spes in deo etiā cordis
ps.vij. generat, ideo
6
Exultabit cor meum in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi.

¶ Exultabit cor meum in salutari tuo i. in iesu xp̄o. Vel in virtute tua saluante cantabo corde. s. cordis leticia quod pertinet ad contemplationem domino id est ad laudem domini qui bona spūalia multa & magna et etiam temporalia necessaria tribuit mihi vltra id qđ merui et psallam opere qđ pertinet ad actiuā nomini id est ad honorē nominis dñi altissimi & ppter hoc dignissimi quasi diceret cū gaudio gratias agaꝫ corde voce et opere. Tria hic nobis cōmendat quia exultat corde. Cantat voce et psallit opere. Ex quib⁹ etiam verbis nobis innuitur perfectio diuine laudis. Si enim deum pure et perfecte laudare cupimus cuncta que in nobis sunt in eius laudeꝫ resonare debent scilicet vita lingua: conscientia. Oratio.

Ne auertas faciē tuā a nobis oipotēs deus ne inimici nr̄i exultent aduersum nos: sꝫ ita cor nostrum salutaris tui exultatione perfunde vt facias somnum secunde mortis euadere. Per dominum.

Psalmus de peccatoribus & prauis in malis suis obstinatis: & specialiter de gentibus & iudeis infidelibus.

Psalmus. XIII.

1 Dixit † insipiēs in corde suo: non est deus. †sipiens deus. ps. 52.

¶ Autor psalmi ppheta Dauid. ¶ Titulus hic est In finem psalmus Dauid. Id est psalmus ille dirigēs nos in finē. i. in xp̄m q̄ est finis legis est Dauid pphete d̄ loquētis. ¶ Materia: contemptus dei a malis. ¶ Intētio: confutare hmōi contēptores dei et cauere. ¶ Sententia in generali propheta in isto psalmo loquitur de quolibet peccatore obstinato in malis suis: qui licet verbis confiteat̄ deū factis tamen negat: cuius malitiā deus examinat & punit & innocentem de manu eius eripit. Et specialiter intelligitur de gentibus et iudeis infidelibus qui dñm iesum xp̄m deum esse negauerunt: et ideo ipsi per errorē et prauitatē corrupti alios quoqꝫ secū corrūpere conati sunt post mala ergo p̄missa adhuc mala obstinatorum exaggerat et specialiter iudeorum infideliū q̄ dñm iesum xp̄m venisse & deum esse negant. ¶ Sententia in speciali increpans ergo duriciam infideliuꝫ & maloꝝ ait. Dixit insipiens id est peccator in malis obstinatus in corde suo non tantum ore et ideo grauius. Vel dixit i. facit ac si diceret nō est deus scꝫ qui mala videat vl̄ puniat quia si hoc crederet ita obstinate non peccaret nam ita superbe & inuerecūde peccat ac si non esset deus qui eum videret vel punire posset. Quia etiam apparuit christus a prioribus patribus expectatus dixit insipiens scilicet iudeus hic homo

[non est deus] Omnes hmōi irretiti sunt vilibus et abominabilibus peccatis. quia

2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in† studijs suis: non est qui faciat bonum, nō est usque ad unum.

ps.lij. †affectionibus.

¶ [Corrupti sunt] in se vitijs et pctis ac reprobi morib⁹ [et abominabiles] .i. odibiles [facti sunt] alijs. s. deo: et āgelis: et sanctis [in studijs suis]. i. i omnib⁹ vijs suis: scʒ cogitationib⁹: affectionib⁹: verbis et factis prauis. Et bene vitia eorum et pctā vocat studia: qꝛ nō ex ignorantia vel infirmitate tm̄: sʒ ex studio et volūtate ea ꝑpetrāt: et qꝛ a deo recedūt [nō est] aliqs de illis vel de numero illoꝝ [qui faciat bonū] meritoriū. [nō est] dico [vsqꝫ ad vnū]. i. nec etiā vnus. vel vsqꝫ ad vnū [. i. preter vnū scʒ christum sʒ sunt inexcusabiles. quia

3 Dominus de cælo prospexit super filios hominum: ut uideat si est intelligens aut requirens deum.

ps. liij.

¶ [Dñs de celo]. i. ꝑ sanctas aīas que sedes eius sunt: nam per se nihil eum latet [prospexit sup filios hominum] diligenter attendendo et ammonēdo tanq̄ de eis specialem curam gerēs [vt videat]. i. videre sanctos suos faciat in qbus habitat et per quos respicit: nam apud deū nihil habet obiectū. [si est] aliqs [intelligēs] corde ꝑ verā cognitionē [ac requirēs] ope ꝑ bonam operationem [deum] mandata eius sequendo. Per iustos enī prospicit deus peccatores et redarguit: et per sanctorum vitam facit innotescere prauorum iniustitias. sed prospiciēs hoc inuenit.

4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsqꝫ ad unum. 4 ps. liij.

¶ [Omnes declinauerūt] ab ipso bono incommutabili scilʒ deo: ad bona cōmutabilia [simul] cū ipsa declinatione [inutiles facti sunt] qꝛ deo ingrati cui placita nō operātur ac perniciosi sibi et alijs [nō est qui faciat bonum non est vsqꝫ ad vnum] vt supra. Non intelligitur de omnibus in humano genere sʒ de his q̄ sunt imitatores carnalium quorum corrupta est vita ex quibus nō est aliquis qui faciat bonum. Q̄diu enim homo malus est bonum facere non potest. Quantum autem a via veritatis declinauerunt et non solum sibi sed et alijs nocent: ostendit dicēs.

Homo q̄diu malus est: bonū facere non pōt.

5 Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebāt: uenenum aspidum sub labijs eorum.

ps. v. et Rom. iij.

¶ [Sepulchrum patens est guttur eorum] quia verba fetida et corruptiua proferunt quibus alios occidunt: et quasi deuorant eos quibus morum suorum peruersitatē persuadēt [linguis suis dolose agebant] id est mala sub specie boni suadendo: et proximum verbis dolosis decipiendo: [venenum aspidum] et odium insanabile est: [sub labijs eorum] id est in corde quod peius est q̄ i ore. Recte aspidi comparantur: quia sicut aspis

obturat aures ne audiant incan- tatores: sic ipsi nolunt audire pre cepta dei et predicatores sed red- dunt mala pro bonis unde sub- dit.

Ro- ma. iij.

6 Quorum os maledi- ctione & amaritudine plenum est: ueloces pe- des eorum ad effunden dum sanguinem.

¶ [Quorum os maledictione] .i. opprobrijs et blasphemijs contra deū [& amaritudine] .i. minis & ter roribꝰ ꝯtra ꝓximū [plenū ē] quia his abundat [veloces] q: omnia inconsulte faciunt: vel quia expe- diti sunt et prompti pro consue- tudine malefaciendi [pedes eorū] scilicet affectiones anime & pedes corporis [ad effundendum sangui nem] .i. ad occidendum corporali- ter et spiritualiter. Quando enim terrere non possunt minis / perse- quūtur christum et suos gladijs. Ideo

7 Contritio & infelici- tas in uijs eorū: & uiam pacis non cognouerūt: non est timor dei ante oculos eorum.

¶ [Cōtritio et infelicitas in vijs] i. cogitationibus / locutionibus / & actionibus [eorum] Omnes enī vie malorum plene sunt labori- bus & miserijs: Uel via impiorum dicitur contritio quia terunt et teruntur dum sibi nocent & alijs. et infelicitas quia ducit ad infeli- citatem damnationis: quia [et viā pacis] vere ad deum et proximum meritoriam vite eterne [non co- gnouerunt] id est cognoscere per

Impiorum via cōtritio dicit.

operationes noluerunt. & horum omnium causa est quia [non est timor dei quo retrahantur a ma- lo [ante oculos eorum] & ideo ad malum currunt sine freno. Sed

8 Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: qui deuo- rant † plebem meam si cut † escam panis?

†populum meus. †cibū.

¶ [Nonne cognoscent] deum esse & dei iustitiam seu vltionem ven- turam qui modo scire dissimulant [omnes qui operantur] perseuerā ter [iniquitatem] nunc sine timo- re. quasi diceret sic. nam cogno- scent per pene experientiam id cuius modo nolunt habere noti- ciam: quia qui stultus est in culpa sapiens erit in pena sciens quod ignorauerat [qui deuorant plebē meam populum christianum eccle siasticū seductiōe incorporādo vel occidendo vt sit eis satietas de de ceptione vel occasione. et hoc [si- cut escam panis] id est quotidie sicut panis est quotidianus ci- bus. Inde autem eis tanta ceci- tas. quia

Stultus q ē i culpa: sapiens erit in pena.

9 Dominum non in- uocauerunt: illic tre- pidauerunt timore ubi non erat timor.

¶ [Dominum non inuocauerunt] id est in se non vocauerunt. Si enim inuocassent salui vtique fuis- sent Non vere deum inuocant qui cum displicentia amant. et ideo [illic trepidauerunt timore] quia enī securus sine dn̄o: [ubi nō erat

timor] .i. iusta causa et ratio timoris. Plus enim illi timent dāna et mala temporalia incurrere et terrena perdere vbi non timendum ꝙ eterna et celestia vbi esset timēdum. Uel quia propter eorū maliciam domin⁹ immittit eis timorē nemine persequente in penam ipsorum. Sicut autē est cautela oportune timere: ita ignauia est inepte trepidare.

† deus.

10 Quoniam † dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis: quoniam dominus spes eius est.

¶ [Quoniā dominus in generatione iusta] .i. iustorum [est] per gratiam tanꝙ defensor et protector eorū: q2 nō deest sanctis suis sed non est in gnātione iniusta que seculū diligit et conditorem seculi relinquit q2 iniustū est seruire creature potius ꝙ creatori: et ergo non est in vobis o miseri q eū ꝯtempsistis q2 vos [consilium inopis] scz xpi qui pro nobis paup factus est vel cuiuslibet imitatoris sui quod est vt in deo solo hoīes spē ponāt non in seculo [cōfudistis] i. confusibile iudicastis: q2 vobis magis placent terrena ꝙ celestia et contempsistis eum [quoniam domin⁹ spes eius est] id est quia sperat in deo nō in homine. Unde ergo magis reuerendus esset inde venit contemptus. Sed o stulti.

11 Quis dabit ex syon salutare israël: cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ: exultabit Iacob & letabitur Israël.

¶ [Quis] aliꝰ [dabit ex syon] .i. ex ciuitate celesti vel ex iudeis p cedens [salutare] id est salutem [israel] id est populo fideli id est quis saluabit fideles nisi ipe dñs et amouerit cui⁹ cōsilium spreuistis: quasi diceret, nullus alius, sed ipse in futuro eos saluabit cū ad iudicium venerint. quia [cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue] id est cū damnauerit diabolum qui captiuat populum suum et mortale hoc induerit immortalitatē. tūc [exultabit iacob] id est luctator et supplantans vicia per quem significantur actiui [et letabitur israel] id est vir videns deum et meditans celestia per quem significantur contemplatiui. Tunc enim erit exultatio in corpore his qui fuerint spiritaliter iacob: id est qui luctando vitia supplantauerunt: et erit leticia in mente his qui spiritaliter fuerint israel .i. qui in amore et contēplatione diuinitatis exarserint. Ibi actiua et contemplatiua vita gaudio eternitatis remunerabiliter: ibi proficientium et perfectorum merces sempiterna recompensabiliter.

Oratio.

Dignare domine de celo scō tuo respicere super filios hominum: et da nobis cognoscere vias pacis: vt auersa vitiorum captiuitate celestis hierusalem habitaculis perfruamur. Per dominum.

Psalmus de militia digne habitantium in præsenti ecclesia: & de virtutum exercitijs introducentibus post militiam ad cælestia.

Psalmus. XIIII.

†pere i grinabitur. Domine quis† habitabit i tabernaculo tuo †aut quis requiescet in monte sancto tuo. †et.

¶[Auctor psalmi pphēta dauid. ¶Titulus talis est. Psalm⁹ dauid. Id est ps iste ē Dauid pphete qui hic loquit de morū institutione ꝛ presumptiōis repressione ¶Materia: habitatio tam militantis eccl'ie ꝙ triūphātis. ¶Intētio: ostēdere q̄ ad illas ecclias ptinent: ꝛ qua via p christianā militiam tēdam⁹ ad patriā. ¶Sētia in gñali: pphēta in isto psalmo loquitur de digne habitantibus in ecclesia militante: et quiescentib⁹ in triumphante. Multi eñ vidētur esse nunc de ecclesia ꝛ nō sunt ꝛ tamen iactāt se esse: quorum presumptionē propheta intendens retundere querit a dño rogans sibi a domino responderi. ¶Confutatis ergo malis de quib⁹ dictū est supra querit a deo de bonis quos sua dignos iudicet ecclesia. ¶Sētia i speciali. pphēta ergo velut sacerdos petēs respōsum ait. [Domine quis habitabit] scꝫ digne ꝛ pseuerāter. [in tabernaculo tuo. i. in presenti militante ecclesia dimicans strenue in ea: vbi militam⁹ contra carnē: mūdum. diabolū. Tabernaculum eñ est pprie militantiū. [aut quid requiescet] post militiā ꝛ laborē [in mōte sancto tuo]. i. in eterna beatitudine ꝛ in ecclia triumphante/ vbi est visio pacis/ ꝛ supemināētia charitatis. Propheta quasi sacerdos stās añ faciē dñi q̄rit q̄s de⁹ ecclia sua dignos iudicet: et respōdet dñs in exemplum decalogi decem vir-

Taber-naculū ppe est militā-tium.

tutibus ad atria sua perueniri. Prima.

2 Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam. Virtutib⁹ decē ad atria dñi peruenit.

¶[Qui ingredit] i. hac vita [sine macula] mortalis culpe et infamie. id est qui est innocens et militat cum temperantia abstinēdo a malo. Secunda [Et operatur iustitiā] id est opera bona et iusta quia non sufficit abstinere a malo sed oportet etiam facere bonū. Iustitia magna virtus est: non nouit patrem vel matrem: veritatē nouit. personam non accipit. deuꝫ imitatur. Deinde partes et opera harum vertutum exequitur. Tertia.

3 Qui loquitur ueritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.

¶[Qui loquitur veritatem in corde suo] et nō tantū in labijs. id est q̄ nulli fraudē machinatus est sed ita habet i corde sicut ē in ore vt cor consonet cum ore. Quandoqꝫ enim aliquis verum dicit et putat fallere et habet veritatem in labijs non in corde: ergo paruꝫ est verum loqui: nisi in corde ita sit. Quarta [q̄ nō egit dolū in lingua sua] id est q̄ non decipit primū dolose mendacijs ꝛ verbis falsis sed veritati quam scit et in corde habet etiam ore ꝛ lingua cōcordat. Quinta.

4 Nec fecit proximo suo malū: & opprobrium non accepit aduersus† proximos suos. †proximum suum.

¶[Nec fecit proximo suo malū] id est

id est nõ nocuit eum. vt dicit Augustinus. Unde scriptũ est: quod tibi non vis fieri alij ne feceris. vt nemini faciam⁹ malũ qđ vtiq͂ nob̃ ab alio fieri nolim⁹: ꝓxim⁹ ei pro omni homine accipit. Sexta [et opprobrium]detractionis[non accepit].i. acceptum et gratũ non habuit prolatum[aduersus proximos suos]id est temere vel libenter non credit criminatori: nec libenter audit detractorem sed potius displicet et nec ipse criminatur vel detrahit. Septima.

5 Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

¶ [Ad nihilũ deduct⁹ ẽ in cõspectu eius]scz viri iusti vt nihil in eo valeat[malignus]scilicet diabolus vel homo male suggerens a quibus non potuit cogi nocere alij. Uel[malignus]homo scilicet iniurie illator vel proximi criminator quem pro nihilo ducit et habet quantuncumq͂ sit magnus: quia non est aliquo honore dign⁹ [timẽtes autem dominum]id est vere virtuosos licet pauperes[glorificat].i. gloriosos reputat et honorat. scit enim in his habitare deum. Octaua.

6 Qui iurat proximo suo & non decipit: qui pecuniam suam nõ dedit ad usuram: & munera super † innocentem nõ accepit. †innocẽtes.

¶ [Qui iurat ꝓximo suo].i. firmiter promittit[et non decipit] qꝛ ꝓmissum reddit. hoc est si iurat iplet qđ ꝓmisit. Nona [q pecuniã suam non dedit ad vsuram]: id est non expetit super abundantiam temporalem quia est vsura spiritualis que est exercenda vt predicatio. Sed vt dicit Hieronymus ex pecunia domini: id est ex predicatione verbi dei licet victum et vestitũ accipere: et qui plus reqrere voluerit in vsuram reputabitur. Decima[et munera super innocentem non accepit]ad deprimendum causam innocentis et ad superãdum eum in causa sua. sequitur conclusio. Hieronym⁹

7 Qui facit hęc: non mouebitur inæternum. †cõmouebit.

¶ [Qui facit hec] predicta tam priora q͂ posteriora et qui sic militat in via[non mouebitur ineternum]quia in presenti non mouebitur a statu gratie et sic perueniet in futuro ad statum glorie et regnabit in patria. Iste ergo habitabit nunc in dei tabernaculo et requiescet postea in monte eius sancto et non diuidetur ab ipso. Et nota q dicit. facit hec. vt ad actũ nos inuitet et operandum non solum ad dicendum et cantandum. Unde Augustinus. Caue ne bene cantes et male viues. Oratio. Augu.

Concede nobis piissime deus sine macula ingredi ecclesiam tuam: et auerte nos a dolis ꝓximi et vsuris: et dũ hec ſm tuum seruamus preceptum nõ commoueamur ab eius supplicijs ineternum. Per do.

Psalmus de Christi ad patrem oratione in susceptiõe personæ humanæ & gratiarũ pro beneficijs actione.

Psalmus. XV.

1 Conserua me domine, quoniam speraui in te: dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titulus hic est. Tituli inscriptio ipsi dauid.i. regnum xpi de quo hic agitur quod inscriptionem tituli significat. attribuit dauid.i. xpo manu forti: qui est verus rex iudeorum.i. omnium vere confitentium. hunc titulum noluit mutare pilatus: quia quamuis nesciens signauit quod regnum xpi per passionis victoriam acquisitum non destrueretur. In presenti ergo psalmo quesiuit quis habitabit in tabernaculo: et responsum est quod ille qui habet virtutes: in isto subiungit de illo per quem habent virtutes.i. de Christo qui hic orat. ¶ Materia: Christi passio et resurrectio ad dexteram patris assumptio. Intentio: huiusmodi xpi passionem resurrectionem et assumptionem firmiter credere: et ne aliquis contradicat monere: nosque ad christi regnum quod nobis per hoc acquisiuit inuitare. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo loquitur in persona xpi qui orat et petit a deo patre se conseruari: eique gratias refert quod sua virtute iniquitatem seculi superauit: et post resurrectionis gloriam in delectationibus dextere sue eum collocauit. ¶ Sententia in speciali. Xpus ergo secundum hominem ad patrem orans ait. [Conserua] et custodi inter pericula [me domine] pater et quos mihi dedisti [quoniam speraui in te] non in me. Hoc dicit pro infirmantibus membris suis quos transformat in se. Nos enim qui puri homines sumus conseruari indigemus [dixi] nihil [domino] meo patri [deus meus es tu] id est mei dominus: et in eo quod sum homo. Et vere deus [quoniam bonorum meorum non eges]. Non enim tu indiges meo seruitio, sed ego potius tuo beneficio. Unde ly. quoniam non est causale sed adiunctiuum. quasi diceret non causa sed signum est et euidentia tue diuinitatis quod tu non indiges bonis meis. Deinde conuertens se ad auditores narrat que bona dominus pater sibi fecerit. D.

2 Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit omnes uoluntates meas in† eis. †filii

¶ [Sanctis] scilicet apostolis et aliis fidelibus [qui sunt in terra eius] scilicet in ecclesia sancta. vel qui in terra viuentium spem suam fixerunt quorum conuersatio est in celis [mirificauit] dominus pater.i. miras fecit et mirabiliter impleuit [omnes voluntates meas] et desideria. et hoc fecit non extra eos sed [in eis] id est in profectum eorum. Vel [in eis].i. inter eos. Voluntas enim christi erat vt illi fierent de impiis pii et iusti: de terrenis celestes et sancti. de filiis diaboli filii dei. secundum illud apostoli. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra (Tessa. iiij.a.) quam dominus pater in eis mirabiliter adimpleuit. Sed prius

3 Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

¶ [Multiplicate sunt infirmitates eorum] id est multiplices intellexerunt suas esse infirmitates. quia nihil perfectum habuit lex. et hoc non ad perniciem sed vt gratiam desiderarent. vnde addit [postea accelerauerunt] cur-

uentes ad medicũ vt eos sanaret. ad medicinam penitentie vt purgaret ad postulandam gratiam que comfirmaret ad impetranduz gloriam que comsummaret. Unde enim propriam cognoscunt infirmitatem inde citius festinant ad sanitatem. Et quia infirmos ꝛ peccatores humiliter se confitentur ideo a celesti medico sanari promerentur et id circo adiunctum est.

4 Non congregabo cõuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

¶ [Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus] .i. nõ erũt cõuẽt⁹ eorũ carnales sed spũales nec sanguinibus pecorum ꝓpiciatus congregabo eos ꝛ cõstruã meã ecclesiam: spiritualis est enĩ religio noui testamẽti [nec memor ero nominum eorum] que peccando sibi acquisierunt ẜm culpe qualitatem si culpe pro quibus sunt nomina corrigantur: quia spirituali immutatione obliuiscentur qui fuerũt [per labia mea] nos vocãdo eos vltra peccatores vel inimicos vel homines sed iustos fratres ꝛ dei filios. Quia ergo in hereditatem domini transferũtur ꝛecte subiũgit.

5 Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues † hæreditatem meam † mihi.

† mibi † nõ est

¶ [Domin⁹] scilicet pater. ẽ [pars] .i. portio et premium [hereditatis mee] id est sanctorum qui sunt hereditas mea [Uel pars hereditatis mee] .i. portio hereditaria mei et meorum .q.d. habebunt ꝛ possidebũt mecum hereditatem ipsum dñm [et pars calicis mei] .i. pmiũ et merces mee passionis: sed et ipse calix .i. portio mea delectabilis. Eligant alij partes terrenas: pars mei et sanctorum est deus. Bibant alij voluptates mortiferas: ego et mei bibemus deum. De inde conuertens se ad dñm ait [tu es] o dñe pater [qui restitues hereditatem meam mihi] .i. fideles meos qui ꝑ pctũ pierãt. Hoc est qđ in euangelio dicitur nemo venit ad me nisi pater me⁹ traxerit eũ. Jo.vj.c.
Dicitur autẽ xp̄s hereditas nr̃a: q2 ipse pascit et vescit nos et hic et in patria: ꝛ nos dicimur hereditas et regnum illius quia extollit nos et regnat in nobis. Sed nemo putet se hereditatem nisi preclarus sit quia sequitur.

6 Funes ceciderunt † in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est † mihi mihi.

¶ [Funes] quibus diuidunt hereditatũ portiones [ceciderũt] mihi qũ sorte [in preclaris] .i. in sctĩs siue inter sctõs q̃ diuina electione xp̄o cesserunt. Sicut enĩ nos diuidimus hereditatem nr̃am funib⁹ sic de⁹ fide spe et charitate suis hereditatem diuisit super quos ceciderũt isti funes ipis qui in hereditatem dei peruenerunt. Non autẽ ceciderũt nisi p̄claris qb⁹ magis placuit celestis claritas q̃ terrena: spũales virtutes q̃ tpales honores [etenim hereditas mea] .i. ecclesia fideliũ [p̄clara ẽ mihi] p abũdãtiam gratie ꝛ sanctitatis: licz non mundo vbi sancti abiecti videntur peruersis sicut funis in diuisione possessionuz aliquando cadit alte

Funibus hereditatum diuiduntur portiones

ri in pulchro: alteri in turpi sic in diuisione hoim illi super quos fu nes xpi ceciderunt ornamento vir tutū sunt pulchri: q̄ autem diabolo cōtigerunt vitiorū sordib⁹ sunt deturpati. vnde

7 Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper † & vsq; ad noctem † increpuerunt me renes mei.

† ante temen daue runt,

ℭ [Bñdicā dñm] .s. patrem grās ei agēdo [q̄ tribuit mihi intellectum] .i. intelligentes ad cognoscē dū creatorē. Vel [mihi] .i. mēbris meis mihi cōiūctis [intellectū] quo deum cognouerunt: quo contemptis temporalib⁹ spūalia itellexe runt. Vñ. Hec est aūt vita eterna vt cognoscant te verum deum et quem misisti iesum christū. [insuper] .i. de hoc benedicam dominū q̄ [vsq; ad noctem] .i. est vsq; ad mortem [increpuerunt me] .i. increpauerunt ꝛ psecuti sunt blasphemijs et iniurijs. Nam de increpo increpas reperitur increpaui ꝛ increpui increpatū et increpitum. [renes mei] .i. iudei ex quibus fm carnem exiui. Et sic in psperis et aduersis gratias agit et deū benedicit. Unde nos iste versus instruit vt laudemus deum in donis suis et prosperis: et insuper in flagellis et aduersis. vnde et sequitur.

Joh. xij.

Instructio bona,

8 Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear.

Actuum. ij.

ℭ [Prouidebā dñm I ɔspectu meo semp] .i. ɔtinue nō abstuli oculū meum ab eo qui semper est presidens q̄ in eum post ista tēporalia pacta recurremus. [quoniam a dextris est mihi] .i. fauens mihi propici⁹ assistit et ptegit ne [commouear] aliquo motu iordinato ex iniurijs vel causis alijs: sed vt in eo stabilis permaneam. Hinc trahe exēplū quo petā vitent qui eū deū semp acie mentis intuent hic neq; psperis extollit: neq; aduersis frangitur: nec peccatis inclinatur. In cūctis q̄ q̄ agim⁹ q̄ loquimur: que cogitamus si dñs vt oim inspectorē auxiliatorē iudicē et remuneratorem semper in cōspectu nro puidemus vt neq; amore neq; timore alicuius rei ab ei⁹ volūtate discordemus erit vtiq; a dextris nobis ne de bono ad malum commoueamur et offendamus.

Petā vitent exēplū.

9 Propter hoc † lætatum est cor meū & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

† Iocūdatū

ℭ [Propter hoc] .i. hmōi assistentiā et adiutorium [letatū est cor meū] gaudio interiori. [et exultauit lingua mea] gaudio exteriori quod prumpit in voce: et ideo quod est in cogitationib⁹ et in verbis est exultatio hoc est plena letitia q̄ ꝛ corde hilari pcipitur et alacri sermone profertur [insuper] preter predicta [et caro mea] non deficiet i interitu: sed [requiescet] i sepulchro sine putrefactione per triduum sepulture [in spe] resurrectionis future. Sic si nos spiritualiter letamur: et caput nostrum imitamur spem certam habemus quoniam simul cum ipso resurgemus: vt vbi caput processit et membra sequantur et subiungit in qua spe.

10 Quoniam non derelinques animam meam in inferno: † nec dabis sanctū tuum uidere corruptionem,

¶ [Quoniam nō derelinques] .i. nō pati eris communi more aliorum detineri [animam meam] quā habeo vt ver⁹ homo [in inferno] scilicet in limbo sanctorum patrum: immo et ipā anima christi beatas animas ibi non dereliquit [nec dabis sanctum tuum] .i. non permittes corpus meū impolutū ꝛ a te sanctificatū [videre corruptionē] .i. experiri putrefactionē vel incinerationē. Et sic factum est qꝛ aīa que ad infernū descēdit vt electos suos inde eijceret ꝛ diabolū ligaret nō est ibi derelicta sꝫ redijt ad corp⁹ die tertia ꝛ corp⁹ beneficio diuinitatis sibi semp vnite defendebatur ab incineratione. Immo

11 Notas mihi fecisti uias uitæ: adimplebis me lætitia cum uultu tuo: † delectationes in dextera tua usqꝫ in finē.

¶ [Notas mihi fecisti vias vite] accelerādo tps resurrectiōis mee [adimplebis me letitia cū vultu tuo] .i. assumpt⁹ de tua manifesta visione ꝛ claritate diuina letabor [delectatiōes] vite eterne erūt mihi [in dextera tua] posito [vsqꝫ in finē] cōsummātē nō cōsumētē .i. eternaliter: qꝛ christ⁹ assumptus sedet ad dexterā patris. ꝛ h̄ dignitas cessionis inerit christo homini semp ꝛ sine fine hoc quoqꝫ ꝛ de sanctis intelligi īec pōt. [Notas fecisti] mihi .i. meis i q̄b⁹ ego sum [vias vite] .i. vias humilitatis ꝛ opera q̄b⁹ ad vitā redeāt. [adimplebis me] .i. meos in futuro [letitia cū vultu tuo] vt nil vltra desiderēt cū te facie ad faciē viderint ꝛ interim sunt eis delectatiōes in vis hui⁹ vite [in dextera tua] .i. in fauore ꝛ propiciatione tua. [vsqꝫ in finem] id est vsqꝫ ad consummationem beatitudinis eterne. Uel [delectatiōes] .i. sufficientia oīm bonoꝝ delectabiliū erūt eis [in dextera tua] .i. i eterna btītudīe [vsqꝫ in finē] .i. pfecte ꝛ semp. Oratio.

Conserua dn̄e sperātes i te et effice voluntates tuas nobiscū vt clarificati leticia resurrectōis tue mereamur a dextris tuis cum oīb⁹ scis delectari. Per dominum.

Oratio Christi tempore sue passionis instante: uel cuiuslibet fidelis & iusti positi in tribulatiōe.

Psalmus. XVI.

Exaudi domine iustitiā meā: intende deprecationē meam.

Auctor psalmi. propheta dauid. ¶ Titul⁹ talis. Oratio dauid. Hoc est oratio hui⁹ psalmi ꝯuenit signi ficato Dauid .i. xpo adiuncta sibi voce corporis eius quod est ecclesia. Quod ergo supra orauit iterum cum membris hic orat non pro sua vtilitate sed pro nostra necessitate: christi enim oratio est fidelium instructio. sicut enim flendo Lazarum charitatem proximi habere nos docuit: ita orauit vt formam orandi nobis proponeret illi... ¶ Materia: oratio xpi tempore sue

Christi orō siue celuz est illius

passionis sue instante vel fidelis et iusti in tribulatione. ¶ Intentio nos ad orationem monere vt exemplo sui studeamus in necessitatibus semper orare. ¶ Sententiam generali. pphetа in isto psalmo in persona christi vel viri fidelis et iusti in magna tribulatione corporis vel anime positi petit inde diuinitus liberari. ¶ Sententia in spirituali: christus ergo secũ dum hominem ad patrem orans adiuncta sibi voce corporis ait. [Exaudi domine iustitiam meam] nõ a me sed a te mihi datã. Justitia enĩ viui vocis hʒ apud deuʒ ⁊ penetrat celum. felix q̃ talẽ ad orãdum se preparat vt in oratione iustitiã suã pretendere valeat: ⁊ nihil nisi qd̃ iuste cõferẽdum est orare presumat ⁊ ꝑ iustitia [intẽde] id est deligẽter ausculta [deprecationẽ meã] que est de malis amouẽdis et cauẽdis. Et nõ solũ intẽdas deprecationẽ meam. Sed et

2 Auribus percipe orationem meam: nõ in labijs dolosis.

¶ [Aurib⁹ percipe] id est perfecte cape nõ transitorie [orõnẽ meam] q̃ est de bonis sibi et suis adhibẽdis ⁊ ꝯseruãdis. Orõnẽ inquam [nõ in labijs dolosis]. platã. Sicut est orõ illorum qui dicunt dñe dñe ⁊ nõ faciũt volũtatẽ patris. Uel illoꝝ qui aliud petũt ⁊ aliud in corde versant. Labia enĩ dolosa essent si ab eq̃tate vel intẽtiõe verba discordarẽt. Deinde subiungit q̃d petit. q̃si diceret. h̃ peto. vt

3 De uultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi † tui uideant equitatẽ. † mei.

¶ [De vultu tuo] q̃ oĩa videt nec alteri⁹ testimonio eget. i. de manifesta iustitia tua. [iudiciũ meũ ꝓdeat] i. exeat vel esse appareat. i. iudica me ſm illa que in me respicis ⁊ cognoscis q̃ nullũ habeo peccatũ [oculi tu] i. cõtuitio diuinitatis tue [videãt equitatem] vt facias mihi secundum eam nõ secundum voluntatẽ hominuʒ ⁊ mihi des remedium aduersarijs vero secundũ suũ demeritũ. Jã autẽ fac qd̃ peto a te: q: tu q̃ omnia vides

4 Probasti cor meum & uisitasti nocte: igne me examinasti & nõ est inuenta in me iniquitas.

¶ [Probasti] cor meum quod conspectui tuo semper patet [et visitasti nocte] i. tribulatiõe. quasi diceret: cor meũ visitatione tribulationis ꝓbatũ est: q̃ tribulatio et nox dr̃ q: ꝑturbat. ⁊ ignis q: exurit. Uñ subdit [igne] scilʒ tribulationis [me examinasti] sicut metallũ [⁊ nõ est inuẽta i me iniq̃tas] quã aliquã vstio coq̃ret. i. inuẽt⁹ suʒ imunis a dono pctõ. Debẽt ergo sctĩ viri semper oculos dei sine iniq̃tate habeãt ꝓbatũ ignis. Et adeo suʒ iust⁹ ⁊ sine iniquitate. Tribulatio dr̃. alis examinare cor suũ vt illõ ãte

5 Vt non loquatur os meum opera hominũ: propter uerba labiorũ tuorum ego custodiui uias duras.

¶ [Ut nõ loquatur os meũ opera hominũ] id est vt nõ aliud procedat de ore meo q̃ quod ad gloriã ⁊ laudẽ [tuam] ptinet nõ ad opa hoĩs q̃ pter volũtatẽ tuã faciũt. i. vt nihil nisi tuũ loq̃r ⁊ i lingua nõ peccẽ qd̃ est pfectorũ. vt dicit Ambrosi⁹. Nõ mediocre piculũ est cũ

Ambro habeas tanta eloquia dei et opa
sij pul- q̄ fecit illis p̄termissis loquaris et
cherri- audias q̄ scti sunt. Et q̄uis ita in-
mū di- nocens sim tamen [propter verba
ctum. labiorū tuorū] scz mādata 7 ɔsilia
cōplenda [ego custodiui vias] tri-
bulationū vel virtutum 7 bonorū
operum [duras] scz nolētibus sed
suaues volentibus. Et ergo

†Ad 6 †Perfice gressus meos
pficien in semitis tuis: ut non
dos. moueātur uestigia mea.

¶[Perfice] vsq; in finem. quia a deo est incipere 7 a deo est finire. [gressus meos] .i. operum meorū actus [in semitis tuis] id est in p̄fectorum mandatorum tuorum arctis et angustis vijs [vt vestigia mea] .i. imitatores mei quibus est impressa forma iustitie [nō moueātur] a te vel a me. Bene siquidē sequax pergit vbi ille qui exemplū prebet rectus incesserit. Vel [vt non moueantur vestigia mea] recedendo a veritatis via: neq; enim sufficit perfecta agere nisi cōtingat i ipsis firmiter pmanere.

7 Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: inclina aurem tuam mihi & exaudi uerba mea.

¶[Ego clamaui] nunc et valida intentiōe preces direxi. [qm̄ exaudisti me deus] alio tempore. q.d. exauditio prioris clamoris inuitat me ad iterandum clamorem. 7 ex hoc q̄ exaudisti me ausus sum inuocare te /habens spem iterum de exauditione. et ideo sicut consueuisti [inclina aurem tuam] scilicet misericordie 7 clemētie [mihi] humili sicut medicus egroto. [et exaudi] ad effectum perducendo [verba mea] quibus loquor ad te orando. hec scilicet.

8 Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.

¶[Mirifica misericordias tuas] id est innoua et fac eas nouas ac mirabiles circa me q̄ homines ad mirentur eas. Mira enim sunt que noua sunt et ne vilescant misericordie tue 7 minus amentur. Tu dico [qui saluos facis sperantes in te] non presumentes de se. Mira sunt et noua que in carne christus gessit que iudei mirati sunt sed credere noluerunt et quotidie mirificat domin⁹ misericordias suas ex iniusto iustū faciēdo.

Mira sunt et noua q̄ i carne xp̄s gessit.

9 A resistentibus dexteræ tuę: custodi me ut pupillam oculi.

¶[A resistentibus dextere tue] id est ab impijs qui resistunt protectioni tue et fauore quo mihi faues: seu quem mihi facis et ostendis [custodi me] ab omni occasiōe lesionis. ne iniustitia iustitiā premat. ne qua obuians tentatio me frangat vel seducat [vt pupillam oculi] .i. ita tenere et diligenter sicut homo custodit pupillam oculi sui qui diligenter custoditur quia nil tam diligitur. ita q̄ nō possint mihi nocere vl' finaliter p̄ualere.

Pupilla ocu-li dilige-gēter custo-ditur.

10 †Sub umbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum qui me afflixerunt.

†in teg-mine.

¶[Sub vmbra alarū tuarū] .i. sub munimēto charitat͡ 7 mie tue [ptege me] vt gallina pullos [a facie] .i. ab istātia 7 ifestatiōe [impiorum] scilicet demonum et malorum hominum [qui me afflixe-

runt] persequendo. Misericordia que gratiam impendit et charitas que gratiam impensam custodit: ale dei spirituales sunt quibus nos protegit quia ab estu refrigerant viciorum: et afflictione tempe rant impiorum. Et subiungit quo modo afflixerunt. d.

11 Inimici mei animam meam circundederunt: adipem suum concluserunt: os eorũ locutum est superbiam.

[Inimici mei aiam meã] i. me ponendo partẽ pro toto [circunderunt] diuersis tẽtationibus cõsilijs et machinationibus quentes vitam meã tollere et me pdere [adipẽ suum] id est viscera misericordie [cõcluserunt] i. intus clauserũt omnino erga me: persequendo me absq; vlla mia. et obstinate [os eorũ locutũ est superbiã] contra deũ et proximũ. Quidã cogitãt superbiã. quidam loquuntur. quidam faciunt. quidam alijs signis exprimũt: et non est aliquod mẽbrum in homine in quo non regnet quandoq; superbia.

Superbia qñ q; regnat in oib' membris.

12 Projiciẽtes me nunc circundederũt me: oculos suos statuerunt declinare in terram

[Projicientes me] i. tẽtantes me pijcere ab omni honore et bono spirituali [nunc circundederũt me] tentantes insidias circunquaq; ne possim euadere. quia [oculos suos] s. cordis. i. considerationem et intentionẽ [statuerunt] id est deliberauerunt et firmauerunt: q̃si ex proposito [declinare] et flectere [in terram] id est in ista terrena non leuare ad deũ et celestia non attẽdẽtes spũalẽ iacturã sed vtilitatẽ terrenã: quia non habendo respectum ad deũ sed quasi auertendo se ab eo plus timebant perdere temporalia q̃ eterna.

13 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in † abditis.

† occultis.

[Susceperunt me] id est suscipere auide conati sunt et parati sunt [sicut leo paratus ad predam] id est aperte me persequentes cum magna crudelitate. [et sicut catulus leonis habitans in abditis:] id est in absconditis et insidiens insidijs quia cum hoc etiam latenter et insidiose me persequuntur. Mos ẽ enim malis vota sua tegere. vt latenter possint ea perficere: quoniam qui male agit odit lucem. Sed tu qui dissimulãdo videris dormire et iniquitates hominum non curare

Jo. 3.

14 Exurge domine præueni † eum & † supplanta eum: † eripe animam meã ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

† eos. † subuerte eos. † erue.

[Exurge] o [dñe] p ostẽsionẽ tue potentie [preueni eum] i. eos scilicet impiũ et suos a simili currentis ne ad cõplemẽtũ volũtatis sue pcedãt [et supplãta] i. decipe [eũ] a simili lucrantis. i. subuerte eos et deijce inefficaces faciendo et a suo pposito frustrãdo [eripe] et libera [aiam meã] i. me [ab impio] scz diabolo vel homine malo [frameã tuã]

i. gladiū seu potestatē & potentiā quā dedisti eis. q2 a te acceperunt qua abutūt psequēdo bonos crue & aufer [ab inimicis man9] & * tur [tue] q2 aduersant tue potētie.

15 Domine † à paucis de terra diuide eos in uita eorum, & de absconditis tuis adimpletus est uenter eorum.

† pdēs eos de terra: dispartire eos in vita eorum. Mat. xx. & xxij. b.

℄ [Dñe a paucis] i. iustis & electis q̄ pauci sunt cōparatiue. Multi enī sunt vocati pauci vo electi [de terra] vinetū. s. ecclia & [diuide] & separa [eos] i. s. malos ſm mores & merita [i vita eoꝝ] i. quādiu viuūt ne possint nocere bonis. & postea etiā diuide eos ſm loca: q2 [de absconditis tuis] i. peccatis q̄ de9 nō nouit p approbationē sed phibet & q̄ tanq̄ tenebre abscōdunt a lumine veritatis tue [adiplet9 est vēter eoꝝ] i. satiata ē carnalitas et desideriū eoꝝ: vel plena est memoria eoꝝ vt obliuiscant domini.

16 Saturati sunt † filijs: & † diuiserunt reliquias suas paruulis suis.

† porcina. † reliq̄runt. Opa bōa vl' mala dicunt filij.

℄ [Saturati sunt filijs] i. opib9 malis q2 satisfecerūt sibi i prauitatib9 suis. Opa enī dicunt filij: & sicut bona opera filij boni: mala mali. & ita saturati sunt q2 [diuiserūt [& dereliq̄rūt [reliq̄as suas] s. peccatoꝝ & maledictionis [paruulis suis] i. posteris eoꝝ imitatorib9: q2 traducūt ea ad posteros. ita illi satiati sunt imūdicia. Sed q2 ad h' nostra tēdit oratio nostreq3 deuotionis affectus: nostra opera: nostre patientie exercitia vt gloria domini satiari valeam9 subiūgit.

17 Ego autem in † iustitia apparebo † cōspectui tuo: satiabor cum † apparuerit gloria tua.

† tua. † in cōspectu † manifestabitur.

℄ [Ego autem] potius [in iustitia] quod est mandata tua adimplere [apparebo conspectui tuo] id est in presentia tua nūc per gratiam tuam iuste viuendo. et [satiabor] in futuro celesti refectione: et replebor omni gaudio vel eo quod nunc desidero. Qui enim nunc esuriunt et sitiunt iustitiam tunc saturabuntur ca[cum apparuerit] et manifestabitur sanctis [gloria tua] eterna que satiat appetitum humanum eo q2 ibi consequitur bonū infinitum. Felices q̄ presentiā delitiarum et vanitatū obliti merebuntur ibi satiari. Oratio.

Concede domine oculos cordis nostri ad cernendā tui iudicij veritatem: vt dum hic igne spirituali probamur: ĩ tuis ineternū ꝯspectib9 cū fructu iustitie satiemur. per dñs.

Vox Christi & ecclesiæ gratias agentis pro sua liberatione de omni inimicorum suorū multiplici liberatione.

Psalmus. XVII.

1 Diligam te domine † fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meū & liberator meus.

† virt9

℄ Auctor psalmi propheta dauid.
℄ Titulus hic est. In finem verba cantici huius &c. Id est verba cantici huius scilicet de his vnde

habendum est canticum id est de-
lectatio et leticia sunt attribuen-
da Dauid id est manu forti christo
secundum caput et secundum cor-
pus eius: id est ecclesiam puero
propter puritatem et obedientiã
domini id est dei patris. Dauid di
co fideles suos in finem dirigenti.
id est in summum bonum que ver
ba locut⁹ est in terna sua locutiõe
christus totus scilicet caput et cor-
pus: domino id est ad honorem do
mini patris in die id est pro die.
Uel in die id est in consideratione
illius diei scilicet resurrectionis
christi: quia die eripuit eum id est
christũ. secundũ caput ꝛ corp⁹. do-
minus pater de manu saul id est
de potestate mortis christũ in re ꝛ
mẽbra in spe: et tãdẽ eripiet i re: et
de manu omnium inimicorum suo-
rum id est de potestate iudeorum
secundum caput: et de potestate
demonum secundum corpus ꝛ mẽ
bra. Et bene saul persecutor dauid
mors dicitur que sola nos perse-
quitur. nisi enim mortales essem⁹
nihil nobis facere posset inimicus.
Et pro hac spirituali liberatione
totus christus agẽs gratias deo
dicat que sequuntur in psalmo.
Qui ergo supra pro liberatiõe ob
tinenda orauit nunc pro ea obten
ta grãs agit. ¶ Materia gratia-
rum actio de multiplici liberatiõe
ab inimicis ꝛ periculis. ¶ Inten-
tio: ad gratiarum actionem mo-
nere pro hmõi liberatiõe. ¶ Snia
in generali. propheta in isto psal-
mo in persona xp̄i et ecclesie gra-
tias agit ꝓ sua multiplici libera-
tione tam a tẽtationibus varijs
q̄ꝫ a persequẽtibus inimicis fortis
simis ¶ Psalmus iste multa con-
tinet sacramenta et diuersa eccle-
sie tempora. Ea autem q̄ pmo hic
ponunt̄ pñt indifferenter in voce
xp̄i seu eccl'ie accipi: et ad vtriusq̄ꝫ
personam referri. ¶ Snia in spe-
ciali: de spirituali ergo liberatiõe.
christus integer grãs agens ait.
[diligã te domine] qui dignus es
omni dilectione quia es [fortitudo
mea] effectiue sc; p quẽ sum fortis
ad resistendũ aduersarijs. ad exer-
cendum bona. ad tolerandũ mala
ꝛ expugnãdum tentamenta. Dein
de mutans personam de eo hoib⁹
loq̄t. d. [dñs] ẽ [firmamẽtũ meũ]
per quẽ sum tutus habẽs in eo fir
mũ fundamẽtum ne ventis ten-
tationũ mouear. [et refugiũ meũ]
ad quẽ refugio ab oĩ pressura ne
in periculis peream [et liberator
me⁹] a conformitate malorum et
potestate inimicorum.

2 Deus meus adiutor
meus: & sperabo in eũ.

¶ [Deus meus] q: me creauit ex
nihilo [adiutor me⁹] ꝛ cooperator
in bono [ꝛ] ideo [sperabo] ꝛ totam
spem ponam [in eũ] p quẽ salua-
bor in futuro ꝛ non in alium. Hoc
distat inter deum ꝛ dñm ꝙ deus
nomẽ est nature: sed dñs nomẽ est
officij. Illud pertinet ad maiesta-
tem ꝛ dignitatẽ que ipse est: hoc
pertinet ad potestatem et dñium
quod in nobis exercet. Ibi ostẽdit
nobis quid amemus: hic autem
quid timeam⁹: in vtroq̄ꝫ quid cre
dam⁹/ q̄d speremus/ q̄d amem⁹.

3 Protector meus &
cornu salutis meæ: & tres pro.
†susceptor meus.

¶ [Protector meus] a cõuẽtu ma
lignãtiũ tãq̄ꝫ scutũ q: me ꝓtegit
ꝫ insidias ꝛ defẽdit a malis [ꝛ cor
nu salutis meæ] .i. firma ꝓpugna
tio ad salutẽ ꝛ celsitudo salut' ad
repellendos ꝛ dissipãdos inimicos
meos fortes. Sicut enim cornu
eminet: ita ipse ẽ eminens nostra

sal⁹. Loquit̃ s̃m similitudinẽ sumptã de aialib⁹ cornutis q̃ cornu salutẽ suã defendũt. [et susceptor me⁹] me tanq̃ medicus infirmũ suscipiens ad sanandum. et ideo non ingratus.

4 Laudans inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero.

¶ [Laudãs] non me sed dñm pro euasiõe malorũ et adeptiõe bonorũ. et nõ meã gloriam sed dñi querens [inuocabo dñm] ad pseuerandũ [et] [sic] [ab inimicis meis] oib⁹ scʒ visibilibus et inuisibilib⁹ [saluus ero] per suum adiutoriũ qui mihi nocere nõ poterũt. Ecce quãta est vtilitas laudare deũ. Si eñ et in prosperis et in aduersis deũ toto corde laudaueris nullus poterit tibi nocere inimic⁹. Et merito ab inimicis saluari desidero. q̃r

5 Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Ps. cxvij.

¶ [Circundederunt me] vndiq̃ [dolores] nõ de reb⁹ mũdi sʒ [mortis] i. insidie inimicoꝝ qb⁹ satagũt me ad mortem trahere: qui et per inuidiam dolent me viuere. [et torrentes iniquitatis] i. transitorij impetus iniquoꝝ et psecutiões malitiose cum impetu venientes sicut inundationes torrentiũ [cõturbauerũt me] torrẽdo: et egerũt vt me conturbarẽt nam fecerunt me pauere ac tristari et mestum esse.

6 Dolores † inferi circũdederũt me † preoccupauerunt me laquei mortis.

† inferni. † puenerunt.

¶ [Dolores inferi] id ẽ dolores inuidie q̃ ducũt ad infernũ sicut inuidia diaboli ducta est mors i mũdũ [circundederunt me] q̃ erãt in circũdãtib⁹ me ex oi parte [pocc̃pauerũt me] et puenerũt ad nocẽdũ mihi [Laq̃i mortis] i. deceptiões inimicoꝝ q̃s tẽdebãt vt caperẽt me ad mortẽ sic auis capit̃ laq̃o. Sʒ q̃ in angustijs et periculis ẽ recurrẽdũ ad auxilium diuinum magis q̃ humanum subiungit.

7 † In tribulatione inuocaui dominum: & ad deum meũ clamaui.

† et i plura mea.

¶ [In] [hac tãta] [tribulatiõe] et necessitate mea et pssura [inuocaui] totis viribus [dñm] adiutorẽ qd̃ est vnicũ inter mala remediuʒ [et ad deũ meũ] non alienũ [clamaui] valide qd̃ plus est q̃ inuocare q̃r notat intentionẽ inuocatiõis. Si ergo te circũdãt dolores et laquei mortis et inferi. si pturbatiões iniquitatis intus in corde: inuoca dominũ et toto cordis affectu clama ad deum tuũ et eripiet te de omni tribulatione. vnde subditur.

8 Et exaudiuit de templo sancto suo uocem meam: & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

¶ [Et exaudiuit de tẽplo sancto suo vocem meã] i. de celo qd̃ ẽ tẽplũ glie dei: vl̃ de corde meo i quo de⁹ hitat [et clamor me⁹] i. deuota oro q̃ est [in cõspectu ei⁹] id est quẽ nõ corã hoib⁹ sed corã deo intus i cõsciẽtia habeo qui nõ tam vocis est q̃ cordis: q̃r mẽt[is] ħ̃c desiderium clamor est in conspectu dei [introiuit] [in] simili fidelis nunq̃ [in aures] potentie et cle:

mentie[eius]hoc autem modo audit q2 tẽpore aduẽtus christi predicantibus apostolis.

9 Commota est & contremuit terra: fundamẽta montium conturbata sunt commota sunt: quoniam iratus est eis.

[Cõmota ẽ]int⁹ ad penitẽtiam [et]post ẽt[cõtremuit]cꝫ ꝓpter iis audito ꝙ futurũ esset iudiciũ[terra].i.pctõres seu terrena carnaliũ corda[fundamẽta mõtiũ].i.diuitie qb⁹ innitũẽ supbi ⁊ falsa spes mũdi[ꝯturbata sunt ⁊ ꝯmota sũt] sublata vt iã spes mũdi nõ hẽat firmamẽtũ i cordib⁹ hoiꝫ: spes enĩ mũdi abijt quã deꝯodit.[qm irat⁹ est eis].i.q2 inotuit eis ira dei sup se vẽtura si nõ mutarentur.⁊ ita.

10 Ascendit fumus in ira eius: & ignis â facie eius† exarsit: carbones succensi sunt ab eo.

† exardescit.

[Ascendit fum⁹].i.lachrymosa ꝯpũctio ⁊ deprecatio penitẽtium. Fumus enim lachrymas ꝓuocat et in altum ascẽdit.[i ira ei⁹].i.in ꝯsideratiõe ire ei⁹ cũ nouissent qd minetẽ de⁹[et]post pniam[ignis] charitatis ⁊ amoris[a facie].i.noticia eius[exarsit]et ardere cepit et ita[carbones].i.peccatores tenebrosi et frigidi ac desperatione extincti ⁊ mortui[succensi sunt ab eo]scilicet igne ad amorẽ dei ⁊ rursus reuixerũt. Et quo ordie et quõ hec facta sunt demonstraẽ cũ dicitẽ.

Fum⁹ lachrymas ꝓuocat.

11 Inclinauit cęlos & descẽdit: & caligo sub pedibus eius.

[Inclinauit celos].i.exinaniuit ⁊ humiliauit se verbũ vt ꝓpter hominum infirmitatem carnẽ sumeret:[⁊ descẽdit]ad nos vt et ita etiã humiliauit celestia subdẽs angelos humane nature[⁊ caligo].s. diabol⁹ q̃ hoiꝫ mentes obnubilat est[sub pedibus eius]q2 dñi ptãte calcatẽ: q2 vñ humilis i carne apparuit inde principem tenebrarũ oimoda subiectiõe prostrauit: et ecclesie sue prosternendum dedit.

12 Et ascẽdit super cherubin & uolauit: uolauit super pennas uentorum.

[Et]ipẽ q ꝯscendit[ascẽdit sup cherubin]qd interꝑtaẽ plenitudo scie.i.oẽm modũ scie excedit.qd carro passa sic ẽ exaltata[⁊ volauit] quia delectoribus suis se incomprehensibilẽ ostendit ne corporeis imaginib⁹ ꝯprehẽdere qrãt[volauit]dico[sup pẽnas vẽtoꝝ].i.ꝯtẽplationẽ aiaꝝ q2 icõprehẽsibilitas ei⁹ supat ꝟtutes aiaꝝ qb⁹ se ad deũ ꝯtẽplãdũ in altum attollunt: null⁹ enĩ itellect⁹ p̃t ad eum attingere.

Cherubin iterpratio.

13 Et posuit tenebras latibulum suum: in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aẽris.

[Et posuit tenebras latibulum suũ]scꝫ obscuritatẽ sacramẽtorum in qb⁹ ipse lateret nec suos desereret. latuit enĩ diuinitas i carne: remissio pctõꝝ i baptismo. xp̃s i altari sub panis ⁊ vini sacramẽto.⁊ q̃uis lateat tñ[i circuitu ei⁹ tabernaculũ ei⁹].i.credẽtes in qb⁹ hoc tẽpore habitat ⁊ militat ãbigunt ⁊ adherẽt ei nec tñ vident eũ apte p scripturas veteres .q2[tenebrosa aqua i nubib⁹ aeris].i.obscura

Diuinitas in carne latuit: remissio pcõrũ i baptismo

sanctia et doctrina est in prophetis que a terrenis eleuati inferioribus com pluunt verbum dei. Sed lux vera has tenebras illuminauit. quia.

14 Prę fulgore in con-
†ipsius spectu eius nubes †trā
sierunt grando & car-
bones ignis.

¶ [Pre fulgore] i. a claritate [qui est in conspectu et manifestatione [ei*] qua manifeste conspicitur [nubes] non veteris sed noui testamenti/ scz apostoli vicini* eū contēplātes: et diuino lumine ab eo illustrati. Uel [pre fulgore] i. perfulgide vt sit vna dictio penultima ēt producta [nubes] in conspectu ei* existētes [trāsierunt] de iudeis ad gentes et ipsi facti sunt [grādo] obiurgādo et dura corda feriēdo [et carbōes ignis] humana corda fidei et charitatis ardore inflāmādo et alios suo exēplo et verbo ad amorem dei accendendo.

15 Et intonuit de cęlo dominus: & altissimus dedit uocem suam, grā do & carbones ignis.

¶ [Et intonuit] minis que sunt de penis eternis. i. sonuit [de celo] i. de predicatoribus [dñs] que loquitur in eis [et altissimus dedit vocem suā] suauē scz promissionis que est de premijs eternis: tanquam [grando et carbones ignis] vt. s. Ipsa enim aplorū predicatio nō tā aplica erat quam dñica: quia ipse in eis loquebatur. Iuxta ergo capacitatē audientiū modo minando et terrēdo intonat dñs: modo promittēdo et demulcendo dat vocem: modo vt grando cōtūdēs. modo vt ignis accendens.

16 Et misit sagittas suas & †dissipauit eos: † ful gura multiplicauit & conturbauit eos.

†disper sit.
†conturbatio nem.

¶ [Et] ad hoc faciendū [misit sagittas suas] scz predicatores pennis virtutū recta itinera transuolantes et corda pungentes [et dissipauit] vel dispersit [eos] ad quos missi sunt vt alijs eorū essent odor vite in vitā: alijs odor mortis in mortem. [fulgura multiplicauit] i. miracula coruscātia in cordib* auditorum et stupidos reddētia [et conturbauit eos] bona cōturbatione ad penitentiam. vnde subdit.

17 Et apparuerunt fon tes aquarum: & reuela ta sunt fundamenta or bis terrarum.

¶ [Et apparuerunt] auditoribus [fontes aqrū] salientiū in vitā eternā. i. profunditates scripturarum/ scz vet* et nouū testamētū que nimiru scz spiritales fontes ceteros ex se scripturarum riuulos emittūt [et reuelata sunt fundamēta orbis terrarum] i. reuelati et intellecti sunt prophete que añ non intelligebantur: sup quos edificatur orbis terrarū credēs dño. i. ecclesia vniuersalis que de toto orbe colligitur cui* fundamēta sūt prophete quia per ipsos fundata est fides. Et hec omnia facta sunt.

18 Ab increpatione tua domine: ab inspiratio ne spiritus iræ tuæ.

¶ [Ab icrepatiōe tua dñe] scz* te eos icrepāte [ab ispiratione spūs ire tue] i. sctō spū icutiēte eis timorē ire tue. Uel increpationē et inspirationē accipit xpi predicationem: quia per predicationē increpabat peccatores vt penitentiam age-

rẽt ꝛ ĩspirabat vt irã futurã time
rent. Et bñ postq̃ dixit icrepatio-
nẽ adiũxit ĩspiratiõẽ. tũc eñi vti-
liter foris icrepamur qñ inspira-
mur intus vt timeam⁹. Deinde lo
quitur ecclesia vbi ostenditur quo
ordine ista sunt facta.

19 Misit † de summo & accepit me: & assumpsit me de † aquis multis.

†alia lr̃a e †multitudine aq̃rum

¶ [Misit] deus pater filium [de summo] .i. de celo vel de sinu suo [et accepit me] ecclesiam sponsam [et assumpsit me] in hereditatem vocando: [de aquis multis] .i. de multitudine populorum. quia in multis populis me instituit. Uel [Misit] ĩspiritũ sanctum qui est donum de alto [et accepit me] quasi fugitiuam per gratiam iustificantem vel pficientem [et assumpsit me] extrahendo [de aquis] id est vitijs [multis] in altitudinem virtutis et boni operis.

20 † Eripuit me de inimicis meis fortissimis: & ab his qui oderũt me, quoniã confortati sunt super me.

†eruit.

¶ [Eripuit] ꝛ saluauit [me de inimicis meis fortissimis] .i. de vitijs que sup oẽs inimicos nocẽt. [et ab his qui oderunt me] .i. exterioribus inimicis scʒ demonib⁹ ꝛ malis hominibus. ꝛ necesse erat [qm̃ confortati sunt super me] robore ꝛ potestate. Sunt inimici fortes scʒ homines ꝛ maxime propinquitqʒ inimici hominis domestici eius. Fortiores scʒ demones. q̃ non est potestas sup terram que ei compareẽ. Fortissimi scʒ vitia carnis quia nulla pestis efficacior ad nocendum q̃ familiaris inimicus.

mich. vij.

21 Preuenerunt me in die afflictionis meę: & factus est dominus † protector meus.

†firmamentũ meum.

¶ [Preuenerũt me] scʒ ĩsidijs a seculi currentiũ priores mihi nocerevolẽtes [in die afflictionis mee] id est in tempore tribulationis et persecutionis quo me sua persecutione affligebant [et factus est] dñs protector meus [et auxiliũ cõtra miserias ꝛ voluptates ptegẽs me ne succũberẽ. ipe enim cũ suis est in tribulatione eos ptegẽdo ꝛ liberando aliqñ in corpore/aliqñ in aĩa: aliqñ in vtroqʒ prout videt necessitatibus et vtilitatibus hominum expedire.

22 Et eduxit me in latitudinem: † saluum me † fecit quoniã uoluit me.

†eruit †nõ est

¶ [Et] quia carnales patiebar angustias [eduxit me] de angustia tribulationis carnis [in latitudinem] consolationis spũalis scʒ fidei ꝛ charitatis vt diligerem etiã inimicos. Per mala enim dilatat de⁹ charitatem ꝛ p seuitiã maloꝝ ecclesia crescit numero et merito. [saluum me fecit] vocando ad fidem et dando perseuerantiã [qm̃ voluit me] .i. q̃ placuit ei hoc est gratis me elegit nullis p̃cedentibus meritis sed sola sua beniuolẽtia: et gratia.

Charitatẽ dilatat de⁹ per mala.

23 Et retribuet mihi dominus secundùm iustitiam meam: & secundùm puritatem manuũ mearum retribuet mihi.

¶ [Et] post [retribuet mihi dñs gratiam p gratia hic in presenti [sm iustitiã meam] i. sm meritũ bone voluntatis et fidei quam immisit per miam vt vellẽ bonũ. [ꝛ sm puritatẽ manuũ mearũ] i. sm innocẽtiã meoꝝ operũ bonoꝝ q̃ fides pmeruit [retribuet mihi] qui dedit vt facerẽ. Hoc addit ne qs putet sufficere bonã voluntatẽ sine operib⁹ cũ habeat copiã bene operandi. Primo ergo fidẽ ꝛ charitatẽ gratis deus prestat. deinde pro illis ꝛ operib⁹ ex illis prouenientibus quasi pro meritis retribuet hic perseuerantiam et alia bona. vnde subdit.

Volun tas bo na sine opib⁹ nõ sufficit cũ habeat copiã bñ operandi.

24 Quia custodiui uías domini: nec impiè gessi à deo meo.

¶ [Quia custodiui vias domini] i. pcepta ei⁹ ꝛ latitudinẽ bonoꝝ operum perseuerãdo seruaui [nec impie gessi a deo meo] recedẽdo i. postq̃ ad illũ bene operãdo accessi ab illo praue viuẽdo nõ recessi. Sic vtiq3 ad deũ directa debẽt esse nr̃a itinera vt vltra nõ sint ad prauitatẽ operis distorta. Et hoc vtrũq3 ideo habeo q2 ꝯsideraui iudicia dei que ad custodiendã iustitiam ꝛ cuitãdã impietatem vtile est pensare. vnde subiungit.

25 Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo †: & iustitias eius non repuli à me.

† sunt semp.

¶ [Quoniam oĩa iudicia eius] scz presentia q̃ futura [in conspectu meo] semp sunt: ꝛ mihi placent q̃ semp attẽdo: ac pseuerãti ꝯtẽplatiõe ꝯsidero ꝛ approbo: quoꝝ q̃dã sunt in presenti scz flagella corrigendoꝝ et tentationes probandorum: quedã in futuro scilz premia iustorum ꝛ pene impioꝝ. [et iustitias ei⁹] i. illa iudicia que vidi ꝛ inueni iusta [nõ repuli a me] quasi displicentia tanq̃ sarcina grauat⁹: vel fragilitate carnis superatus illud qđ ceperam dimittendo et ad vomitum redeundo.

26 Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.

¶ [Et] sicut cepi ita postmodum [ero cum eo] i. ei adherẽo [immaculat⁹] i. perseuerabo in innocentia mea [ꝛ obseruabo me ab iniquitate mea] i. nõ conuertar ad iniquitatẽ in qua prius fui. Uel [ero immaculatus] sm delectationẽ male cogitatiõis. [et obseruabo me ab iniquitate] opatiõis que esset [mea] si facerẽt eã. Tale debet esse nostrũ studiũ: nr̃m desiderium: vt int⁹ sim⁹ immaculati ꝛ foris innocui: q2 vnũ sine altero non sufficit.

Immaculati esse debem⁹ intus: foris xo innocui.

27 Et retribuet mihi dominus secundùm iustitiam meã: & secundùm puritatem manuũ mearum in conspectu oculorum eius.

¶ [Et retribuet mihi dominus] in futuro in retributione iustoꝝ [sm iustitiam meam] ergo proximum [et secundum puritatem manuum mearum] id est sm innocentiã operum q̃tum ad me [in cõspectu oculoꝝ eius] q2 ipse aspicit quicq̃d hõ in mãdatis dei operat. Uel retribuet illud qđ est in cõspectu ei⁹ scilz eterna q̃ hoies nõ vidẽt: sed sol⁹ de⁹. Supra q̃ dixit sibi pseuerãtiam retribuendã in pñti pro fide et charitate et bonis operibus: hic dicit etiam aliud in

Socie | futuro pro eisdē ꝛ pro perseueran
tas bo | te lōganimitate sibi retribuendū.
norum | Et qꝛ dixerat de iustitia ostendit
appetē | quō habeat: salubriter nos infor-
da est: | mans et admonēs ꝙ societas bo-
malo- | norum sit apperenda: malorum ve
rum fu | ro fugienda. et. d.
giē- 28 |
da.

Cum sancto sanctus eris: & cum uiro innocente innocens eris.

¶ [Cum sctō] scilicet qui sancte viuit [sanct⁹ eris] qꝛ ppter eius sanctam vitam ꝛ exempla ad sctā opa exercēda puocaris: ꝛ sic etiā sctūs eris [ꝛ cū viro inocente] qui malum alijs nō facit ꝛ vitā suam vitijs nō corrūpit [innocens eris] nulli nocendo et a vitijs abstinendo. Tria notat hic genera bonorū: scȝ perfectiōis cum dicit. cum sancto sanctus eris. proficientis cum dicit: ꝛ cū innocente innocēs eris. Incipientis cum subdit. et cum electo elect⁹ eris. et pmittit qō dignus est de his tribus: qꝛ in electione notatur preparatio: in innocentia gratia in presenti: in sanctitate gloria in futuro.

Bono- rū gra- tris.

29 Et cum electo electus eris: & cum peruerso †peruerteris.

Pro- uer. v. †puer- sus eris.

¶ [Et cum electo] ad bona vite eterne [electus eris] eum imitando [et cum peruerso] in vita et moribus qui opera et facta dei reprehendit [perueterteris] malis ei⁹ exemplis: id est peruersus eris. Et est hic argumentum a conuictu: quia ex conuictu mores formantur. et qui tangit picem inquinabitur ab ea. Ecce due vie tibi ostēse sunt vna iustoꝝ ꝛ salutꝭ: altera reprobꝛoꝝ ꝛ dānatiōis. vna quā tenēt hūiles ꝛ a dño exaltanꝭ: altera quā tenēt supbi ꝛ a dño hūiliant.

Mo- res ex cō- ui- ctu for- man- tur.

vñ ꝛ subdit cōuertēs ṽba ad deū. Qm̄ tu ppl'um hūilē ꝛc. Uel supra conuertit sermonē ad dñm: et qsi cū gratiarum actione dicit. o. dñe merito tecū erunt immaculati: qꝛ tu [Cum sancto sanctus eris] i. adiuuas sanctos in sanctitate: qꝛ es sanctus natura alios sanctificans grā. [Et cū viro innocēte innocens eris] i. innocentes adiuuas in innocentia: qꝛ innocēs es natura. [Et cū electo electus eris] i. ab eo quem eligis eligeris: qꝛ añ ꝙ ipse te eligat tu eū eligis [et cū peruerso peruerteris] i. a puertente vias tuas te auertis. Et hoc ideo

30 Quoniam tu populum †humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.

¶ [Qm̄ tu populū humilē] de se non presumentē et pniam agētē [saluū facies] ꝛ in celo exaltabis. ꝛ econtrario [oculos superborū] i. supbos qui magni sunt in oculis suis et pniam agere cōtemnūt. Illa enim ps in qua maxime manifestatur gestus supborū ponit pro toto scȝ oculi pro homine [humiliabis] et in infernū deijcies. In pūti ēt de⁹ supbis resistit: hūilib⁹ aūt dat gratiā. Deide pgrediēs ecclia qō enunciauit orat dicens.

Iaco. iiij. ꝛ. 1. Pe. v. b.

31 Quoniam tu †illuminas lucernam meam domine deus meus illumina tenebras meas.

†illu- minae bis.

¶ [Quoniam] i. ex quo [tu illuminas lucernam meam domine: scȝ apostolos ꝛ pdicatores in qb⁹ est lux et cognitio veritatis q̄ illuminantur alij [de⁹ me⁹ illumina] Et p eos [tenebras meas] i. id ē aias tenebrosas pctis: seu eos qui adhuc sunt

hue sunt in tenebris: mihi per pdestinationem pertinentis. Uel q: illuminasti lucernam meā donādo fidē: illumina etiam tenebras operū meorū: vt qd teneo credendo seqr opando. Et rogo z merito.

32 Quoniam †in te eripiar à tentatione: & in deo meo transgrediar murum.

† a te ernar.

C [Qm in te] .i. p te z nō per me. in me em infirmus sum: sed in te fortis [eripiar a tētatiōe] diaboli mundi/z carnis. deide q̄si ex gaudio mutat personā dicēs [z in deo meo] nō in me .i. in v̄tute dei mei: non in mea [transgrediar murū] .i. obstaculū peccatorū q̄ me impediunt facere bonum z venire ad quem murum inter nos z celum extruimus peccatis peccata augēdo: sed trāsgredimur eum per dei gratiam vitiorū cōgeriē superando: vt ait gregori⁹ Murus est qd in itinere nr̄o erigitur: ne ad deum transeamus: sed hunc murum transgredimur q̄n pro amore eterne patrie quecūq; in hoc mūdo fuerint obiecta calcamus. Et vere per eum eripiar et in eo trāsgrediar. quia

Grego ry solē ne di ctum.

33 Deus meus †impoluta uia eius: eloquia domini igne examinata: protector est omniū sperantium in se.

† imma culata.

C [De⁹ me⁹] noiatiu⁹ ille absolute stat vt locū habeat sequēs relatio cū dicit [ipoluta est] via ei⁹ [si ne qua venit in nos scz fides siue qua venit ad nos .s. beata virgo si ne qua venim⁹ ad ip̄s .s. charitas. [eloq̄a dn̄i igne examiata] .i. precepta etiā ei⁹ sūt adeo mūda vt nullis rōnibus adulterari possint. Uel [eloq̄a dn̄i] sunt [igne examinata] .i. in tribulatione sunt pbata z vera inuenta: quia nunq̄ deserit sperātes in se. z hic talis [protector est omniū sperantiū in se] nō presumentiū de se: quia tales ignis tribulatiōis nō cōsumit. Et dicit omniū q: nullus excipit nisi qui sperare non vult. Et merito sperandum est in illo.

34 Quoniā quis deus præter dominum: †aut quis deus præter deum nostrum?

† et.

C [Qm q̄s] ali⁹ est vere [de⁹ p̄ter dn̄m] dn̄o: ā .i. nisi ille q̄ est oīm domin⁹ q̄ nos regit. quē timem⁹: cui merito ex debito seruim⁹ [aut q̄s de⁹ est p̄ter deū nostrū:] qui nos creauit. quē amam⁹. quē post bonā nostrā seruitutē in p̄emiū expectam⁹ z q̄si hereditatē filij possidem⁹. q.d. null⁹ z iō nō mirū si potest suos ptegere ab his q̄ nec fortes nec potentes sunt hec dicit contra paganos qui multos sibi fingunt deos. Et ipse est vere

35 Deus qui præcinxit me uirtute: & posuit immaculatam uiam meā.

C [Deus qui p̄cinxit] .i. p̄muniuit [me virtute] scz fide/spe/z charitate. Uel armauit me fortitudine z constātia ad aggrediendū ardua/z tolerandum difficilia: et ad resistendū hostib⁹ z eorū tētatiōibus. [z posuit immaculatā viam meā] pseruando me sua grā ne in maculas pctōrū caderē: z dādo mihi grām vt innocēter viuā et incedā p huius vite viam qua ad illā perueniam sicut immaculata est via qua ad me veniet.

36 Qui perfecit pedes meos tanquàm †ceruorum: & superexcelsa †statuens me. †ceru. †statuet.

❡ [Qui] etiā [pfecit] .i. pfectos fecit [pedes meos] .i. amorē meū et animi affectus qbus vado ad eū: et etiā pedes meos corporales scʒ operū meorū gressus [tanq̃ ceruorum] id est ad currendū post eū ꝛ transiliendum oīa huius seculi impedimēta agiles: ꝛ in bonorum operū cursu nō deficiētes. [ꝛ super excelsa] scʒ in celo [statuens me] corde .i. figens cordis mei intentionem in supernis: et collocans spem meā in celestibus. Et ipse est

37 Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti ut arcum æreum brachia mea.

❡ [Qui] ēt [docet] ab iminētib⁹ insidiis cautū faciēdo [man⁹ meas] .i. opera [ad plīū] cōtra vitia ꝛ demones. hoc est dat mihi prudētiā: ꝛ docet me operari ad superādos hostes q conātur claudere iter ad celū ꝛ mutādo psonā subdit. [ꝛ posuit vt arcū ereā brachia mea] .i. dedisti mihi inflexibilē ꝛ infatigabilē intētionē bonorū operū: ꝛ ad feriendū ꝛ fugandū inimicos. sicut eī manus brachii adherent, ita ab intētione procedit opatio.

38 Et dedisti mihi protectionem salutis tuę: & dextera tua suscepit me.

❡ [Et dedisti mihi ptectionē salutis tue] .i. protectionē q saluasti me [ꝛ ptexisti me ad salutē] ꝛ dt [tue] .i. quā tu fecisti. q. d. pdicta nō sufficerēt ꝛ fortitudo mea parū posset nisi ptectio tua adesset. [et dextera tua] .i. fauor grē tue suscepit me] qsi ad curādū ꝛ refocillādū post bellū tanq̃ medicus egrotum. Et qz eosdē quos protegit ꝛ curat aliquando vtiliter flagellat recte subiungitur.

39 Et disciplina tua †correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit. †me direxit.

❡ [Et disciplina tua] .i. tribulatio purgatoria seu tribulationū et tētationū experiētia [correxit me] a malo reuocādo ꝛ dirigendo [in finem] debitū: scʒ in eternā salutem non sinit me deuiare vt qcqd ago in eū finē referā quo tibi cohereā. [et] eadem [disciplina tua] vel doctrina tua. [ipsa] ad meliora promouendo [me docebit] peruenire quo direxit: et qualiter ad hūc finem pueniā. In hoc ergo apparet q nos diligit de⁹ qz dat nobis disciplinā: qz hic corrigit mores: ꝛ dando disciplinaꝫ docet scientiā et per disciplinā ēt diligit

40 Dilatasti gressus meos †subtus me & non sunt infirmata uestigia mea. nos deus. †subt.

❡ [Dilatasti gressus meos] .i. affect⁹ vl' opa charitatis late extēdisti [subt⁹ me] .i. vt hilariter operer ēt q de his subt⁹ me sunt reb⁹ scʒ mortalib⁹ ꝛ mēbris: ꝛ vt nō pferā illā saluti aie sʒ poti⁹ supponā [et nō sūt ifirmata] p mala mūdi [vestigia mea] .i. itinera vel signa q reliq imitauerūt. Dilatatos etiā sub se hʒ gressus qsqs gliaf in tribulatiōib⁹: si ei foris e angustia doloris, int⁹ ē latitudo charitatis. Ei⁹ qʒ nō sūt ifirmata vestigia q

ꝯfirmat vocē suā ad tolerāda ꝑpter deū mala. Deinde est vox christi seu ecclesie ꝛ tamen cuilibet quod sibi congruit reddatur

41 Persequar inimicos meos & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

¶ [Persequar inimicos meos] .i. ꝑsecutores ꝛ aduersarios arguendo/flagellādo: vel affect⁹ carnales ꝛ spūs malignos orōnibus vigilijs ieiunijs/et spūalibus studijs a me repellendo [et cōprehēdā illos] in astutia sua: vel eos mihi subijciendo ne ab eis cōprehendar ꝯsentiēdo [ꝛ nō cōuertar] cessando ab hac intentione et studio [donec] q̄ modo obstrepunt [deficiant] ā rebellione insistere debet homo penitētie sue et bonis operibus et non corrumpere illa/vel cessare ab eis Recte ergo subiungit

42 Cōfringam illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

¶ [Confringā illos] ꝛ humiliabo impetus eorū frangēdo vel tentationes repellēdo: et eos in me regnare nō pmittēdo [nec poterunt stare] .i. nō durabit aduersus veritatē et me sic eis resistētē [cadēt subtus pedes meos] q2 se humiliādo mihi obedient vel q2 in corde meo eos abominando despiciā: et insuper affect⁹ bonos ꝛ spirituales actiones illis ꝑferā ꝛ opponā. Nec eni quo faciunt perfecte supare diabolū et vitiū: scz amor dei et odiū peccati et hoc totū est ex deo: quia

43 Et præcinxisti me uirtute ad bellum et supplantasti insurgentes in me † subtus me. †subter

¶ [Et pcinxisti me virtute] .i. armasti me fortitudine [ad bellū] cōtra hostes ne in tali pugna deficerē [et supplātasti] .i. humiliasti [insurgentes in me subtus me] vt superiores esses et vt subter me fierēt ꝛ mihi subessent q̄ super me esse volebant. Quodcūq3 vitiū cōtra te insurgere videris ꝛ subt⁹ te supplatare volueris postula a dño virtutē illi vitio ꝯriā vt ea te pcingat ad debellādū illō ꝛ dabit tibi dns

44 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & †odientes me disperdidisti. †odio habiētes

¶ [Et inimicos meos] scz ꝑsecutores ꝛ aduersarios mihi resistentes [dedisti mihi] q̄si [dorsum] .i. a dorso: et fecisti vt ego eis ꝑsidiā et ipi me sequant: et iā mihi quasi a facie nō resistāt. Uel illicitos appetitus ꝛ vitia retro conuertisti vt penitus obliuioni tradēs nō videā iterū peccando: nec retro respiciā delectando: sed mētis oculos dirigā ad celestia contēplanda: et ea q̄ ante nos sunt appetēda dz eni hō habere peccata añ oculos penitēdo [et odiētes me] .i. malos hoies in odio ꝑseuerantes vel malignos spūs [disꝑdidisti] repellēdo eos a me ne mihi noceant.

45 Clamauerūt nec erat qui saluos faceret ad dominum: nec exaudiuit eos.

¶ [Clamauerūt] si ꝑssura nōnulli ex eis ad hoies vl' ad alios deos petētes auxiliū ab eis [nec erat q̄ saluos faceret] eos ali⁹ eni nō poterat: ꝛ postea clamauerūt [ad dñm] deficiēte alioꝝ auxilioꝝ nec exaudi

pit eos in malitia pdurātes: qꝛ nō erant digni exauditiōe et diuino auxilio: ac si diceret alius saluare nō potest et deus nō vult: qꝛ a malitia sua nō recedunt: nec pure domini misericordiam requirunt.

46 Et comminuam †eos vt puluerem ante faciē uenti: ut lutum platearum delebo eos.

† illos

¶ [Et] ideo tanꝗ destitutos ab os auxilio [cominuā eos] et ad nihilū deducam vel ad minimum et vilez statum redigā [vt puluerem] .i. ita faciliter sicut delet puluis [ante faciem venti] qꝛ aridi imbrē mie dei non receperunt: qꝛ leues ꝛ mobiles ante vētū tentationis fuerūt [vt lutū platearū] qḋ pedibus conculcatur [delebo eos] et conculcabo: qꝛ in latā et spaciosa via in inmūdicijs et vitijs vixerunt. Deinde orat pro subiectione gentium dicens.

seruies

47 †Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

¶ [Eripies me de ꝯdictiōib⁹ ppli] scꝫ iudaici ꝯtradicētis mihi [constitues me in caput gentium] vt gentes mihi subijciantur et obediāt: et sim caput eoꝝ vñ dñs volens recedere a cecitate iudeorū ad fidem gentiū dixit: surgite eamus hinc. q.d. ita vincam iudeos et victis iudeis ero tanꝗ triūphatos super gentes. Et vere sic fiet: quia.

48 Populus quem non cognoui seruiuit mihi: †in auditu auris obediuit mihi.

tobauditu.

¶ [Populus] gentiū [quē non cognoui] .i. nō visitaui corpali pñtia vel lege ꝛ pphetis [seruiuit mihi] pcepta mea humiliter custodiēdo [i auditu auris obēdiuit mihi] euāgelium statim vt pdicari audiuit pmpte suscipiēdo ꝛ adiplēdo: oculis christū nō vidit nec ei⁹ audito p pdicatores obediuit hoc potest dicere xp̄s vel ecclesia de simplicibus ꝛ idiotis quos nō videtur cognoscere erudiēdo sciētia: et tñ promptiores sunt ad oia eius mādata. Literati vero quos ad plenū erudiuit tardi sunt ꝛ negligūt ea. Sꝫ

49 Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni †inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis.

tinueterauerunt

¶ [Filij] scꝫ pri⁹ a me nutriti [alieni] a me p peccatū effecti ꝛ mō filij diaboli scꝫ iudei [mētiti sūt mihi] in veritate nō pmanētes. Et repētit vt exprobret [filij] quōdā [alieni] p peccatū [inueterati sunt] qꝛ in pctis suis antiquis ꝛ veteri homine remanserunt et noui hominis aduētum nō receperunt [ꝛ claudicauerunt a semitis suis] .i. a pceptis sibi datis. Deinde quasi exultās summatim recapitulando munera dei laudat vt sic grāꝝ actionem concludat. q.d. Et qꝛ pdicta deus facit patet ꝙ

50 Viuit dominus & benedictus deus meus: & exaltetur deus salutis meæ.

¶ [Uiuit dñs] in eternū ꝗ p tot bñficia ostendit se viuum et nō idolū mortuum qꝛ est ipsa vita vnde ēt viuit oīs creatura qui nos viuifi

at et viuere facit vita corporali
gr̃e ꝛ glorie [ꝛ benedict⁹] .i. lauda 53
tus sit [deus meus] ex beneficijs
mihi collatis [et exaltetur] apud
credentes .i. in toto orbe terrarum
extollatur ꝛ glorificetur per laudem et con
fessionem semper excelsus in se
[de⁹] ꝛ auctor [salutis mee] qz sua
bonitate me saluet. Deinde conuer
so sermone ad deum ait

51 Deus qui das uindictas mihi & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

Vindicta pia. Vindicta gloriosa

¶ [Deus] tu es [qui das vindictam mihi] et victorias non solum de iudeis depressis: sed [ꝛ subdis populos gentium] [sub me] scilicet sub potestate xpi ꝛ ecclesie ꝛ facis eos obedire fidei. Pia vindicta est dum rebellis subditur: ꝛ gloriosa vindicta cum christiani triumphant. tu dico existens [liberator meus de inimicis] meis non quibuscunque: sed [iracundis] .i. impijs valde feruentibus in persecutione mea. Maior gloria est a feruentibus malis liberari.

52 Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à uiro iniquo eripies me.

¶ [Et ab insurgentib⁹ in me] istis vel futuro antixpi tempore [exaltabis me] patientem eis altiorem me constituendo: et ne mihi resistant vel noceant eos humiliando: qz quanto alti⁹ surgunt in iram tanto amplius exaltatur ille qui pertulit iniuriam. [a viro iniquo] iniuste et inique me persequente scilicet quolibet scismatico et heretico vel ipso antichristo seu etiam diabolo qui vir est virilis est ad nocendum [eripies me] liberando vel tuendo ab ipso.

Propterea confitebor tibi in † nationibus domine: & nomini tuo † psalmum dicam.

† gentibus psallam.

¶ [Propterea] .i. propter hanc victoriam et alia beneficia supradicta [confitebor tibi] confessione laudis scz predicando laudem tuam [in nationibus] omnibus sequentib⁹ vel in gentibus [domine] [et nomini tuo] .i. ad honorem nominis tui [psalmum dicam] .i. bene operabor vt latius innotescas bonis operib⁹ meis. Ille enim deum vere ꝛ integre laudat cuius in laude ipsius lingua ꝛ vita concordat. Christus per suos et ecclesia per se confitetur et psalmum dicit. Et merito etiam ex hoc deus est laudandus quia est

Laudatio dei sa ꝛ integra.

54 Magnificans salutes regis † eius: & faciens misericordiam Christo suo dauid: & semini eius usque in seculum.

† ipsius.

¶ [Magnificans] .i. magnas ꝛ mirabiles faciens ostendens [salutes regis] .i. xpi eius .i. sui scz patris hoc est salutes christi qui est rex super ecclesiam a patre constitut⁹ ꝛ saluator omnium quantum in se est: salutes inquam quas ipse christ⁹ dat credentib⁹: confert enim eis salutem corporalem spiritualem ꝛ celestem [et] prius [faciens misericordiam christo suo dauid] .i. xpo iesu qui est filius dauid secundum carnem. Vel xpo victori ꝛ liberatori manu forti per dauid significato eum equalem sibi per diuinitatem faciendo / vel resurrectionem ei dando [et] similiter [semini ei⁹] scilicet spirituali .i. populo in eum credenti quem in euangelio ge

nuit: ꝛ hoc [vsq; in seculū] .i. fine sine ꝛ in eternū remissionē peccatorū ꝛ vitā eternam ei largiēdo.

Oratio.

Firmamentū spei ꝛ refugium p̄ssure pijssime deus salua nos ab inimicis et a laqueis mortis: vt assumpti de multitudine circunstantiū tribulationū deuoti scō nomini tuo cū innocētie puritate psallam⁹. Per.

Psalmus de Christi incarnatione ac noui regis & ecclesiæ catholicę prędicatione ac cōmendatione.

Psalmus. XVIII.

Celi enarrant gloriam dei: & opera manuū eius annūciat firmamentum.

℄ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ℄ Titulus talis est. In finem ps dauid. hoc est psalm⁹ iste attribuitur dauid ꝓphete respiciēti in finem .i. in xp̄m qui est finis consummationis vel in vltimū tp̄s scilicet plenitudinis quo acta sunt q̄ hic dicunt. Uel referēti in finē .i. xp̄m ea q̄ dicturus est de laude ecclesie ꝛ predicatorū ei⁹ ꝛ illi⁹ a quo predicationē habuerunt. Post graꝝ ergo actionē ꝓ liberatiōe xp̄i et ecclie orōnemq; pro gētiū subiectione cōmēdat statum catholice religiōis ꝛ predicatores eccl'ie et illū a quo p̄dicationē habuerunt. intendens pastores admonere vt coꝝ p̄dicatiōi obtēperent. ℄ Materia xp̄i incarnatio: ꝛ noue legis cōmēdatio. ℄ Intentio: monere vt in christum credamus. ꝛ relicta veteri lege ad nouam accedamus. ℄ Omnia in gnali: propheta in isto psalmo predicatores dn̄i collaudans eius incarnationē speciosissime describit: necnō precepta noui ac veteris testamenti magnificās ab occultis delictis ꝛ ab alienis peccatis purgari se a dn̄o. petit. ℄ Omnia in speciali. Commēdans ergo p̄dicationē noue legis q̄d p̄dicet ꝛ q̄nō in prima parte ostendit ita incipiēs [Celi] .i. apostoli ꝛ euangeliste in quibus tāq; in celis habitat deus. Dicit etiam celi quia excellenter illuminati ꝛ per vite sanctitatem eminenter eleuati [enarrant] in sua predicatione [gloriam dei] scz domini nostri iesu christi .i. gloriam diuinitatis eius in qua est equalis patri ꝛ ea que secundum diuinitatem fecit scz resurrectionem / ascensionem / spiritussancti missionem / peccatorum remissionem ꝛ hmōi [ꝛ opera manuū eius] .i. opera humanitatis que secundum hoīem egit scz natiuitatem / passionem / mortē ꝛ facta virtutū ei⁹ ꝛ hmōi [annunciat firmamentū] ipsi idē apl'i firmati spiritu sancto: ꝛ solidati in fide et charitate. Et his duobus scz diuinitate ꝛ humanitate ꝯsistit vera ꝛ catholica fides. Apl'i ꝛ euāgeliste celi appellati sūt.

2 Dies diei eructat uerbum: & nox nocti † indicat scientiam. † annūciat.

℄ [Dies diei] .i. spiritales spiritalib⁹: clari claris. [eructat] .i. q̄si de pleno ꝓfert [v̄bū] .i. sapientiā dei q̄d est v̄bū in p̄ncipio apd̄ deū: loquētes d̄ xp̄i deitate ꝛ dātes auditoribus solidū cibū [ꝛ nox] .i. ipsi idē infirmitati carnis ꝯdescēdētes ꝛ q̄si nox ꝛ carnales facti. [nocti] .i. tenebrosis ꝛ carnalib⁹ [indicat] vt simplicib⁹ nō v̄bū patris sz sciētiā q̄ ē de humanis .i. de hu

manitatē christi. hoc ē illa historia lia de christo p que de ceteris acq̄rūt scientiā dantes auditoribus lac ad potandum. Ecce q̄ discrete predicant: non enim omnibus oīa dicunt: sed iuxta capacitatem auditorum distribuunt.

3 Non sunt loquele neque sermones: quorum non audiantur uoces eorum.

¶ [Non sunt loquele] .i. lingue ex omnib⁹ linguis [neq̄ s̄mões]. i. modi locutionum ex diuersis modis in eadē lingua [quorum] .i. per quos sermones & linguas [non audiantur] .i. nō sunt audite [voces] et verba eorum [celorum scʒ apostolorum: q2 venērē super eos spiritu sancto omnes impleti sunt illo & omnibus linguis primos doctores loqui fecit sp̄us sanctus: q̄ omnes in vnum erat congregat⁹. Non tantū autem ibi vbi impleti sunt sonuerunt / sed etiā tam late et tā publice predicauerūt q̄

4 In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre uerba eorum. Ro. x.

¶ [In omnē terrā] .i. in omni parte ambitus terre [exiuit sonus] p̄dicationis [eorum] .i. doctrina apostolorum et euangelistarum. Uel [sonus eorū] .i. fama apostolorum & s̄ non etiam p̄ntia [et in fines orbis terre] .i. etiam in terminos: et fines mundi vel in insulas & angulos terre exierunt & sonuerunt [verba eorum] .i. que dixerunt et scripserunt. publicata enim sunt hec vbiq̄ per predicationem euangelij: & p ep̄las eorū: idō & nos hec loq̄mur: son⁹ eorū ille ad nos vsq̄ peruenit. Eorum inq̄ ita dicentiū

5 In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

¶ [In sole] .i. in manifesto non in occulto vt lateat [posuit] Domin⁹ christus [tabernaculum suū] .i. corpus assumptū in quo militauit patri. Uel [in sole] .i. in beata virgine q̄ illuminat ecclesiam sicut sol mūdū [posuit tabernaculū suū] scilicet corpis hūani q̄si militare habitaculu: q2 de ea carnē assumpsit in q̄ venit militare & expugnare mūdū & diabolū vel ī vtero ipsius sicut in tabernaculo habitauit [& ipse tāq̄ spōsus p̄cedēs] ad desponsandam sibi ecclīam [de thalamo suo] .i. de virginali vtero in quo humane nature vt spōsus sponse est copulatus. Et p̄cedēs

6 Exultauit † ut gigas ad currēdū uiam à summo cælo egressio eius. † sicut

¶ [Exultauit] q2 nō inuitus laborem suscepit. [vt gigas] .i. sicut fortissimus: oēs hoīes incōparabiliter magnitudine virtutis & fortitudinis p̄cedēs. [ad currēdū] non habitādū vel morandum [viam] nr̄e salutis. q. d. hilarem & fortem se ostendit ad p̄ficiēdū cursuʒ nr̄e redemptionis. [a summo celo] .i. a p̄re & eq̄litate p̄ris est [egressio ei⁹] nō t̄palis sʒ eterna q̄ exiuit a p̄re: & venit in mūdū factus homo. Iterū aūt relinq̄ēs mūdū ascendit ad p̄rem: vnde subditur

7 Et occursus eius usque ad summum eius: † nec est qui se abscondat á calore eius. † & nō

¶ [Et occursus eius] facti homi-nis [usque ad summam eius] scilicet equalitatem patris quam secundum hominem ascendens ad sedem patris occurrit: et venit usque ad equalitatem patris secundum quod deus [nec est] .i. esse debet [qui se abscondat] id est absconditi debeat [a calore eius] .i. a spiritu sancto qui in linguis igneis apparuit. ignem enim venit mittere in terram/ a cuius calore neminem vult esse excusatum. Vult enim ut ardeat quia ardor sue charitatis quantum de se est ad omnes se extendit.

8 Lex domini immaculata conuertens animas: testimonium domini fidele sapientiam pręstās paruulis.

¶ [Lex domini] noua et euangelica est [immaculata] et irreprehensibilis nihil immaculatam aut illicitum precipiens vel permittens: ac sanctos et immaculatos nos reddens [conuertens] diuina gratia aspirante ab iniquitate ad iustitiam [animas] .i. voluntates: non tantum manus ut vetus que solum manus retinebat a culpa: et timore non amore [testimonium domini] .i. preceptum cum attestatione premij vel pene. est [fidele] id est verax. quia quod promittitur complebitur [sapientiam] de diuinis [prestans paruulis] .i. humilibus non superbis.

9 Iustitię domini rectæ lętificantes corda: præceptū domini lucidum illuminans oculos.

¶ [Iustitie domini] .s. eadem mandata diuina quia iustificant. sunt [recta] in se non declinantes ad dexteram siue ad sinistram: et in effectum quia dirigunt nos ad rectitudinem [letificantes] spirituali gaudio et spe premij eterni ad quod perducunt [corda] obseruantium eas: non tamen premientes iugo seruili: nec terrentes timore pene ut vetus lex faciebat. et [preceptum domini] id est christi est [lucidum] id est apertum non sub velamine litere tectum: et sine velamento carnalium obseruationum [illuminans] diuino munere [oculos] cordis. id est interioris hominis aspectum. Et

Timor domini †sanctus permanens in seculum seculi: iudicia domini uera iustificata in †semetipsa: †casstus: †idipsum

¶ [Timor domini] scilicet castus et filialis gratis amans non puniri sed separari a summo bono timens est [sanctus] quia sine omni pertubatione est. et pro temporalibus mutari homines non faciens eos sanctos reddit [permanens in seculum seculi] vel quantum ad fructum vel quantum ad vsum eius. s. reuerentie: quia non foras mittitur a charitate perfecta que foras mittit initialem: que in charitate imperfecta est: partim timore pene partim ex amore iustitie similem seruilem autem quo timore pene a malo cohibemur: et mundanum quo bona mundi perdere timemus/ charitas etiam imperfecta euacuat. [iudicia] et mandata [domini] contenta in lege euangelica sunt [vera] quia siue minatur siue pollicetur neminem fallit. et sunt [iustificata in semetipsa] quia non egent alterius auctoritate quam ipsius domini. Et quia talia sunt iudicia dei. ideo sunt

11 Desiderabilia super aurū & lapidem preciosum multùm: & dulciora super mel & fauū.

¶ [Desiderabilia multum] .i. valde bone menti [super aurum et lapidem preciosum] .i. super omne preciosum seculi quod pertinet ad ambitionem [et dulciora super mel et fauum] .i. super omne delectabile quod pertinet ad concupiscentiam carnis. Hoc est super omne quod appetitur scilicet super diuitias que notantur in auro: super potentiam mundi que notatur in lapide precioso: super voluptatem que notatur in melle et fauo. Pro his enim sepe iudicia dei non desiderantur sed timentur. vel contemnuntur: vel non creduntur. ac si diceret nulla res eis comparari pot in valore et dulcore propter quod obseruanda sunt diligentissime. ideo subditur

Diuitie auro notantur potentia in lapide precioso: volupras in melle et fauo.

12 Etenim seruus tuus custodit ea: in † custodiendis illis retributio multa.

† custodiendo illa.

¶ [Etenim seruus tuus] non tantum dixit: sed et opere [custodit ea] et ita non loquendo sed custodiendo probat ea desiderabilia et dulcia quia [in custodiendis illis] non tantum pro custodiendis .i. in hoc ipso quod custodiuntur in hac vita est [retributio multa] quia per se ipsa delectant et letificant. q.d. non tantum pro eis in futuro reddetur premium / sed et hic in eorum custodia magnum est gaudium. Seruire enim deo regnare est. In via sunt dulcia vbi gustamus: in patria salubria vbi satiabimur. Quia vero hanc suauitatem auferunt peccata: et obseruatores quandoque non aduertunt omnia. recte sequitur

13 Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: † et ab alienis parce seruo tuo.

† domine

¶ [Delicta] scilicet omnia [quis intelligit] .q.d. nullus perfecte: vel quia non sunt in memoria. vel quia non reputat peccata esse que sunt: vel quia modica reputat que sunt magna: vel quia non vult intelligere vt bene agat: et ideo orat pro delictis subdens [ab occultis] .i. a peccatis in me latentibus [meis] scilicet que ex me proueniunt: et propria voluntate oriuntur [munda me] illa remittendo [et ab alienis] que suggestione diaboli vel hominis fiunt. vel que prauis occasionaliter in me torqueri ratione negligentie correctionis fraterne quantum ad omnes: vel correctionis coacte quantum ad prelatos. [parce] mihi [seruo tuo] mihi non imputando. quia

14 Si mei non fuerint † dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto † maximo.

† dominati † magno.

¶ [Si mei] seu mihi [non fuerint dominati] scilicet hostes mei occasione aliquorum predictorum peccatorum: vel interna et externa temptatione [tunc immaculatus ero] a macula criminali: quia non est tertia origo peccati preter occultum quo cecidit diabolus et alienum quo homo seductus est et consentiendo fecit suum [et emundabor] .i. mundus ero [a delicto maximo] .i. a superbia. Non enim est maius delictum quam peccando apostatare a deo quod est initium superbie. superbia vero est initium et causa omnium delictorum: quo delicto qui caret vere immaculatus est: quia hoc est primum recedentibus a deo et vltimum redeuntibus ad deum.

Apostatare a deo peccando est maximum delictum.

15 Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in con

spectu tuo semper.

¶ [Et] ita [erunt] talia [eloquia oris mei] .i. orones mee vocales [et meditatio cordis mei] .i. mētales [vt complaceant] .i. placentes et acceptabiles sint [in conspectu tuo semper] nō hoīs .i. corā te dn̄e q̄ int⁹ vides et inspicis cōsciētiā nō corā hoīb⁹ ad iactātiā. Ex his verbis instruimur vt dn̄o nostro placere studeamus in nostris sermonibus et cogitationib⁹ delicta refrenādo: et a superbia nos emādando. Sed quia hoc nō est meorum viriū: ideo O

16 Domine adiutor meus & redēptor meus.

¶ [Domine] esto [adiutor] et cooperator in bonis agendis [meus] .i. mei tendentis ad te [et] prius [redēptor] .i. liberator [me⁹] a malis vt tendā ad te [adiutor] vt habitē in charitate tua [redēptor] vt liberes me ab iniquitate mea. Caueat ergo q̄sq3 ne sibi conuerti ad te vl' peruenire tribuens repellatur vt superbus: q2 non est volentis neq3 currentis sed dei miserentis/ qui omnia operatur in nobis.

Oratio.

Piissime deus qui virginali thalamo egressus procedens: ad patris dexteram cōscendisti: imēsam miām tuā exposcimus: vt lege tua cōuersi: preceptis illuminati: testimoniis eruditi/ mereamur et ab alienis et ab occultis intus liberari. Per dn̄m.

Optatio pro Christo uel ecclesia ut à suis tribulatiōibus releuetur: & in suis petitionibus ac uotis exaudiatur.

Psalmus, XIX.

1 Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomē dei Iacob.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titulus hic est. In finem psalmus dauid: id est psalmus iste attribuitur dauid prophete considerationem suam dirigenti in finē et cōplet .i. christū qui est finis et cōpletio le / gis quā venit adimplere ¶ Materia: petitio liberatiōis a tribulationibus. ¶ Intentio: ad petitionem hmōi amorem et desideriū fideliū excitare. ¶ Sentētia in generali: propheta in isto psalmo ex nimia charitate sub figura optādi que ventura sunt canit et optat christum vel ecclesiam in suis petitionibus pro reuelatione suarū tribulationum: exaudiri desiderās illius consilium a dn̄o confirmari: dicensq3 fideles non potestate humana: sed potentia diuina magnificādos. Post commēdationē ergo christi et ecclesie propheta ex magna affectione optat prospere eis euenire ea que preuidebat ventura esse. ¶ Sentētia in speciali: optās igit' xp̄i vocē tanq̄ sacerdotis exaudiri ait. [Exaudiat te dn̄s in die tribulationis] .i. passione vl' tribulatione tibi superueniente. et subiungit in quibus exaudiri optat dicēs [protegat te] a malo et ne te superet tribulatio [nomen] .i. inuocatio nominis [dei iacob] .i. ille qui appellat⁹ est deus iacob: cuius nominis gloriam queris: q2 ad te ip̄e ptinet populus posteri⁹ natus: et sicut illi iacob/ ita tibi ecclesie gratiam dei benedictionis. et sicut illius maiori fratri sic et te p̄ponat iudeis.

2 Mittat tibi auxilium de sancto: & de syon tueatur te.

¶ [Mittat tibi auxiliu] ad triumphandu de hostibus [de sctō] videlicet de seipso vel de celo tibi fideliter assistendo [& de syon] super celestis [tueatur te] christe ne vincaris quia non presentē sed futurā gloriā attendis. Vel [de syon tueat te] ecclesiā .i. de alta speculatione faciat te tutā. syon enī iterptat speclatio & hi ptinēt ad syō qui, cōtēptis terrenis ad supna dirigūt oculū mētis.

Syon speclatio iterptat.

3 Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat.

¶ [Memor sit] ad remunerandū & memores nos faciat [omnis sacrificij tui] christe id est omniū iniuriarū quas p nobis tulisti [& holocaustū tuū] .i. oblatio tot9 corporis in cruce [pingue fiat] id est delectabile deo. Vel crucem qua tot9 oblatus est conuertat in letitiam resurrectionis. [Memor] etiā [sit omnis sacrificij tui] ecclesia scilicet cordis oris & operis, ac corporis & sanguinis christi et aliorū sacrificiorū pro te & per te oblatorum [& holocaustū tuū] .i. intitio amore dei tota incensa [pingue fiat] .i. deo gratū & iocundū. In sacrificio pars peccadis offerebatur in holocausto totū pecus. Sacrificiū ergo est cum quis aliquid deo vouet et aliqd sibi retinet. Holocaustū est quando nihil sibi retinet sed se totum deo vouet.

Sacrificiū qd est.

†dn̄s †compleat.

4 Tribuat tibi † secundum cor tuū & oē cōsilium tuum † confirmet.

¶ [Tribuat tibi secundum cor tuum] .i. secundum intentionem: o christe qui scis quid vtilitatis habet tua passio, nō sm cor te delere volentium [& omne consiliū tuum cōfirmet] .i. compleat: quia omnia alto consilio christ9 facit. Tribuat etiam tibi ecclesia secundum desiderium tuum dando tibi petitiones cordis tui [et omne cōsiliū tuū confirmet] .i. voluntatem tuam in bono perficiat. Consilium ecclesie est vt vitet mortalia et non impediatur per temporalia cursumque suum dirigat ad eterna. hoc ideo oro: quia.

Cōsiliū eccle qd est.

5 † Lætabimur in salutari tuo: & in nomine dei nostri magnificabimur.

†exultabim.

¶ [Letabimur in salutari tuo] o christe .i. in salute a te collata nobis in vnitate fidei existentibus [& in noie dei nostri] .s. tui [magnificabimur] quia a nomine tuo dicti christiani glorificabimur in futuro. Vel [letabimur in salutari tuo] o ecclesia .i. in salute a deo tibi data in qua saluat nos deus nō in huius mūdi vanitatib9 [& i noie dei nri] scz xpi a quo dicimur xpiani, & in cui9 noie sum9 in ecclesia cōgregati nō in meritis nostris vel nomine nostro [magnificabimur] magnitudine gratie i presenti et glorie in futuro. Et quid per singula.

Christiani a xpo dicūtur.

6 Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniā saluum fecit dominus Christum suum.

¶ [Impleat dominus omnes petitiones tuas] o christe tam pro tua glorificatione quam pro membrorum cōglorificatione: & non solum quas in terra, sed & eas quas i celo

facis interpellās pro nobis:nec in de dubito:quia iam[nunc]tanto ante[cognoui]id est per prophetam mihi ostensum est[quoniam saluum fecit]id est faciet[dominus christum suum]scilicet teipsum a morte suscitando. Uel[Impleat dominus omnes petitiões tuas] o ecclesia quas facis pro tuis:et tunc potero dicere[nunc cognoui] per experientiam prestiti beneficij [quoniam saluum fecit dñs christum suum]id est populum christianum. Et.

7 Exaudiet illū de cælo sancto suo:in potentatibus salus dexteræ †tuæ. †eius.

¶[Exaudiet illū]scilicet christū nō solum de terra:sed etiā[de celo sctō suo]vbi interpellat pro nobis. Uel [exaudiet illum]scilicet pplm xpianum [de celo sctō suo]quia[in potētatibus]nris est.[salus dextere eius] scilicet xpi vel dñi.i.potentatus nostri sunt salus fauoris eius hoc est nos potentes sumus ex auxilio grē eius cū etiam de tribulatione dat nobis auxiliū vt qñ ifirmamur tunc potētes simus. Nam vana est salus hoim et rerū tēporaliū q nō dextere est et eterna:sed finistre et trāsitoria:hac enim i superbia extolluntur hoies quicūque peccantes tēporaliter salui facti sunt:de quibus subdit.

8 Hi in curribus & hi in equis:nos autē in nomine domini dei nostri †inuocabimus. †exltabimus.

¶[Hi i curribus]trahunt.i.in iuolubili successione bonorum tēporaliū seu fortuna et diuitijs huius seculi gaudēt q i rotis designantur[et hi in equis]efferūt.i.i suꝑbis honoribus mūdi/et terrena dignitate seu seculari potētia gloriāt:et propter hoc despicit eos propheta qui de istis presumūt et letantur. illi ita[nos autē]nō i his supradictis:sed i eternis spem figentes[in noie dni dei nri inuocabimus]deū:nō aliud a deo:scilicet querētes gloriam dei non nostram eternam:non temporalē. Ideo

9 Ipsi obligati sunt & ceciderūt: nos † autem surreximus & erecti sumus: †vero.

¶[Ipsi]tales[obligati sūt]laqueis et terrenis desiderijs scilicet cupiditate tpalium rerum et honorum[et] sic iclinati ad casum[ceciderunt] a spe celesti in peccatū et mortem [nos autem surreximus]a peccatis et morte[et erecti sumus]in spē venie et ad alta.scilicet diuina et celestia cōtemplanda.et hoc nō viribus nris: sed gra diuina. Et quia saluo rege populus mouetur nra salus et melius saluus erit saluus em regis ē salus ppli:ergo O Regis salus: salus est ppli.

10 Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te

¶[Dñe saluum fac regē]christum vt excitatus a mortuis et in celo cōstitutus offerat sacrificia nra[et]eo iā pro nobis offerente[exaudi nos] per eū mediatorē et aduocatum[in die q inuocauerimus te]credētes eū resurrexisse. Uel[Dñe saluū fac regē]id est ppli xpiani rectorē et gubernatorē. Uel[regē]q se bñ regit[et exaudi nos i die]tribulationis et tpe oportuno[q inuocauerimus te]i auxiliū nri:quia quicūque inuocauerit nomē domini saluus erit. Oratio.

Imple dñe petitiones noſtras et tanq̄ pinguiſſimũ holocauſtũ nos aſſume: vt inimicorũ curribus obligatis ſalutaris tui exultatione letemur. Per dominum.

Pſalmus de Chriſti gloria & magnificentia: ac inimicorum ſuorũ miſeria & pœna preſenti, & futura.

Pſalmus. XX.

1 Domine in uirtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exultabit uehementer.

¶ Auctor pſalmi propheta dauid. ¶ Titul⁹ talis eſt. In finẽ pš dauid hoc eſt pſalm⁹ ille attribuit dauid pphete proſpicienti in finem ſcꝫ xp̄m q̄ eſt finis legis: vel in finẽ tẽporũ quando hec cõplẽda erãt. ¶ Materia: chriſti magnificẽtia ⁊ inimicoꝝ ſuoꝝ miſeria. ¶ Intẽtio: vt chriſtum deum ⁊ hominem credamus ac ipſum dñm deũ noſtrum laudemus et magnificem⁹. ¶ Sentẽtia in generali. ppheta in iſto pſalmo loquitur de chriſti virtutib⁹ ac gloria ⁊ magnificẽtia ⁊ aduerſariorum eius depreſſione ⁊ pena. Propheta ergo cõgaudẽs de exaudita orõne dicit illuꝫ regẽ letari in dño: ⁊ oſtẽdit quot ⁊ quãta bona datur⁹ eſt ei pater ꝓpter conſtantiã: ⁊ econtrario quãta mala daturus eſt aduerſarijs ſuis ꝓpter eoꝝ malitiã. ¶ Sententia in ſpeciali: quod ergo in precedenti pſalmo orauit de chriſto: hic enũciat ita incipiẽs. o [Dñe] pater [in virtute tua] a te genita ſcilꝫ verbi .i. in eo q̄ verbum caro factum eſt: quod recte dicitur virtus tua: q2 tibi coomnipotens [letabitur] in animo [rex] ſcꝫ homo chriſtus Ieſus qui eſt a te conſtitutus rex ſuper eccleſiã tuam ad eam ſpiritaliter regẽdã [⁊ ſuper ſalutare tuũ] id eſt ex eo q̄ per te eſt ſaluator generis humani. vl' ſuper eam ſalutẽ quam per eum eidem eccleſie tribuiſti [exultabit] in corpore [vehementer] id eſt valde ſm̄ q̄ res magna eſt. Intus letabitur de diuinitate humanitati coniuncta. foris exultare ſe oſtendet de eccleſia ſua per diuinitatem et humanitatẽ redempta. vnde ⁊ ſubditur.

2 Deſiderium † cordis eius † tribuiſti ei: & uoluntate labiorum eius non fraudaſti eum. †aie †pcediſti.

¶ [Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei] ſcilꝫ de mũdi redẽptione: corporis ſui glorificatione: credentiũ vocatione: ⁊ alijs que aīe ſua ⁊ ccꝛ deſiderauit [et voluntate labiorũ eius] .i. voluntate rõnis expſſa p labia oris [nõ fraudaſti eum] quin ꝓcederes ei qđ voluit: q2 ſemp exaudit⁹ fuit: ⁊ quicq̄d dixit fugãdo demones: ſanãdo infirmos: vel alr totũ factum ⁊ iplecũ eſt. pdicatio quoq3 eius recepta eſt. Eſt ⁊ aliud vnde letabitur ⁊ exultabit.

3 Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo.

¶ [Qm̄ pueniſti eũ i bñdictiõib⁹

dulcedinis]. i. immunitate peccati vt non esset sub maledictione ade: ac gra et donis spūsancti quibus repletus est ab instanti conceptionis que dicuntur dulcedinis: quia totus ex gratia fuit: et ex dulcedine dilectionis processit. et [posuisti in capite eius]. i. in mente ꝛ superiori parte anime que est rationalis [coronā de lapide precioso] i. perfectionem et ornatū omnium virtutū. vel per hoc intelligitur totius mūdi circulus. i. ecclesia generalis que constat ex viuis et preciosis lapidibus: et cum et omni parte fide ambit sicut corona capit. Non dicit de lapidibus: sꝫ de lapide: multi enī vnū sunt in vnitate fidei ꝛ omnes virtutes vnum sunt in radice charitatis.

4 Vitam petijt a te: † tribuisti ei longitudinē dierum in seculum & in seculum seculi.

† dedisti.

¶ [Vitam] scilꝫ glorie in sua resurrectiōe [petijt a te] dicēs: pater clarifica filium tuum [et tribuisti ei] vitam scilicet resurrectionem. nam vt hō mortuus est: vt hō resurrexit et resurgens a morte iam non moritur: ecclesie vero sue que est corpus etiam petijt et tribuisti ei [longitudinē dierū in seculū] pñs i. lōgam vitā et longa tēpora huiꝰ seculi: ꝛ post tribues ei vitam eternā ꝛ eternitatē [in seculum seculi] futurū sine fine. Et preterea

5 Magna est gloria eius in † salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eū.

† salute tua

¶ [Magna est gloria eius]. i. claritas nois eius et fame: qꝛ dedisti ei nomē qđ est super omne nomen et hoc [in salutari tuo]. i. in salute qua eum resuscitasti: et de mortali immortalem fecisti. Uel i effectu tuo salutari quo per eū mundum saluasti. et adhuc [gloriam et magnū decorē impones super eū]. i. addes ei: cum eū in celo exaltabis et ad dexteram tuam collocabis. Et vere ita erit

6 Quoniā dabis † eū in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eū in gaudio cum uultu tuo.

† tribulationē.

¶ [Qm̄ dabis eū in benedictionē ī sclm̄ scli]. i. ipse erit in bñdictiōe in eternū ꝛ sine fine et hec erit illa bñdictio [qꝛ letificabis eum] scdm̄ hoiem quem leuauit ad te vt sit ī gaudio] ad dexteram tuam [cum vultu tuo]. i. cū presentia visionis tue. Uel [letificabis eum in gaudio cum vultu tuo]. i. de hoc ꝙ sui gaudebant cū tua pñtia qñ erit oia in oibus. Et merito hec oia ei propter suam humilitatem.

7 Quoniā rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non cōmouebitur.

¶ [Qm̄ rex] scꝫ hō xp̄s nō supbit pp regalē dignitatē: sꝫ vt humilis corde [sperat] ꝛ spē suā ꝯstituit bꝫ hūanitatē: nō i se: sꝫ [in te [dño] et patre suo [ꝛ i mia altissimi nō ꝯmouebit] ab hoc spe: sꝫ coopante gra dei stabit in ea: et nihil turbabit hūilitatē eiꝰ et obediētiā eiꝰ vsqꝫ ad mortē. Deinde plus laudes xp̄i agit de penis malorum ꝛ cōuertit se ad christū. q. d. Et quia talis es o rex christe.

8 Inueniat manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

¶ [Inueniat] i. sentiatur q̄tum ad penam cōem [manus tua] i. virtus et potestas tua premens pctā cū ad iudiciū veneris [ab oībus inimicis tuis] q̄ eā in hūilitate tua nō cognouerūt ꝛ in te non crediderūt: seu credentes tibi non obedierūt [dextera tua] i. potētia et maiestas grauius puniēs [inueniat] in die iudicij puniēdos [oēs] impios [q̄ te oderūt] ꝛ contempserunt qd grauissimū est. Uel [inueniatur] i. credat [manus tua] medicinalis [oībus inimicis tuis] tā iudeis q̄ gētibus alioqn [dextera tua] vindex [inueniat omnes q̄ te oderunt] ptinaciter. Et sic erit: q2

9 Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui: dominus in ira sua cōturbabit eos: & deuorabit eos ignis.

¶ [Pones eos vt clibanū ignis] i. ardentes intus in cōscia vt eos torqat int⁹ ignis doloris ꝛ male cōscie: sicut cliban⁹ ardet intrinsecus [in tpe vultus tui] i. in tpe manifestationis tue in iudicio qñ videbūt vultū tuum iratū. Et dī vultus: q2 cordis velle p signa demōstrat. Deinde psonā mutās ostēdit illos etiā exterius cruciandos subdens [dñs in ira sua] q2 irasci malis videbit͂ [cōturbabit eos] cū dicet: ite maledicti in ignē eternū [ꝛ] mox [deuorabit] ꝛ inoluet eos exterius ignis infernalis nō cōsumēdo/ sꝫ eternaliter puniendo. q.d. intus cruciabit eos ignis ꝛ vermis cōscie: ꝛ exterius ignis gehēne. Et iterū psonā mutās subdit

10 Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filijs hominū.

¶ [Fructū eoꝝ] q2 terren⁹ est [de terra] viuentium [pdes] i. nō erit eis fruct⁹ eterne btitudinis in terra viuentiū: ꝛ ipsi tanq̄ male arbores ꝓpter malū fructū pdētur [et semen eorū] i. opa vel sequeces et imitatores malitie eorū quos seduxerunt perdes ꝛ sepabis [a filijs hoim] i. a cōsortio ꝛ societate iustorum rōne vtentiū. i. nō depubabis eos īter heredes regni. Hec autem pena ideo erit eis merito

11 Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt †consilia quæ nō potuerūt stabilire. †consiliū qd.

¶ [Qm̄ declinauerūt] i. detorserūt [in te] occidēdū dicētes: expedit vt vn⁹ moriatur hō ꝛ nō tota gens pereat [mala] q̄ sibi imminere te regnāte arbitrabant͂ [cogitauerunt cōsilia] s. nomē tuū delere de terra ne totus mūdus post te iret: ꝛ ipi gētē ꝛ locū amitterēt [q̄ nō potuerūt stabilire] ꝛ pficere iuxta volūtatē suā: q2 euenit cōtrariū: nō est eīm ɔsiliū ɔtra dñm. Et qm̄ de pena eoꝝ futura dixit: dīt ꝛ de presenti que est causa future. q.d. ideo hec eis erunt in futuro

12 Quoniā pones eos dorsum: in reliquijs tuis preparabis uultum eorum.

¶ [Quoniam] in presenti [pones eos dorsum] i. inter eos a quibus auerteris et vt respicientes retro

terrena appetāt et non apti regno dei celestia amittāt:sꝫ nō oēs perdes.reliqe em̄ salue fiēt:vn̄ et subdit[in reliquijs tuis].i.in eis q̄s tibi saluādos relinquis[preparabis vultū eorū].i.cōgregationē et pniam tui q̄ fuisset eorū si ipsi credidissent.et vt oīa ista cōpleant.

13 Exaltare domine in uirtute tua:cātabimus: & psallemus uirtutes tuas.

¶[Exaltare [o]domine in virtute tua].i.resurge et ascende in potentia et gloria quē prius infirmum putauerūt et in humilitate positum non cognouerunt:et hec virtus et maiestas maxime apparebit in iudicio finali et nos[cantabim⁹ et psallem⁹].i.voce et ope celebrabimus et notas faciemus. Cant⁹ enim ad laudem:psalmus ptinet ad bonā opationē[vtutes tuas]:et mirabilia qb⁹ iduras q̄s vis et misereris quib⁹ vis. Oratio.

Cātus ad laudē.p̄s. ad bonā operationē ptinet.

Benedic nos domine bn̄dictione dulcedinis:et cōple tibi placitū desideriū nr̄ꝫ vt̄ iugiter vtutes tuas suaui modulatione concinim⁹ longitudinē vite perpetue conseq̄mur. Per do.

Psamus de Christi uehementissima & amarissima passione: eiusdem'que passionis fructu & utilitate.

Psalmus. XXI.

1 Deus de⁹ me⁹ respice in me quare me dereliquisti:longè à salute mea uerba delictorum meorum.

¶ Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus hic est In finē ps dauid pro assumptione vel susceptione seu pro cerua matutina. Id est ps ille attribuēd⁹ est dauid manu forti xp̄o dirigenti nos in finē i.in sue resurrectionis glorificatione:xp̄o dico orāti pro assumptione matutina.i. pro resurrectione obtinenda que mane est facta q̄n humana natura in gloriam est assumpta. Uel pro cerua matutina qd idē est. Cerua enim est humana natura christi que lutū et spinas peccatorū trāsiliuit:et mane in resurrectiōis gloriā q̄n in altū est assumpta. Quia ergo supra propheta christo dixerat vt exaltaretur et resurgeret in vtute et gl'ia: iam christus orat pro ipso exaltatione et resurrectione obtinenda. Et quia per exaltationem et resurrectionē notat qd precedit scꝫ humiliatio et passio:ideo orās pro resurrectione premittit passionem. ¶ Materia:xp̄i passio. ¶ Intētio hortari nos vt ei cōpatiamur vt et cōregnem⁹:et inuitare nos suo exēplo ad passionē et patiētiam et dei laudē. ¶ Sententia in gn̄ali: ppheta in isto psalmo in psona xp̄i voce hois nostri loquit de ei⁹ derelictione in sua vehementissima passione:et ammonet fideles laudare deum de ipsius passionis fructu et vtilitate. ¶ Summa in spāli christus ergo sm q homo clamat ad patrē.d. O tu pr̄.[De⁹]ois per potētiā spāliter aūt[de⁹ me⁹] per grām[respice in me]positū in afflictiōe[q̄re me dereliq̄sti]i mainibus iudeorū et penis me expo suisti:et post questionem ponit solutionē:q2 petm̄ hois hoc exigebat.q.d.ecce quare:q2[vba].i. cla

mors postulatio [delic torũ] q̃ sunt [meoꝝ] sꝫ hoĩum: ita vt trãsitio sit iste: delictorum et meorum: hoc est delicta mẽbroꝝ meorum postulãtia mortẽ meã sine qua nõ est salus. sunt lõge a salute mea] idest sunt causa quare patiar: q: sic sꝫ per passionem sunt tollenda delicta meoꝝ. Vñ Esaias. Propter scelus populi mei pcussi eum. Sicut eñ egritudo aliquando dicit postulare medicinã q: p eã põt sanari: sic delicta nr̃a postulabant mortem xp̃i q: p eã a peris sum⁹ sanati. Et ita sunt lõge q̃ o

Esa. liij. Egritudo aliqñ dicitur postulare medicinam.

2 Deus meus clamabo† per diem† & non audies: & nocte & non ad insipientiam mihi.

†ad te. †nec.

[Deus me⁹ clamabo] ad te [per diẽ] .s. i cruce hora nona de⁹ meus vt quid dereliquisti me: [& nõ exaudies] me quin sinas crucifigi [& nocte] precedente. pater mi transseat a me calix iste: & sĩr nõ exaudies. q. d. me assidue die ac nocte p liberatione orãtem non exaudies. Nõ eñ audit⁹ est xp̃s ad salutem corporalẽ [& nõ ad isipiẽtiã mihi] sꝫ h̃ facis si poti⁹ ad sapiẽtiã sꝫ vt sapiã quid me clamare velis. q: expediebat pati christum et redimere genus humanum. Dicit Hieronymus q̃ constat totum psalmum a christo in cruce decantatũ. Dicũt etiã aliqui alij q̃ insuper etiam ceteros psalmos vsq̃ ad illum versum. In manus tuas dñe cõmendo spiritũ meũ: decantauit. Unde sicut Mattheus et Marcus principiũ posuerũt a quo xp̃s psalmos incepit. sic Lucas finem psalmorum ponit cum dicit. pater in man⁹ tuas cõmẽdo spm̃ meum.

Hieronym⁹.

3 Tu autem in sancto habitas: laus Israël.

[Tu autẽ] & si non audis tñ [in sctõ] .s. in me sctõ sctõꝝ [habitas] & me nõ deseris. Uel [in sancto] .i. in sanctificatis a te nõ in corpore subdito peccatis [habitas] p gratiam quos facis intelligere quare me non audis: et q̃ interdum sanctos non audis ad salutẽ tpalem malos vero qñq̃ audis ad dãnationẽ: et q̃ cuncta sancte facis: et ordinate disponis/ lꝫ aliter videatur ab ignorantib⁹. o [laus israel] id est videntis te nõ ei⁹ q̃ se vult a cõspectu tuo abscõdere: illi deus laudare nesciunt qui eum non vidẽt nec intelligũt: sed ab his veraciter laudat a quibus spiritualr videt id est creditur/intelligitur/amatur.

Deum laudarẽ nesciũ: qui eũ non vidẽt nec intelligũt.

4 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & †liberasti eos.

†eruisti.

[In te sperauerũt patres nostri] ãtiqui nec frustra [sed sperauerunt] perseueranter [& liberasti eos] sm̃ spem & cõfidentiam eorũ de necessitatib⁹ & tribulationib⁹ suis. q. d. mirant infirmi me nõ statim exauditum cũ audiant antiquos patres qui minores fuerunt q̃ ego in suis necessitatib⁹ exauditos: vnde sciant oẽs ad xp̃m veniẽtes qñq̃ ideo se non exaudiri q: in tribulatione christianus probat si nõ reliquit deũ suũ. Fornax eñ paleas in cinerẽ vertit: auro sordes tollit: ita illi inquib⁹ habitas de⁹ meliores siũt in tribulatione pbati in ea tanq̃ aurum in igne. vnde bene sequitur.

5 Ad te clamauerũt & salui facti sunt: in te sperauerunt & non sunt cõfusi.

[Ad te clamauerũt] in tempore

tribulationis [et salui facti sunt] ista tum. et repetit [in te sperauerunt.] et nec in se specie posuerunt et [ideo nō sunt confusi] de pmio nec eos fefellit spes: sȝ sperata receperūt. Minus dicit. s. nō sunt cōfusi: et plus intelligit q: multū honorati. Anti quis carnalibus ad erudiendū sunt concessa temporalia: nouis aūt in christo subtrahūtur vt christus solus desideretur. Illos ergo exaudisti et liberasti.

6 Ego autem sum uermis & nō homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.

¶ [Ego a. s. ē] qui sum maior illis [sum vermis] .i. reputatus vilis et abominabilis ac totus contēptibilis in cōspectu iudeorū [et non homo] vtens rōne sm estimationem eorum. q. d. ita vtiliter sum pculcatus ac si essem vermis et nō homo. Vel [ego sum vermis] q: feruore sancti spiritus sine ꝯcupiscētia carnis de terra virgine cōceptus et natus sicut vermis virtute solis sine semine de terra nascit [et non homo] tm: sed vltra hoies etiā deus: et cū sim tantus: factus sum [opprobriū hominū] scȝ maiorū in sputis alapis colaphis: et spinis [et abiectio plebis] scȝ populi cōis/ q: me spreto et abiecto Barrabā elegerūt ideo vo de se abiecto hoc dicit vt vl sic superbia hominis hūilitatē dei imitetur.

† q̄ cōtēpsiciebāt † subsānabāt.

7 Omnes † uidētes me † deriserunt me: locuti sunt labijs: & mouerūt caput.

¶ [Oēs] scȝ mali [vidētes me] in forma humana [deriserunt me] in corde suo tanq̄ fatuū detestando et ꝯtēnēdo/ et nō tm in corde deriserunt: sed etiā [locuti sunt labijs] derisoria vba: me vituperando et blasphemādo [et mouerūt caput] in mei detestationē et ꝯtemptum me subsanando vel q̄si minādo: et tanq̄ falsum ꝑphetam notādo. q. d. corde/ voce/ et gestu subsannauerunt dicentes hyronice.

† dñm eruat.

8 Sperauit in † domino eripiat eum: saluum faciet eum quoniam uult eum.

¶ [Sperauit i dño] ꝑevt ait suo: q: filiuȝ dei se nominauit [eripiat eum] de manibus nr̄is mori non pmittēdo: vel si nō eripit [saluum faciet eum] a morte resuscitando [qm̄ vult eū] .i. diligit eum vt ipse ait. hyronice de xp̄o dicebāt iudei et tamē verū dicebant nesciētes. Ideo autem hoc mihi dicūt et faciunt: q: homo factus sum tui operatione: nō in verbū quod est deus. talia non dicerent: et hoc est quod sequitur.

† iactatus. † cōfirmatus

9 Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre spes mea ab uberibus matris meę: in te † proiectus sum ex utero.

¶ [Qm̄ tu es qui extraxisti me de ventre] scȝ virginali: q: miraculose et supra naturā te operante natus sum de vtero mr̄is et sine violatione de ea extractus: et non solū mr̄is sed etiā synagoge et eius tenebris in q̄bus est nōdū in luce christi natus et tu deus es [spes mea ab vberibus matris mee] .i. sȝ hūanitatē sm quā suxi vbera mr̄is: q: in te ꝯsisus suȝ sm q̄ hō: et nō salū matris/ sȝ ēt synagoge a q̄bus alienasti me ne carnalē ꝯsuetudinē sug-

gerē.[i te].i.in tuā tutelā et pro-tectiōes[piect⁹sū ex vtero].i.a na-tiuitate mea ex q̄ ex vtero ꝓcessi vt tu solus esses mihi spes ⁊ auxi-liū qui iam homo ⁊ infirm⁹ sum: ⁊ nō solū ex vtero mr̄is s; ēt syna-goge que me non pertulit sed ia-ctauit. Et non tantum ab vberi-bus est spes mea/sed etiam.

10 De uentre matris meę deus meus es tu: ne†discesseris à me.

†discedas.

❡[De vētre mr̄is mee] ⁊ a vberi-b⁹.i.ſm id qd̄ de mr̄e habeo: ⁊ ſꝫ ꝙ sum homo[de⁹].i.creator[me⁹ es tu]sed ſm id quod de te habeo ⁊ ſm ꝙ sum deus es ante secula pater meus.q.d.te tanꝙ deum et creatorem meū venero: ſm meā humanitatem qui es pater meus ſm diuinitatē. Et ēt nō effecit vē-ter matris mee synagoge vt tāꝙ paruulus essem tui oblit⁹.sed[tu es]id est fuisti[de⁹ me⁹ de vētre] eius: ⁊ ideo[ne discesseris a me] i.ne destituas me tuo auxilio Ter-minat in oratione conquestionē: ⁊ causam supponit.

11 Quoniam tribulatio †proxima est † quoniā non est qui adiuuet.

†iuxta. †quia.

❡[Qm̄ tribulatio].i. acerbitas maria passiōis mee[proxima est] ⁊ imminet corpori meo ⁊ itē ideo [quoniam non est]alius neqꝫ an-gel⁹ neqꝫ hō[qui adiuuet]me eri-piēdo de manib⁹ iudeorum nisi tu pr̄ sol⁹. Quis em̄ adiuuet si tu nō adiuuas: Qui et si mori non ꝓhi-beas pro redēptiōe hūani gn̄is. tamen mortis vinculis me deti-neri non permittis: Deinde ðscri-bit passionem.

12 Circundederunt me uituli multi: tauri pingues obsederunt me.

❡[Circūdederūt me]consiliis vel cū gladiis ⁊ fustib⁹[vituli multi] i.iudei insolētes et lasciui sicut vi-tuli qui erāt sine iugo dei.[Tau-ri]pro superbia[pingues] ꝓpter crassitudinē malitie quorū iniqui-tas prodiit ex adipe.i. principes.s. Annas ⁊ Cayphas ceteriqꝫ ma-iores q̄ erant superbi et malitia pleni[obsederūt me]tāꝙ iudices i.vallauerunt me vndiqꝫ: ad simi-litudinem castri ne euaderem.

13 Aperuerunt † super me os suum: sicut leo rapiens & rugiens.

†in

❡[Aperuerunt super me os suū] palā ⁊ alta voce me blaspheman-tes et crucifigi postulantes ipsi di-co existētes[sicut leo rapiens]et vim facientes in cōprehēsione[et rugiēs]in clamore. Sicut em̄ leo rapit predā ita ipsi ex malitia et crudelitate rapuerunt me ad pas-sionem rugientes ex crudelitatis magnitudine atqꝫ irrationabili fremitu ⁊ clamore sonātes Tolle tolle crucifige eū: reus est mortis.

14 Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

❡[Sicut aqua effusus sum]: id est occisus sum ab eis ita viliter vt aqua effunditur: quia sicut aq̄ effusio pro nihilo reputatur/ ita mors mea ꝓ nihilo est reputata. Vel sicut aqua perfectius effun-ditur de vase ꝙ liquores alii de quibus sapor et odor remanet: ita iudei itēdebāt eū delere vt de eo nulla memoria remaneret[⁊ dispsa sūt oia ossa mea].i.sepata ⁊

a iūcturis dissoluta.s.p distensio-
nem in cruce/vel relicto me fuge-
runt apostoli fortiora/scʒ mēbra.

15 Factum est cor meū
† sicut. †tanquàm cera lique-
scens: in medio uentris
mei.

¶ [Factū est cor meum tāq̄ȝ cera
liquescēs]id est mollificatū est et
resolutū pre mortis tristitia ⁊ do
lore: q2 tristis est aīa mea vsq3 ad
mortē[in medio ventris mei].i.in
medio interiorū meorū. Sicut em̄
cera resoluitur ex calore ignis: sic
cor humanū horrore et molestia
mortis terribilis imminentis. Uel
intimi mei sicut cera admoto igne
liq̄facti sunt in cōspectu infirmo-
rum meorū qui sunt vēter id est
molliores in corpore ecclesie.

16 † Aruit tanquàm te-
† ex- aruit velut. sta uirtus mea: & lin-
gua mea adhesit fauci-
bus meis: & in puluerē
mortis deduxisti me.

¶ [Aruit tāq̄ȝ testa]olle in igne
posita[virt⁹ mea].i. fortitudo: q2
pp̄ter totalē extractionē sanguis
et oīs humoris corp⁹ suū remāsit
quasi arefactū: et deficiēte humo-
re naturali deficit fortitudo. [⁊ lin
gua mea adhesit faucibus meis]
pre siti et defectu humoris [et in
puluerē mortis].i.in locū sepultu
re mortuorū [deduxisti me].i.de-
duci pmisisti/vel virtus hūanita-
tis ab igne passiōis sicut testa fir
mior facta est: q2 ex hoc ad virtutē
incorruptiōis creuit. [⁊ ligua ad-
hesit faucib⁹] q2 non rn̄dit eis ad
vllū verbū [et in puluerē mortis
deduxisti me].i.in habitum eorū
quorum corpora putrescūt in se-
pulchro. Nec mirū si h̄ passus sum.

17 Quoniam circunde
derunt me canes multi:
conciliū malignantium
†obsedit me. † arcūs- dedit.

¶ [Qm̄ circūdederunt me]scʒ vn
diq3 et circūquaq3 [canes multi]
.i.iudei habentes se ad me nō si-
cut hoīes sʒ sicut rabidi canes. nō
pro veritate/sed pro cousuetudi-
ne cōtra veritatē latrātes ac mor
dētes ⁊ detrahētes [cōciliū mali-
gnantiū]scʒ pōtificū scribarum ⁊
pharisęorū mala cogitantiū qui
cōcilium fecerant in vnum vt me
morti traderent [obsedit]et valla
uit [me]in passione.

18 Foderūt man⁹ meas
& pedes meos: dinume
rauerunt omnia ossa
mea.

¶ [Foderūt man⁹ meas ⁊ pedes
meos].i.clauis pforauerūt et cōfi
xerunt.s. milites gētiles. Nō ait
trāsfixerūt vel vulnerauerunt sed
foderunt. q2 sicut terra fossa fru-
ctū facit: sic christus vulneratus
fructum vite dedit. [dinumeraue
runt]id est dinumerabilia fecerūt
et ostenderunt [omnia ossa mea]
extendēdo me in cruce: q2 ex violē
ta corporis extensione apparebāt
ossium iuncture ita q̄ poterant
dinumerari.

19 Ipsi uerò considera-
uerunt & † inspexerunt † cōspe-
me: diuiserunt sibi ue- xerūt.
stimenta mea: & super Math.
uestem meam miserunt xxvij.
sortem. Johā. xix.

¶ [Ipsi vero]scʒ iudei a sua nequi-
tia nō mutati [cōsiderauerūt ⁊ in-

spexerũt me] .i. studiose cũ diligentia ⁊ delectatiõe ac sine cõpassiõe inspexerũt me talia pferentẽ cum tñ a re crudeli soleãt oculi auerti. Tãto autem cuiq̧ pena ⁊ ignominia grauior est q̃to a pluribus attẽditur nõ ꝯpatiẽtib⁹ sʒ exprobrãtibus et illudentibus [diuiserunt sibi] ipsi milites qui erãt quatuor [vestimẽta mea] in quatuor partes vt vnusquisq̧ partẽ suã haberet [et sup vestem meã] scʒ tunicam inconsutilem [miserunt sortem] cuius esset. Ipsi ita fecerunt.

20 Tu autem domine ne †elongaueris auxilium tuũ à me †ad defensionem meam † conspice.

† longe feceris
† in
† aspice.

[Tu aũt dñe ne elõgaueris auxiliũ tuũ] scʒ [a me] .i. ne differas resurrectionem meã vltra triduũ: qđ et factũ esset interim [ad defensionẽ meã cõspice] ne noceant mihi canes: ⁊ ne q̃d resurrectionẽ meã valeat impedire. Attende in his verbis humilitatẽ et patientiã christi: vt cũ positus fueris in tribulationibus vel tentationib⁹ suo exẽplo humiliter ⁊ patiẽter sustineas: ⁊ diuinũ auxiliũ postules ⁊ requiras. Ne iquã elõgaueris: sed

Christi hũilitatẽ ⁊ patiẽtiã.

21 Erue à framea † deus animã meã: & de manu canis unicam meam.

† nõ hʒ

[Erue a framea] .i. a morte. Framea enĩ gladius est p quẽ mortẽ intelligit quam inferre ꝯsueuit. o [deus aiam meam] nõ faciẽdo q̃ nõ moriar: sed q̃ in morte nõ detinear nõ ait corp⁹ meũ: sʒ aiam. q: magis debemus orare pro vita aie q̧ corporis [⁊ de manu canis] .i. de potestate ppli latrãtis ⁊ irascẽtis [vnicã meã] .i. ecclia. q.d. libera caput et corp⁹. Uel [de manu canis] .i. de potestate inferni q̃ auide deuorat vt canis [vnicam meam] .i. aiam meã: q̃ sola vnice immunis est a pctõ ne remaneat in inferno.

Framea gladi⁹ est.

22 † Salua me ex ore leonis: & à cornibus † unicornium humilitatem meam.

† saluũ me fac de
† vnicornio rum.

[Salua me ex ore leõis] .i. diaboli: qui tanq̃ leo rugiẽs circuit querens quẽ deuoret. Uel [leõis] .i. regni secularis qđ tũc dñabatur alijs hominibus sicut leo dñatur ceteris aialibus [⁊ a cornib⁹ vnicornium] id est a sublimitatibus iudeorũ ⁊ quorũlibet superborũ singulariter se erigentiũ et cõsortes nõ ferentiũ [humilitatẽ meã] qua humiliaui me vsq̧ ad mortẽ .i. me humilẽ. Et ne pro audita passione fideles turbent ⁊ desperent ostendit passionis sue fructũ. q.d. Salua me et

23 Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis: in medio ecclesię † laudabo te.

† cantabo.

[Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis] .i. humilibus inuicẽ se diligẽtib⁹ et regni tui coheredib⁹: scʒ aplis alijsq̧ discipulis quib⁹ manifestauit suã resurrectionẽ factã vtute dei pris / ⁊ alia q̃dã ad manifestationem sui nois: et per eos fres [laudabo] ⁊ gaudẽs pdicabo [te] o pr nõ occulte et in pte: sʒ palã [⁊ i medio ecclie] .i. p q̃ passus sũ .i. cõgregatiõis fideliũ. Narrat nomẽ vt cognoscat: pdicat laudẽ vt timeat: q̃ten⁹ p fidẽ et dilectionẽ deo colat. Deĩde ad ipi⁹ laudẽ q̃ta

de quocūq; statu inuitat dicens.

24 Qui timetis dominum laudate eum: uniuersum semen Iacob †glorificate eum.

†magnificate.

¶ [Qui timetis dñm] timore filiali [laudate eū] corde/voce/& moribus: ei⁹ bñficia & magnificētiā recolēdo quē antea blasphemastis praue viuēdo. & p hoc tāgit statū inchoātium q pi⁹ timore pene q̄ amore iustitie ad deū redeūt et ei seruiūt [vniuersum semē iacob] scz veri imitatores fidei et operū ei⁹ [glorificate eū] de vr̄is pfectib⁹ nō in vobis/sz in dño gl'iando. & p h̄ tangit statū pficientiū qui iam studēt se in spiritualibus exercere & vitia virtutibus supplantare.

25 Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit neque despexit †deprecationem pauperis.

†p̄cē.

¶ [Timeat eū] indifferēter: nō iam seruili timore ne puniat: sz timore casto ne deserat [oē semē israel] i. qcūq; sunt imitatores israel mēte deū vidēdo: & p hoc tāgit statū pfectorū q cūcta terrena aīo trāscēdūt: solis celestib⁹ cōmorant/& mētis oclis deū contēplant. Quare aūt timēd⁹ & gl'ificād⁹ sit dñs ondit: cū subdit [qm̄] is eēt alt⁹: tñ [nō spreuit] i. nō spe puauit vt repelleret [neq; despexit] vl vilipenderet [depcationē] i. hūilē p̄cem [pauperis] i. hūilis de se nō p̄sumētis: nec de pōpis sc'li tumētis.

26 †Nec auertit faciem suā à me: & cū clamarē ad eū exaudiuit me.

†neq;.

¶ [Nec auertit faciē suam a me] deprecāte. s. nō exaudiēs meā ōrōnē: & in nullo mihi fuit auersus. more hūano loquit: solēt ei hoies auertere faciē suā ab eis quorum p̄ces nolūt audire. Uñ hoc exponēdo subiungit [& cū clamarē ad eū exaudiuit me] scz suscitādo me a mortuis. hui⁹ p̄rium dixit superi⁹. de⁹ me⁹ clamabo p diē & non exaudies. Et cā hui⁹ diuersitatis pōt eē vt p hec capiam⁹ cōsolationem et exemplum: q̄ sicut ipse in quibus expediebat fuit exaudit⁹ non in alijs: sic et nos. Et ideo

27 Apud te laus mea in ecclesia magna †uota mea reddam †in cōspectu timentium eum.

†cōfitebor tibi

†coram timētibus.

¶ [Apud te] o [dñe p̄r erit [laus mea] i. laudabo te. i. laudari faciā nō laudē meā querā. & hoc [i eccl'ia magna] i. in vniuersali eccl'ia toti⁹ orbis terrarū in q̄ q̄tidie laudes dño referunt [vota mea] i. votiua sacrificia redēptiōis hūane q̄ a me volūtarie facta est scz sacrificiū corpis & sanguis mei: qd ió votum vocat/q: volūtarie factū est qd ipm significat [reddā] i. reddi & offerri faciā in manifesto scz [i cōspectu timētiū eū] i. fideliū & credētiū vt itelligāt p illd se saluari. Et h̄ sacrificia corpis & sāguis

Uotum dicitur q̄si voluntarie factū.

28 Edent pauperes & saturabuntur: & laudabūt dominū qui requirunt eum: uiuent corda eorum in seculū seculi.

¶ [Edēt] credēdo [pauperes] spū i. vere hūiles & cōtēptores sc'li [et saturabuntur] imitando: q: proficit eis ipsū aliter hoc sacrificium vl' sacramentum vt etiā imitet. s. p pa-

Diuites nō saturā tur. tiendo. Diuites non saturantur qz non esuriunt cenas.i.dñi passionē et laudabunt dñm .de hoc bñficio. Laus enī dei est cibi illius eructuatio [qui requirunt eum] per fidem τ opera: vt eo corda ipsoruʒ impleantur cognoscentes φ ipse est diuitie pauperuʒ: τ panis viu⁹ qui de celo descendit: τ ideo si moriūtur corpa [viuēt corda].i.anime [eorum] quia cibus ille cordis et anime est: τ viuificat spūaliter et etiam eternaliter. vnde sequitur. [in seculuʒ seculi].i.sine fine. Qui enim manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. Quod autē ecclesia magna sit ostenditur cuʒ dicit

†cō memorabūt.

29 † Reminiscentur & cōuertātur ad dominū uniuersæ fines terræ.

¶ [Reminiscentur].i.recordabūtur domini cuius obliti erant: et qui eis a memoria exciderat [et cōuertantur ad dominū] a quo auersi erant cum terrena appeterent eterna non intelligerent quia euʒ cognouerunt quidam per visibilia exteriora: quidam per scripturas. quidam per predicationē [vniuersi fines terre].i.ecclesia de omnibus finibus τ de toto orbe. Verbū est xpi vel dauid preuidentis conuersionem omnium gentium ad fidem ante mundi finem: et est hic expressa prophetia de conuersione gentiū. Vel [reminiscentur] huius tanti sacrificij [τ conuertantur] tāto pignore subarrati [ad dominum] id est ad amorem eius cū gustauerit quam suauis est dominus [vniuerse fines terre] nō tantū iudea.

†pñe.

30 Et adorabunt in conpectu eius: uniuersę †familiæ gentium.

¶ [Et adorabūt] eū q̄ idola adorare psueuerāt [in cōspectu ei⁹].i.in corde vbi deus videt: τ in conscientijs suis vbi veri adoratores adorant patrem non in conspectu hominum. Vel [adorabunt in conspectu eius].i.humiliabuntur in eū respiciendo eum [vniuerse familie gentium] id ē aliqui de omnibus familijs de omni etate et sexu. In hoc enim φ ait vniuersi fines terre: et vniuerse familie gentium: insinuat in omni parte mundi: in omni gente coli et adorari deum. Et merito

31 Quoniā domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.

¶ [Quoniam domini] non hoīm superborum [est regnum].i.toti⁹ ecclesie vniuersalis imperium: qz solus christus rex noster est [τ ipse dominabitur gentiū] ad suam fidem conuersarū: non tm̄ iudeoruʒ qz omnes gentes seruient ei. Regnum quidem diaboli cecidit: et regnum xpi aduenit. Expulsus est diabolus: recuperauit hereditatē suā christ⁹. Regit spiritaliter populū suū: possidet eū tanq̄ regnū suū. dñatur in gētib⁹ dñatiōe ppetua τ ieternū. Et qz supra egit de spūali pticipatiōe sacramēti nūc agit d sacramētali: τ vult scī̄ʒ altaris esse commune etiā ma.i.o.d.

xp̄s solus rex noster est.

†diuites †pcedet vniuersi.

32 Manducauerunt & adorauerūt omēs †pingues terrę: in cōspectu eius † cadent omnes qui descēdunt in terrā.

¶ [Māducauerunt] scʒ cōicando sacrm̄ corpis τ sanguinis xpi nō tm̄ pauperes scʒ humiles τ boni: sed etiam [omēs pigues terre].i. diuites terreni scʒ supbi τ mali.

de omnibus aliqui. et tamen adora-
uerunt [specierem] aliter enim nõ
daretur eis nisi venerarentur: nec
sicut pauperes saturati sunt usq;
ad imitationem qz non imitãtur
nec laudant dñm. Sic ergo boni ꝛ
mali sacramento vite cõicant. sed
oẽs qui descẽdunt in terrã].i. in cu
piditatem terrenorum scz reprobi
qui celestia deserentes et statum
mentis ad terrena cõcupiscẽda in
flectentes amant inordinate terre
na: ꝛ eligunt beati fieri in terra/
cadent prius in tentationem ꝛ la-
queum / ꝛ post in dãnationem et
interitum: qz indigne sumũt sacrm
[in cõspectu eius].s. dei qui solus
videt quõ cadant. ꝛ discernit qui
sumant ad vitam: ꝛ qui ad mortẽ.

33 Et aĩa † illi uiuet: & † ipsi fili.
semẽ meũ seruiet † ipsi.

[Et] econtra [anima mea] que
in cõtemptu huius seculi hoibus
quasi mori videtur [illi] non sibi
[viuet].i. ad eius obsequiũ ꝛ lau-
dem vt post ea cũ eo viuat inter
num: ideo sancti viri abnegant se-
metipsos ꝛ quasi pdũt in hoc mũ
do animas vt in vita eterna custo
diant eas [ꝛ semẽ meũ].i. per me
conuersi ꝛ credentes ac imitato-
res: vel etiã bõa opa mea [seruiet
ipsi] laudãdo deum ꝛ omnia refe-
rendo ad ipsum. quia.

34 Annunciabitur do-
mino generatio uentu-
ra: & annunciabunt cęli
iustitiam eius: populo
qui nascetur quem fe-
cit dominus.

[Anũciabit].i. p annũtiationẽ
cõuertet [dño].i. in laudẽ ꝛ hono-
rem dñi [gñatio vẽtura].i. gñatio
xpiana ꝛ noui testamẽti q̃ ex aq̃ ꝛ
spũsctõ ; gñabit q̃ nos sumus [ꝛ an
nũciabũt celi].i. apostoli aliiq; disci
puli ꝛ doctores [iustitiã ei⁹] dei scz
iustũ ei⁹ xp̃s vel mãdata ei⁹ iusta
[pplo].s. xpiano [q̃ nascet] dño spiri
talr ex fide p verbũ p̃dicatiõs [quẽ]
scdo [fecit].i. reformauit [dñs] spe-
ciali ꝛ nouo gr̃e factiõis: scz p re-
generationẽ: qz creauit eũ in bo-
nis operib⁹. Prio eñ nos fecit vt
essemus. Scdo fecit vt iusti esse- Fecit
mus. Prima factio fuit de nihilo. nos
Scda de sanguine pprio: ꝛ iõ est dño du
magis appreciãda ꝛ amãda q̃ pri plica-
ma. Nota pos de passione in ma- ter.
gna spe christianorũ terminari vt
sciatur ex passione saluos esse. Orõ.

Caput misericordie de⁹ q̃
ppter nos descendens in
uterũ: addictus ligno: per
fossus clauo: vestimẽtis insup sor
te diuisis: surrexisti libere ab infe-
ris: p̃camur vt hui⁹ commercij nõ
immemor in te sperantibus sis
liberator. Per dominum.

Psalmus de gaudio
& gratiarum actione ec
clesię, uel cuiuslibet fi-
delis, p dei dõis & impẽ
sis sibi cęlitus benefi-
cijs. Psalmus. XXII.

1 Dominus † re- † pasc
git me & nihil cit.
mihi deerit: in
loco pascuę
ibi me collocauit.

Auctor psalmi ppheta dauid.
Titul⁹ talis ẽ. Psalm⁹ dauid.
hoc est ps iste attribuit dauid.i.
eccl[i]e: vel cuilibet fideli: i cui⁹ per-
sona loquit hic propheta. Ma
teria: plena confidentia de miseri-
cordia dei per quam homo ad deũ

reuertitur. ¶ Intentio: monere et hortari homines vt habeãt hmõi cõfidentiam τ oẽs sperent in dei misericordia: et si quid boni in eis completũ est vel complendũ diuine gratie nõ suis meritis studeãt imputare. ¶ Sentẽtia in generali: propheta in isto psalmo loquitur in persona ecclesie post baptismũ et fidelis populi trãseuntis de babylone huius seculi per christũ ad domũ dei: vel etiam in persona hoĩs deuoti transeũtis de seculo ad desertũ τ paupertatem religiõis: ac plene cõfidẽtis quod ibi diuinitus corporaliter τ spiritualiter sustẽtabitur: τ ab hostibus mentis τ corporis defendetur. Agẽs ergo de mĩa dei diuidit eã in decem gratias per quas in hac vita homo quasi per quasdã dietas de babylone reducitur ad domũ dei que est eterna beatitudo de quibus gratijs τ donis suis per ordinem gratias agit christo. Ecclesia ergo de qua supra multa dixit: τ quilibet fidelis gaudens et gratias agens pro impensis sibi celitus beneficijs per totũ hunc psalmum gratias deo refert: et diuinam gratiam commendat. ¶ Sententia in speciali: quia per christum fit spiritualis reuersio: ideo ecclesia loquitur de ipso sic incipiẽs. [Dominus] scilicet christus [regit] vel pascit [me] ad se vocatum per baptismum vel religionis ingressum: id est christus dominus est dux vel pastor meus qui regit me et pascit corporaliter/doctrinaliter/sacramentaliter/et eternaliter. sub quo sum tutus et sufficiens. vnde et subdit [et nihil mihi] sibi militanti [deerit] in futuro de necessarijs ad salutem vel ad vitam: quia spiritualem et corporalem substantiam credo mihi a deo conferendam. iam enim in presenti [in loco pascue] id est in statu fidei τ in vnitate ecclesie vel in vberrimis pascuis et intelligentia sacre scripture vbi est dulcis animarum refectio [ibi me collocauit] nutriendum et roborandum. Ecce prima gratia loci vel pascue. Secũda est educatio de qua subdit.

2 Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

¶ [Super] et post [aquam refectionis] id est baptismi vel sapientie salutaris qua reficiuntur qui vires amiserant. et anima ariditate peccatorũ sterilis fecundatur [educauit me] paulatim vt puerum. q. d. primo instruxit me ad fidem: et post enutriuit ad perfectionem. Sequitur tertia gratia [animam meam] auersam [conuertit] vt de contracta sit sine ruga: et de peccatrice iusta et sancta: per augmẽtum virtutis et bone operationis. Deinde tangitur quarta gratia cum dicitur.

3 Deduxit me † super semitas iustitie: propter nomen suum. † in semitis.

¶ [Deduxit me] τ ambulare fecit [super semitas iustitie] id est arctiora precepta τ perfectiõis cõsilia hoĩem iustificãtia. que sunt quodã semite arcte respectu cõis mãdatorum vie τ hoc de grã sua. vñ sequitur [propter nomen suũ] glorificãdũ τ vulgandum. i. propter grãm suam non propter meritũ meũ. ista clausula repetenda est cũ oibus supradictis gratijs. Deinde mutãs psonã põit quartã grãm. q. d. Et vere deduxit me.

4 Nam & si † ambulauero in medio umbre mortis: non timebo ma † ambulem.

la quoniam tu mecū es.

¶ [Nam et si ambulauero] sub tā to duce [in medio vmbre mortis]. i. grauium tentationum: vel hui⁹ mundi periculis et aduersis. Pūs quoq; tribulatio pōt dici vmbra mortis quia sicut vmbra protegimur a calore solis sic per p̄sentes tribulatiōes liberamur a futuris. Aut i n medio nationis praue et puerse q̄ est q̄dā vmbra mortis nō timebo mala [occulta vel manifesta: actus vel ɔsensus] [qm̄ tu mecū es] in corde p fidē tāq̄ defensor fortis cōtra oēm aduersitatē ⁊ tētationē. Et sequit̃ sexta grā q̄ est correctio. nō iquā timebo qꝛ

Tribulatio dr̄ vmbra mortꝭ.

5 Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

¶ [Uirga tua]. i. leuis correctio [⁊ baculus tuus]. i. grauior: [ipsa me cōsolata sunt]. i. nō sunt mihi timori sꝫ cōsolationi. Uel [v̄ga tua] id est disciplina qꝛ virga percutimur [⁊ baculus tuus]. i. sustentamentum qꝛ baculo sustentamur [ip̄a me ɔsolata sunt]. i. erudierūt me cōsolando: qꝛ in his te esse me morem mei intelligo. Utroq; modo cōsolatur nos deus: flagellis videlicet: qꝛ quem diligit corripit. et donis ne deficiamus in aduersis. Deinde subiūgitur septima grā que est mensa domini. nam.

6 Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me

¶ [Parasti in conspectu meo mē sam] scilicet communionē corporis et sanguinis cristi: vt intelligam me debere imitari vestigia passionis eius· vel mensam sacre scripture que in conspectu nr̄o parata est et expoñta: q̄ p̄sentat nobis diuersarū sentētiarū fercula vt eis reficiamur ⁊ ɔsolemur tāq̄ cibis sp̄ualib⁹ ne iter mūdi hui⁹ deficiamus aduersa [aduersus eos qui tribulant me] scilicet demones et malos homines qui impugnant fidē meam. vel alio modo persequūtur. qꝛ scrā eucharistia et sacra scriptura contra oēs tribulationes nos iuuant et consolantur: Sequitur octaua gratia.

7 Impinguasti in oleo caput meum: & † calix meus inebrians † quam preclarus est. † poculum meum. † q̄ p̄clarū.

¶ [Impinguasti i oleo caput meū]. i. letificasti sp̄uali iocunditate mētem meam: ⁊ infusione scti sp̄us inunxisti· et subditur noua gratia [et calix] benedictionis. i. xp̄i sanguinis vel ipsa scriptura sacra [meus] qꝛ accipio sed tuus qꝛ das [inebrians] feruore diuine dulcedinis ⁊ dans obliuionem vanarū delectationum ⁊ cogitationū sapiensq; ab appetitu tp̄alium. sic eñ inebriat vt sobrios reddat [q̄ p̄clar⁹ est] effectiue. i. valde et multum: qꝛ ducit ad claritatem patrie ⁊ dat claritatem vite eterne. Deinde subinfertur decima gratia.

8 Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.

¶ [Et] post hec oia [mia tua] que precessit ad gratiā cōferēdā [subsequetur me]. i. nō deerit mihi ad custodiam. hoc tangit̃ de grā subsequēte que videt̃ esse necessaria ad ɔseruandum sicut p̄ueniens ad inchoandū. Misericordia eñ domini nolentem p̄uenit vt bene velit. volentē adiuuat vt pficiat. operārē subsequit̃ vt pseueret. et hoc [omnibus diebus vite mee]

id est q̄diu vixero in hac vita mor
tali et usque ad cōsummationem secu
li. Non autem hic tm̄ sequetur ad
conservanda precedentia sed etiā
†Alia lr̄a nō hz et. in futurum. unde sequitur.

†Et ut inhabitem in domo domini: in longitudine dierum.

¶ [Et] etiam [ut inhabitem] in futuro [in domo domini] nō manu facta sz eterna in celis ubi sanctorū ē habitatio. ubi nulla ē dierum varietas sz unus dies et una eternitas. Sed qz nos longa tpa dierū spaciis solemus mensurare: scriptura sacra nr̄o usu loquens eternā vitā dierū longitudinē voluit designare: unde subditur [in longitudine dierum] i. in diebus non finiendis: hoc est eternaliter et sine fine: Versus iste de omnibus superioribus pendet et eis iungendus est ad hoc enim supradicta cō cessa sunt ut inhabitem in domo domini celesti ineternū. Oratio.

Rege nos domine suavibus tue preceptiōis habenis: ut eterni tabernaculi habitatiōe percepta plenitudie perē nis poculi repleamur. Per dn̄m.

Psalmus de generali Christi dominio & potestate, suorum'que membrorū statu laudabili & conditione.

Psalmus. XXIII.

1 Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum & universi qui habitant in

j. Cor. x.

†eo. †ea.

¶ Auctor psalmi propheta david. ¶ Titulus hic est ps David in prima sabbati. Id est psalmus ille est david q̄ hic loquit in persona sua vel ecclesie. psalmus dico agens de clarificatione dn̄i et bois reparatione q̄ facta est in resurrectiōe in prima die sabbati. i. septimane: vel prima post sabbatū que dominica dicit pp cātū deo factū miraculū. Eadē q3 dies fuit pma in pmordiali rerum conditione: qz in ea mundus est ꝯditus: et similiter in ea homo p resurrectionē xp̄i est restauratus. propheta ergo et quilibet fidelis ꝯgratulās christo resurgēti quasi victori de bello redeūti testatur ecclesiam de qua supradictum est ipi xp̄o esse subiectā: simul ostē dēs conditiones fideliū in ecclesia manētiū. ¶ Materia: xp̄i generalis dominatio: suorumq3 mēbrorū ꝯditio. ¶ Intētio. monere fideles ut mūdēt se ab omni iniquitamēto et pficiāt in bono quatenus accipe mereant benedictionē et misericordiā a dn̄o: et suscipe regē glorie cū honore et triūpho. ¶ Sententia in generali. propheta testat xp̄i dn̄ationi orbē vniuersum esse subiectū definiēs quibus virtutibus predi ti esse debēt fideles in eius ecclesia ꝯstituti: alloquiturq3 superstitiosos. i. demones ut portas mortis et dānationis auferāt. desiderat q3 ut porte eterne vite aperiantur et sic christus ingrediatur. ¶ Sentē tia in speciali. propheta post resurrectionē letus sicut preco post triū phū resurrectionis xp̄i gloriā attēdēs clamat totā terram esse xp̄i victoris. dicēs [Domini] id est xp̄i qui est dominus dominantiū [est terra et plenitudo eius etc.] Quia ipse terram stabilivit et dispo suit ne obruatur eis. Ad literam omnia sunt domini et omnia per

ipsm sant facta: fundata ꝛ disposi
ta. et sic ex rebus visibilib⁹ intra
nos pensare debemus quãta sit di
gnus veneratiõe tantus ac talis
dominus: vt sicut nullus ab eius
imperio ita nec a fide eius sit alie
nus. Uel [domini] xp̃i [est terra]
i. eccl̃ia fructifera cuius fruct⁹ est
a dño [et plenitudo eius] .i. omnia
quibus plena est ecclesia. s. oẽs san
cti ꝛ crismata gratiaruꝫ ac opera
ꝛ virtutes omniũ que cuncta sunt
dñi id est a domino facta: data ꝛ di
sposita. ꝛ hec terra .i. ecclesia nõ est
parua sꝫ est de toto orbe ꝛ de oib⁹
que in eo sunt: vnde subdit [orbis
terre ꝛ vniuersi qui habitãt in eo]
Clarificato enim xp̃o in toto orbe
totus orbis seu de toto orbe fit ec
clesia ei⁹. Et merito ecclesia est do
mini.

2 Quia ipse super ma
eam ria fundauit † eũ: & su
per flumina pręparauit
† eam. † eum.

❡ [Quia ipse] scꝫ christus [supe
maria fundauit eum] .i. stabiliuit
ecclesiam super omnes fluct⁹ secu
li vt eos superet nec sibi noceant:
quia nõ ei vitia sed ipsa vitijs do
minatur. Uel sup populuꝫ amari
cãtẽ vt nec tribulationes vel ma
los homines timeat. [ꝛ super flu
mina] .i. super cupidos seculi qui
labunt̃ i seculũ sicut flumina fluũt
in mare [preparauit eum] orbem
i. ecclesiam: q2 hos superat eccle
sia que victis per dei gratiaꝫ cupi
ditatibus paratur ꝛ tẽdit ad eter
na. Uel super principes ꝛ poten
tes qui tendunt in populum sicut
flumina in mare: quia ꝛ eis do
minat̃ ecclesia. Ecce in alto ꝛ sub
jimi posita est ecclesia. Et

3 Quis ascẽdet in mõ
ps xiiii.
tẽ domini: aut quis sta
bit in loco sancto eius?

❡ [Quis ascendet] .i. dign⁹ ẽ ascẽ
dere [in montem dñi] .i. in altam
iustitiam dñi seu in ipsam eccle
siam que sicut mons est firma ꝛ al
ta in virtutibus [aut quis] post
ascẽsum [stabit] .i. stabilis perma
nebit [in loco sancto ei⁹] .i. in taꝫ
eminenti sanctitate perseueran
do in eo quod ascendit vt nõ cadat
ꝛ in tempore tentationis non rece
dat. Ascendere multoꝝ est: stare Ascen
autẽ ꝛ perseuerare tm̃ pfectorum. dere
multi eñ ascẽdũt qui non pseue multo
rant: quia multi vocati pauci vero ruꝫ est.
electi. Et respondet propheta pre Mat.
misse interrogationi .d. xx. ꝛ. xx
ii. b.

4 Innocens manibus
& mundo corde: qui
non accepit in uano ani
mam suã: † nec iurauit
in dolo proximo suo. † ꝛ nõ.

❡ [Innocens manibus] .i. purus
in operib⁹ [ꝛ mundo corde] .i. mũ
dus in cogitationibus: hoc est qui
non operatur nec cogitat malum
[qui] etiam [non accepit in vano
animam suam] vt scilicet relicto
desiderio eternorum vana ꝛ tran
sitoria optaret vt aie vita neglecta
ei curã carnis ãteponeret: ꝛ sola
p̃sentia cogitãs q̃ sequit̃ i ppetuũ
non attenderet. In vano etiã ani
mã accepit q̇squis ocio vacans in
fructuose viuit: ꝛ in vinea domini
non laborat. Uel qui hoc qđ ope
ratur ad anime vtilitatẽ nõ refert
[nec iurauit in dolo proximo suo]
quicq̃: vnde euꝫ deciperet asseren
do vel promittendo cũ periurium
sit nequiter decipere credentem.
Qui ergo in opere in cogitatione
ꝛ in verbo innocuus est ꝛ innocẽs
sibi ꝛ proximo

Hic accipiet benedictionem à domino: & misericordiam à deo salutari suo.

¶ [Hic] i. iste innocentie [accipiet benedictionem a domino] i. gratie infusionem et bonorum spiritualium multiplicationem ac promotionem de virtute in virtutem usque ad ascensum montis: et hec benedictio non datur pro meritis sed per misericordiam per quam prius peccata dimittit deus. et hoc est quod subdit [et] prius [misericordiam] id est remissionem peccatorum factam per misericordiam [a deo salutari suo] id est a domino iesu christo qui est salutaris noster. Ecce quomodo premium restat innocenti sibi et proximo. Ideo dicit Cyprianus. Qualem vis invenire dominum talem te exhibe erga proximum tuum. vnde quisque bene videat qualiter interius et exterius circa proximum suum se habeat.

Cyprianus.

6 Hæc est generatio quærentium ‡ eum: quærentium faciem dei Iacob.

‡ dominum

¶ [Hec est] et talis esse debet [generatio] omnium [querentium eum] id est deum et ascendentium in montem. Ex talibus enim constituitur ecclesia. [querentium] dico non pro fauore seculari vel pro terrenis operibus sed [faciem dei iacob] i. qui querunt deum vt Jacob quesiuit. scilicet dei presentiam et cognitionem seu manifestam visionem: et tales inueniunt eum in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Declarata ergo christiana religione impedimenta contraria auferri iubet vt patefactis cordibus christus intret quasi diceret. Et quia nullus ascendit vel stat nisi innocens et purus ergo

7 † Attollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

† tollite.

¶ [Attollite] i. amouete [portas principes vestras] i. o vos demones qui principari hominibus quæritis auferte portas vestras scilicet cupiditatis et timoris seu vitia et peccata que sunt aditus mortis quibus ingredimini in animas et contra illas portas mortis [eleuamini] i. exaltamini in cordibus hominum vos [porte eternales] scilicet renunciationis a seculo et conuersionis ad deum: seu virtutes et gratie que sunt aditus eterne vite: [et] sic ornata domo [introibit] per vos ad corda et animas [rex] dator [glorie] eterne scilicet christus. Et quia excellentia glorie et honoris eius est omni creature admirabilis ideo quasi admirans querit.

Peccata sunt aditus mortis

Virtutes sunt aditus vite eterne.

8 Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens, dominus potens in † prælio.

† bello.

¶ [Quis est iste rex glorie] qui intraturus est ad corda Interrogat hic propheta non propter suam ignorantiam sed vt amplius christum commendando alios ad eius incitet amorem. Vel princeps huius aeris qui ante primatum habebat in homine miratur et querit. Et respondens propheta describens eum per virtutes quasi proprio nomine et dicens ipse est [dominus] absolute omnium omnia gubernando [fortis] in se et in adiuuando. [et potens] ad resistendum aduersarijs et protegendum sibi subiectos [dominus potens

in prelio]contra mortem quã moriendo destruxit et contra diabolũ cui potestatem abstulit.

9 † Tollite † Attollite portas principes uestras & eleuamini portę ęternales: & introibit rex glorię.

¶[Attollite portas.&c.]predicta repetit & congeminat vt amplius determinet quis sit rex glorie qui dignus est vt ei paretur hospitium: et non per singula vt prius fecerat dicendo fortis et potens &c.sed breuiter totum respondet dicens dominus virtutum celestium.i.angelorum. Unde in hebreo habetur sabaoth qđ interpretatur exercituũ vel militiarũ vł virtutũ.i.gratiarũ: q2 omnibus omnia dat dona ipse est rex glorie super omnia gloriosus & bñdictus cui seruire regnare est. Uel dicit hoc dauid propheta in persona angelorum precedẽtium christum descendẽtem ad inferos et ascendentem ad celos annunciantiũq3 et respondentium: necnon in persona potestatum tartarearũ et virtutem celestium admirantium & querentium. Primo ergo angeli christum ad infernum preeuntes dicunt[principes]inferni[attollite portas vestras].i.auferte potestatem qua vsq3 nunc iustos in inferno detinuistis.[& eleuamini]id est aperiamini[porte eternales]tenebrarum que super iustos clause eratis[& introibit rex glorie]vt suos inde liberet. Mirantur autem demones et querunt.

Sabaoth interpretatur exercituum.

10 Quis est iste rex glorię: dominus uirtutum ipse est rex gloriæ.

¶[Quis est iste rex glorie?]quasi dicerent nos regem nostrum habemus scz diabolum: ille rex glorie quis est? Et respondent angeli ipse est[dominus fortis et potens]qui mortem vicit et diabolum principem vestrum ligauit: & nũc venit euertere domum ei9 & vasa diripere.i.confringere claustra infernalia: et captiuam captiuitatẽ educere. Deinde angeli precedentes xp̃m in ascensione clamant. O principes celi[Attollite portas vestras]id est reserate celestes aditus domino veniẽti[& eleuamini].i.aperiamini o vos: porte eternales: id est adit9 celi & eternalis]ingressus pateat: aperiantur ethereae ianue & eternalium edium value[& introibit rex glorie].s.xp̃s vt ad dexteram patris sedeat et pro nobis interpellet. Ipse autem virtutes angelice nouo mysterio carne[induti stupefacte querunt cum ammiratione[Quis ẽ iste rex glorie]quasi diceret. Nos patrem et filium semper insimul esse videm9 ille rex glorie quis est? Et respondent angeli comites[dominus virtutum]id est angelorum[ipse est rex glorie]scilicet christus qui ex virtute dei viuit in gloria.. Non est hic intelligendum ꝙ celum vł infernus portas materiales habeat: sed angelorum vel bonorum vel malorum custodias metaphorice portas vocat. Oratio.

Stabilitor terre deus cui cuncta plenitudo mundi deseruit: restitue nos in innocentiam vite vt possimus te premio in montem sanctificationis ascendere. Per Dominum.

Oratio ecclesię uel personę deuotę flagellis & tribulationibus graui

ter afflictæ: & implora-
tio diuini auxilij pro li-
beratione.

Psalmus. XXIIII.

1 AD te domine leuaui animā meam: deus meus in te cō-
fido non erubescam.

¶ [Erubescāt] de pctis act⁹ suos propria estimatiōe dānantes: sed q₂ pōt erubescere q non bʒ reuerētiā ideo addit. [⁊ reuereant̄ sil' oēs] i. timeāt penas ⁊ ex timore cogantur ad reuerentiā q₂ reuerētia est timor dñi cū amore. q.d. oēs peniteant ⁊ deum honorēt [qui gratulant̄] i. gaudent ⁊ gratulādo consentiunt [malis meis] i. qui letantur de afflictiōe ⁊ tribulatiōe mea Hoc est nō solū qui faciūt sed etiā q consentiunt facientibus.

30 Induantur confusione & † reuerentia: qui maligna loquuntur † super me.

†verecūdia. †aduersum.

¶ [Induant̄] plene [confusione] i. pudore [⁊ reuerentia] timore. q.d. talibus circūdentur vndiq₃ sicut vestimentū circūdat hominem ex omni pte vt p penitentiā pterita mala tegant̄ [q maligna loquunt̄ sup me] dicētes de me falsa ex animi malitia. q.d. ⁊ illi sic peniteāt ⁊ deo reuerētiā exhibeāt: qui si nō facto vel verbo peccauerūt super me: pudorem habeant cōtra audaciam quā habuerūt furentes reuerentiam contra impudētiam falsitatis vt his illa curēt. Quo cōtra,

31 Exultent & lætētur qui uolunt iustitiam meam: & dicant semper magnificetur dominus qui uolunt pacem serui eius.

¶ [Exultent ⁊ letent̄] i. exterius ⁊ interius gaudio repleantur: quia exultatio ad corp⁹ simul ⁊ ad animam ptinet letitia tantū ad aim [qui volunt] ⁊ diligunt declinando a malo ⁊ faciēdo bonū [iustitiā meam] a te mihi datā: quia amor iustitie gñat gaudium spirituale [⁊ ne inde in se glorientur [dicāt semper magnificetur] ⁊ laudetur dñs a quo est iustitia nr̄a: qui ope

Exultatio ad corpus ⁊ animā ptinet.

rat in nobis ꝛ velle ꝛ operari pro bōa voluntate[q volūt]et diligūt]pacē serui ei⁹]ad deū ꝛ pximū. neqꝫ enī sufficit seruis dei velle iustitiam nisi studeant ꝛ velle pacē.

32 Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

¶ [Et lingua mea meditabit iustitiam tuā].i.meditatā iustitiam exprimet:q: sancti viri die ac nocte meditant in lege dñi:ꝛ q̄ meditantur loquūtur:iō lingua eorū dei iustitiā meditari dicitur:quia corde et ore eam confitentur. Hic
Ecclia. xxj.d. scriptū est:os sapiētiū i corde ipsorū[tota die].i.assidue scꝫ meditabit[laudem tuam].i. meditatam laudem exprimet. Uel potest intelligi de lingua cordis. Opera etiaꝫ bōa.vita bona linguam suam habent apud deum. Tota die deum laudat qui bene omnia agit.qui tota die bene viuit.nec desinit laudare qui non desinit bene agere. qui non desinit iustus esse.

Oratio.

Protector salusqꝫ anime nostre opi nos galea spei. scuto inexpugnabilis munimenti:vt a te in causis nostre necessitatis adiuti mereamur cuꝫ te diligentibus letitia ꝛ exaltatione perfundi. Per dominum.

Psalmus de malitia ac peruersitate & accusatiōe iniquorum: necnon de benignitate laude ac gloria & præmijs iustorum.

Psalmus. XXXV.

1 Dixit iniustus ut delinquat in semetipso: nō est timor dei ante oculos eius.

¶ Auctor psalmi pphetā dauid. ¶ Titul⁹ talis est. In finem seruo dñi ps dauid. Hec est ps ille tendens in finē scꝫ vt superbiam contemnet ꝛ hūilitatē cōmendet:attribuit dauid.i.fideli qui hic loquitur seruo dñi.i.humiliter obediēti ꝛ de deo recte sentienti:quia oīa bona deo:mala sibi tribuit. Uł ps ille tendens in finem attribuitur dauid.i.christo seruo domini.i.deo patri obedienti. ¶ Materia malitia ꝛ accusatio impiorum:benignitas dei ꝛ gloria iustorum. Supra enī orauit pro malis cōuertēdis:hic vero agit de malis obstinatis:describens impiū cum sua accusatione ꝛ iustum nō cū sua sed dei laude. ¶ Intentio nos a malo retrahere et admonere vt vitia nostra a nobis esse:bōa aūt a deo cognoscamus. Dei benignitatem amare:ꝛ gloriā btōrū ardēter appetere. Summa in generali:propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet pfecti loquitur de malitia ꝛ peruersitate iniquorū de misericordia ꝛ benignitate dei ac gloria:et premijs iustorū:ostendens deum neminem nisi iuste dānare:neminem nisi p miam a morte anime liberare. Sententia in speciali:de obstinatis ergo primo agit dicēs. [Dixit iniustus in semetipso].i.in seipso:ꝛ apud se proposuit:deliberauit ꝛ statuit:nihil cum impulit [vt].i.q[delinquat]libere ꝛ peccet.quia[nō est timor dei añ oculos eius]scilicet interiores:qui esset peccare nō deliberasset. Timor

Timor enim dei frenū est peccati. Ubi autē dei fre nō est timor ibi est dissolutio animū est mi: agit ergo hic cōtra peccantes peccati ex deliberatiōe et ppria volūtate ac neqtia spūali et interiori: et non ex infirmitate aut impulsu aliquo exteriori vel interiori sicut ad titillationē carnis vel ad excessum in cibo et potu quandoqz quis mouetur. Et vere non timet deum.

Inueniret iniqtatē suā et odisset.

2 Quoniā dolosè egit in conspectu eius: ut † inueniatur iniquitas eius ad odium.

[Quoniā dolose egit in conspectu] id est oculis et presentia [eius] scilicet dei: dum vult ei abscōdere peccatum suū: et dū estimās eum non curare vel latere et nō scire secur⁹ agit iniquitatē [vt] ita qz dolose egit [inueniatur iniquitas ei⁹ ad odiū] id est odiosa apd deū et oēs bonos. Uel [dolose egit] ne intelligere [vt inueniat] .i. cognoscat ab ipso [iniquitas eius ad odiū] ei si intelligeret. q.d. noluit studere legi dei vt per eā inueniret iniquitatē suā et odiret: quasi per ignorantiā excusari posset. Multi quippe si scripturis maxime vbi de petis agitur intenderēt multa peccata inuenirēt que modo eis etiā conscientias scrutantibus nō apparent. Deinde ostēdit iniquitatē p ptes et primo in locutione dicens.

3 Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere ut bene ageret.

[Uerba oris ei⁹ sunt [iniqtas et dolus] id est iniqua et dolosa ad nocēdū et fallendū scz vel apte mala vel si bona cū dolo [noluit intelligere vt bene ageret] lz posset si bona voluntas accederet: et hec est summa iniqtas vñ pniciosus contra se ipm agēs nō est excusabilis et veniā nō hz: qz qd pōt intelligere nō vult. Imprudētie enī et ignorantie aliqñ datur venia: sed volūtati male semp pena. Cogitatio quoqz eius cū posset esse de bonis est de iniquis. vnde subiungit.

Ignorantie qñqz daf venia.

4 Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni uiæ non bonę: malitiam autem † non odiuit.

Tedio habuit

[Iniqtatē meditat⁹ est in cubili suo] .i. in corde frequēter et cum deliberatione: mala cogitādo vbi compūgi debuit. et in quo si mundū esset velut in cubili qesceret: si ergo extra est tumultus saltē in cubili et cōsciētia sit quies. qd si ibi nō est nec vsqz est. opera etiā eius sunt mala. vnde sequit [astitit] qsi cū studio et mora [omni vie nō bone] id est ad omē malum pronus fuit: et pseuerāter peccādo in malo se firmauit [malitiā aūt non odiuit] sed dilexit: in malis gaudēdo et delectando. Ecce summa mali ex amore iniquitatis delinquere. Qui enī nō pōt penit⁹ carere malitia dz saltē odisse qd de⁹ odit: vt mēte legi dei seruiat. Deinde puertit sermonem ad dominū: dicēs. o

5 Domine in cælo misericordia tua: & ueritas tua usque ad nubes.

[Domine in celo est [mia tua] ac si diceret: mala sunt ex homine sed bona sunt ex deo: vnde in supradictis iniquis sunt mala: sed [in celo] id est in bonis et sanctis qui a terrenis ad celestia suble-

uantur est[mīa tua].i.bōa q̄ sunt ex tua mia.sʒ quomō hec annunciata sit ostēdit.d.[veritas tua].i. cognitio veritatis tue venit[vsqʒ ad nubes]id est predicatores qui nubes dei sunt q: tonant minis: chorusicant miraculis:pluunt veritatis doctrinis.et per hos nubes venit ad alios homines.Qui autē sunt nubes sunt etiam montes vnde subdit.

Predicatores sūt nubes dei.

6 Iustitia tua sicut mō
†sicut. tes dei : iudiciā tua †
abyssus multa.

℄[Iustitia tua].s.facit hoies[sicut mōtes dei]nō seculi.Oēs em̄ iustificati ⁊ iustitiā dei imitantes quasi mōtes efficiūtur.q: virtutibus ⁊ bonis opib⁹ exaltant̄ et cō firmantur ques sol iustitie prius illustrat ⁊ inde lux ei⁹ad alios descēdit.Et ne aliquis q̄reret q̄re potius hos elegit ⁊ hos reprobauit addit[iustitia tua]q̄ horū miseretis ⁊ hos excecas sūt[abyssus multa].i.pfunda iscrutabilia ⁊ hoib⁹ abscondita.Et si misericordia faciat homines celos:ac veritas nubes:et iustitia montes tamen

7 Homines & iumēta
†saluos facies. † saluabis domine :
†sicut multiplicata ē mia tua. † quemadmodū mul
tiplicasti misericordiā
tuam deus.

℄[Hoies].s.rōne vtētes spūales ⁊ sapientes hoc est proficientes ⁊ non solum hos sed[⁊ iumenta]scilicet brutos carnales ⁊ simplices hoc est icipientes[saluabis domine]quia non est acceptio personarum apud te [quemadmodū multiplicasti misericordiā tuam de⁹]. Ab initio enim proflua fuit mia tua sed hoc tempore gr̄e tm̄ eam multiplicasti q̄ non solū pfectas sʒ ⁊ iperfectas saluasti.Un impfectum meū.i.iperfectionem meorū dicit christus viderunt oculi tui o pater:⁊ in libro tuo oēs scribētur perfecti ⁊ iperfecti.Item benedixit omnib⁹ pusillis cū maiorib⁹: vbi enim abundauit peccatum superabundauit ⁊ gr̄a.Iō sequitur.

ps.cxxxviij.

8 Filij autem hominū.
† in tegmine alarum †sub
tuarum sperabunt.

℄[Filij aūt hominū].i.generalr hoies ⁊ tota ecclesia vsqʒ in finem seculi[in tegmine alarū tuarū].i. in ptectione duoꝝ p̄ceptorū charitatis dei videlicet ⁊ pximi[sperabūt]protegi ⁊ ptecti bona eterna adipisci.Sub isto alis quisqʒ nō ptegitur vitiorū estib⁹exurit̄. Iste etiā ale sunt generaliter oēs virtutes quib⁹ filij hominū cōtra insidias demonū eriguntur fouentur et defenduntur.Uel[in tegmine alarū tuarum sperabunt].i.in ptectione noui ⁊ veteris testamēti sperabunt futura bona.Uel spērabunt in protectione gratie in presenti et glorie in futuro.

9 Inebriabunt̄ ab ubertate domus tuę:& torrente uoluptatis tuę potabis eos.

℄[Inebriabunt̄ ab vbertate].i.a piguedine spūssancti ⁊ gr̄a dei[domus tue]p̄sentis scʒ sancte ecclesie. Hac vbertate inebriabuntur qui ita spiritusancto ⁊ amore dei repleti sunt vt pter deum oim aliorū immemores flant[et torrente Ubertatis voluptatis tue potabis eos]Ipsa tanta vbertas etiā torrens voluptatis [illegible] dicitur:quia cum impetu venit ⁊ [illegible] cū delectatiōe potat̄ ⁊ [illegible]

talibus inebriat fluctis. Vel [Inebriabunt ab vbertate dom⁹ tue] future vbi totus satiatur appetitus et perit quodammodo mes humana ꝛ fit diuina. [et torrente voluptatis tue] .i. abundantia delectationis tue ꝛ delitiarum potabis ꝛ visione beatifica. Et poteris

10 Quoniã apud te est
fons uitæ: & in lumine
tuo uidebimus lumen.

℄ [Qm̃ apd̕ te ē] tu ipse es [fons vite] q: vita p essentiã et initium oim̃ bonoꝝ per que vitã largiaris eternã. [et in lumine tuo] scilicet christo illuminati ab eo qui est lumen de lumine ꝛ illuminat oẽm
Joh. j. hoiem venientem in hunc mũdũ. [videbimus lumen] totius trinitatis et notitiã eius habebimus nũc p fidem ꝛ in futuro p specieꝫ. Et q: ad hec nõ possumus pertingere nisi per diuinam gratiam. iõ subditur deprecãdo. q. d. Et vt hoc fiat fac o domine quod sequitur.

11 Pretẽde domine mi-
sericordiam tuam scien
tibus te: & iustitiam tuã
his q recto sunt corde.

℄ [Pretẽde] .i. demõstra ꝛ prepara [misericordiam tuam] .i. effectũ mie tue scꝫ prius donãdo remissionem petõꝝ [sciẽtib⁹] [et cognoscẽtibus [te] p fidẽ .i. recte credentib⁹ in te scꝫ ꝙ bona sunt a te mala a se: ꝛ deinde cũ iã coꝛ rectũ habere receperunt vt ea que de⁹ vult [ꝛ] ipsi velint [iustitiã tuã] scꝫ vite rectitudinẽ vt de peccatoribus iusti efficiantur: ꝛ bona operentur [his qui recto sunt corde] qui dirigunt se ad voluntatem dei et non eam curuant ad se: vt in omnibus scilicet prosperis et aduersis laudent deum sed iam caueant ne superbiant. vnde orandum est et dicendum. Et cũ hic bona mihi dederis

12 Nõ ueniat mihi pes
superbię: & man⁹ † pec	† peccatorum.
catoris non moueat
me.

℄ [Non veniat mihi pes supbie] .i. affect⁹ superbus qui est pes quo a deo receditur. ꝛ qui recte factis vt pereant insidiatur. [et manus peccatoris] .i. suggestio ꝛ impulsus diaboli vel opatio hois male suadẽtis [non moueat me] de bono in malum faciendo me recedere a te et a bono proposito. Fact⁹ enim superbus cito corrumpitur: et male suasus vel impulsus cito in peccatum labitur. Serua igiť quod intus est scilicet affectũ tuũ ꝛ non timebis foris vt te moueat manus peccatoris: quia si superb⁹ es cito moueberis. Hoc autem dicitur contra superbiam: quia.
Superbus cito corrũpitur.

13 Ibi ceciderũt omnes
qui operantur iniquita
tem: expulsi sunt nec
potuerunt stare.

℄ [Ibi] scꝫ in pede supbie [ceciderunt oẽs] quasi de alto in petrũ [q operanť] adhuc [iniquitatẽ] scilicet diabol⁹ ꝛ hõ qui mõ iniq sunt pius in superbia ceciderunt [expulsi sunt] alter de paradiso celesti: alter de terrestri. [nec potuerunt stare] in suo loco: vl' se erigere p se ad bene operandũ. Vel expulsi ab interiori suo paradiso stare nõ potuerũt in exteriori adam scilicet in terrestri: diabol⁹ vero in celesti. Summope ergo cauendum est ne affectus noster moueatur a summo bono ne labatur p superbiam. Inquãtũ quisqꝫ min⁹ amat deũ

intantũ labitur pes eius ad pec-
candũ. Et inquãtũ plus deũ amat
intantũ robustius stat et minus
peccare eum delectat. Oro.

C Larifica nos celesti miseri-
ricordia oipotẽs deus fõs
ꝛ origo luminis sempiter-
ni: vt vbertate dom⁹ tue repletio-
nem iniquitatem ꝛ dolum cum ꝑ
tacitate ferocis superbie renuam⁹
Per dominum.

Psalmus de morum correctione & infirmorum consolatione: ac de dispari bonorum & malorum statu & conditione in presenti & in futuro.

Psalmus. XXXVI.

1 NOli emulari in malignãtibus: neque † zelaueris facientes iniquitatem. † emulerio.

Auctor psalmi ꝓpheta dauid. Titul⁹. hic ẽ ps dd: qꝛ attribuit dd ꝓphete vl' cuilibꝫ iusto q̃ hic loquit monẽs operarios dñice vinee vt studeãt pond⁹ diei ꝛ estus sine murmuratiõe portare si volũt denariũ diurnũ hora nouissima recipe. Materia: stat⁹ ꝛ ꝯditio malorũ ꝛ bonorũ in pñti et in futuro: Intẽtio hortari ꝛ mõere ne qs pp impiorũ neqtiã vl' iniuriã moueat: sed cõtẽpta mũdana ꝓsperitate ꝛ malorũ societate: adhereat deo ꝛ scõs imitet. Sñia i gñali: ꝓpheta vl' qlibꝫ iustus q̃ hic loquit ꝟidẽs ipios ꝓspari: ꝛ iustos ab impijs conculcari: ꝛ ꝙ quidam simplices iusti inuident potentie eorum ꝛ vellent vlcisci iniurias illatas ab illis vel aliquando conformes fieri eis ponit in hoc psalmo contra hec saluberrimã doctrinam. Cũ ergo supra de malis ꝛ bonis tractauit nunc simplices de flore malorũ ꝛ l[illegible]ore bonorũ murmurãtes ꝯsolãs contra eorũ infirmitatẽ salubre ꝯtri iotũ apponit. Sñia in speciali: Dehortãs ergõ eccl'a ab emulatione malignãtiũ att. [Noli] o tu infirme q̃ hoc soles [emulari]: id est: inuidere ꝛ indignari [in malignantibus] .i. in consecratione malignãtium quia florẽt. Malignãtes dicti sunt q̃si malũ ignẽ alẽtes .i. ꝯcupiscẽtiã: scꝫ q̃ peccm̃ diligũt ꝛ i malo delectãt. Malignã tes vñ dicunt. [neqꝫ zelaueris] .i. non ames nec imiteris [faciẽtes iniqtatẽ] .i. iniq̃ cõgregãtes diuitias ꝛ ꝑmẽtes bonos. q. d. nulla te accẽdat ira vl' cupiditas vt male florẽtib⁹ in seculo inuideas vl' eos imiteris: sed esto equo animo nã breuis ẽ eorũ ꝛ felicitas ꝛ iniquitas. vñ sequitur.

2 Quoniã tãquã fenũ † uelociter arescẽt † queadmodum olera † herbarũ cito † decidẽt † festĩo † sicut † prati † cadẽt

[Quõ tãq̃ fenũ] qd̃ hodie floret ꝛ cras marcescet [velociter arescẽt] qꝛ ad tps florẽt ꝛ letãtur sed cito deficcant ꝛ in puluerẽ redigũtur. [ꝛ queadmodũ olera] .i. viriditas [herbarũ] vel prati [cito decidẽt] .i. deficient / ac florẽ ꝛ veritatẽ mũdane felicitatis amittẽt. Uel [queadmodũ olera herbarũ] que hyeme virẽt estate a ꝯnub⁹ corrodũtur. [cito decidẽt] .i. cadẽt: qꝛ mali q̃ hui⁹ sc'li hyeme virent in futuri iudicij estate ab inmortalibus p[illegible]mibus consumentur. Illi

ergo nō sperant i domino q: spes
illoꝝ mortalis ē ꝛ inanis. Tu vero

3 Spera in † domino † dn̄m
&fac bonitatē: & inha
bita terrā & pasceris in
diuitijs eius.

¶ [Spera in dn̄o nō in vanis pu
ta in diuitijs: in delitijs: in mundi
honore ꝛ flore: more illorum malis
gnorum [ꝛ fac bonum] .i. opus bo
num. Neqꝫ em̄ vtilis est spes sine
bono opere: sed nec bonum opus
est aliqd sine charitate. vnde mor
subdit [ꝛ inhabita terrā] dn̄i .i. ec
clesiam quam colit ꝛ rigat in vni
tate ecclesie catholice permanēdo
ꝛ concorditer viuendo: quia nō ꝓ
sunt bona extra ecclesiam facta [ꝛ
pasceris] vsqꝫ ad satietatem et
suauitatem [in diuitijs eius] terre
i. ecclesie que diuitie sunt ipse de⁹:
vel sacre scripture: ergo spreta mū
di iocunditate

Spes vtilis nō ē si ne bo no ope re.

Bōa ex tra ec clesiaꝫ facta nō pro sunt.

4 Delectare in domi † peti-tiones
no: & dabit tibi † peti
tiones cordis tui.

¶ [Delectare] i diuitijs tuis. s. [in
dn̄o] syncere ꝛ delectabiliter eū con
tēplādo amando ꝛ memorando [ꝛ
dabit tibi petitiōes cordis tui] .i.
rōnis nō carnis. Cor em̄ delectan
tis in dn̄o non petit qd caro vult/
sed qd vult spūs: nō petit nisi ipm
deum/ipsaꝫ lucē: ꝛ eternitā: ē hāc
ꝓmittit deus delectātibus in se:
q: qd oclus nō vidit: nec auris au
diuit: nec in cor hoīs ascēdit: hec ꝑ
parauit de⁹ diligentibus se. Et si
ꝓpter peccatorꝫ multitudinē du
bitas sperare vel delectari in dn̄o
audi salubre consilium.

.j. cor. ij.

5 Reuela † domino † ad dn̄m
uiam tuam & spera in
† eo: & ipse faciet. † eum;

¶ [Reuela dn̄o viā tuā] ꝑcā tua cō
fitēdo teipꝫ accusādo ꝛ corrigēdo. ꝛ
in orone deuota corā eo tuū deside
riū explicādo: ac directionē petēdo
[ꝛ spera in eo] non in alio [ꝛ ipse]
q pōt [faciet] qd petis vel deside
ras. Spē em̄ ꝓmittit petētib⁹: et
indulgentiam facit penitētiā agē
tibus: O q̄ salubria mandata nō
inuidere malis: nō diligere iniqui
tatē: in dn̄o sperare: in domino de
lectari: vias ꝛ opera nostra domi
no confiteri. Si hec facis ꝛ ipse
faciet te exaudiendo et subiungit
quid amplius faciet. s.

6 Et educet † quasi lu 6 † sicut
men iustitiam tuam & † sicut
iudicium tuum † tan † obsecra.
quam meridiem: subdi
tus esto dn̄o & † ora
eum.

¶ [Et educet] de tenebris huius
seculi [iustitiā tuā] .i. fidē tuā qua
iuste operaris: ꝛ ex qua viuis q̄ mo
do abscōdita ē ꝛ quasi sub modio
latet: q: nondum vides quod cre
dis [q̄si lumē] .i. ad lucē cū experis
videre qd credidisti. Tunc em̄ opa
tua i claritate erūt [ꝛ iudiciū tuū]
q̄ iudicas seq̄ christū et eligis qd
nō vides: qd iudiciū modo in ab
scondito est/et a malis irridetur
educet [tan q̄ meridiē] .i. clarū lu
mē ꝛ in pleno splēdore: q: cū xp̄s
apparuerit tūc ꝛ tu apparebis cū
ipso in gloria: et interim [subdit⁹
esto domino] ꝓceptis eius obedīē
do [et ora eum] non cessando: per
seueret bonum opus et oratio do
nec det quod promisit.

7 † Noli emulari in eo † ne sub emuleris.
qui prosperetur in uia

sua: & in homine facien
te † iniustitias.

†iniqui tatem.

¶ [Noli emulari] id ē inuidia mo
ueri siue indignari et cōmoueri [in
eo] id est in cōsideratione eius [qui
prosperatur] [& floret] [in via sua] [mala
let] [in factis suis nō in via dei in
qua tu es: puta [in hoīe faciēte in-
iustitias] id est i cōsideratiōe hoīs
male agētis] q̄si diceret. si videris p
sperari & florere ipsū nō te moueat
vanitas eius ad indignādū. Et sic
exponit hic: vn̄ solet nasci emula-
tio de qua ē supra dixit. Dico ne
emuleris: & si aliquo modo mot⁹
es: siue in animo siue in corpore
corrige illud: & hoc est qđ subdit.

8 Desine ab ira & dere
linque furorem: † noli
emulari ut maligneris.

†ne sub emuleris. vt maligne facias.

¶ [Desine ab ira] animi [& derelin
que furorem] corporis. Vel [desine
ab ira] ne subito irascaris visa pro
speritate malorum [et derelinque
furorem] ne diu perseueres: quia
inde irasci & idignari ē ꝯ deū mur
murare & ppe blasphemare. Ac si di
ceret: nec prosperitas prauorum:
nec iniquitas illorum moueat te
ad iracundiam vel inuidiam pre-
sertim [noli emulari] id ē indigna-
ri intantum [vt maligneris] id est
vt malitiam eius imiteris: et eo-
dem modo volūtarie efficiaris ma
lignus quasi imitando eum qui
maligne faciens floret ad temp⁹.

9 Quoniam qui † mali
gnantur exterminabun
tur: sustinentes autem
dominum ipsi † heredi
tabunt terram.

†Maligne agunt. †heredi tate possidebunt.

¶ [Quoniam qui malignantur]
id est qui mali sunt et si modo flo-
rent [exterminabunt] [in futuro: id
est extra terminos terre viuentiū
& superne hierusalem eiicientur si
cut scriptum est. Tollatur impius
ne videat gloriam dei [sustinentes
autem dominum] aduersa patien
ter ferendo: prospera despiciendo:
& beneplacitum domini qui non
fallit & omnia potest expectando
[ipsi hereditabunt] id est heredi-
tario iure possidebunt [terrā] viuē
tium: scilicet patriam celestem vbi
nullus moritur. Et ne infirmo lon
gum videatur sustinere protinus
adiungit quasi diceret. Jam diu
sustinuisti.

Esaie. xxvj.b.

10 Et adhuc pusillum
& non erit peccator &
queres locum eius &
non inuenies.

¶ [Et adhuc] restat [pusillum] tē-
poris. i. parum. ne ergo tedeat te
qui sustines: sed modice expectat.
[& non erit peccator] pro quo ge-
mis. i. nō apparebit subtractus
de medio: nec erit dominium eius
cito transeunt tempora: breue est
quod durare nō potest. [& queres
locum eius & non inuenies] id est
si quereres nō inuenires: quia nō
habebit tunc vsum quē modo ha-
bet quando vtitur eo deus ad pro
bandum iustum. Cum enim tran-
sierit tempus probationis nostre:
quando non erunt qui probentur
non erunt etiā per quos pbent.

Breue est qđ durare nō potest.

11 Mansueti autem † he
reditabunt terram: &
delectabuntur in multi
tudine pacis.

†heredi tate possidebunt.

¶ [Mansueti autem] et mites
qui domino non resistunt qui iu
gum eius patienter portant. qui
malos et aduersa mundi equanim-

miter tolerant [hereditabunt ter-
ram] viuentium scilicet illam san-
ctam hierusalē [et delectabuntur]
id est delectabiliter viuent et leta-
buntur [in multitudine pacis] ex
amotione omniū malorū inquie-
tantium: fruetur enim eterno deo
qui est omnium bonorum fons et
plenitudo: inde illa superna ciui-
tas hierusalem nominatur que vi-
sio pacis interpretatur. Et quia
quamdiu hic viuitur iusti iniusto-
rum insidias patiuntur subiun-
ctum est

Hierusalē visio pacis interpretatur.

12 Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.

¶ [Obseruabit peccator iustum]
vt inuēto loco eū capiat et perdat.
Nō eñ cessant praui bonorum vi-
tam inquirere attēdentes si qua
ex parte valeant eis nocere [et stri-
debit sup eum dentibus suis] scz
detractiōis: quia quod opere exer-
cere non valet fera et bestiali corro-
sione vborū exercet. [Vel obserua-
bit] occultis insidijs vt eū alliciat
sibi et decipiat: et si hoc non potest
[stridebit sup eum dentibus suis]
scz crudelitatis quibus eum quē
nō pōt subuertere: quasi furēs belua
freniēdo et dentes colludendo cona-
tur occidere.

13 Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quod ueniet dies eius.

¶ [Dñs aūt irridebit eū] i. irrisiōe
dignū iudicabit et irrisibilē ostēdet
quādo penis eternis cruciād⁹ tra-
det: hic etiā irridebit iefficaces ei⁹
insidias faciēdo: et malicie ei⁹ gla-
diū in seipm cōuertendo [qm pspi-
cit] i. procul aspicit quod ipse pec-
cator nō videt scz [q veniet dies
eius] quo retribuatur ei. i. dies de-
bite punitionis p suis malis. Sē-
per eñ vindicat in impiū aut si se
cōuertit: aut in futuro si se nō con-
uertit: sed si neqz blandicijs neqz
minis aget: pena aggreditur vn-
de sequitur.

14 Gladium † euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum. † eduxerunt.

¶ [Gladium euaginauerunt pctō-
res] id est apertam et manifestā im-
pugnationem et persecutionem.
Gladium eñ euaginare est mali-
ciam prius in corde occultam etiā
ope exercere. Si vero nō sic pficit
insidiat dolis vnde subditur [intē-
derunt arcum suum] i. occultas in-
sidias et dolosam deceptionem. Ar-
cum eñ intēdit qui dolū parat vn-
de incautum feriat. His duobus
generib⁹ persecutionis impugnāt
mali bonos. Deide reddit singulis
singula. Intenderunt enim arcum
suum

Gladiū euaginare, qd est

15 Vt decipiant pauperem & inopem † ut trucident rectos corde. † et trucidant.

¶ [Vt decipiant pauperē] qui sibi
nō sufficit [et inopē] qui nec opem
ab alio habet: vel [pauperem] de
astutia sua nō cōfidērē [et inopem]
de virib⁹ suis nō psumētē: gladiū
vero euaginauerūt [vt trucidēt] i. oc-
cidāt et interimāt [rectos corde] vt
martyres fortes in fide. Nomine
pauperis et inopis designantur
simplices scientiam et virtutem
non habentes: per rectos corde in-
telligimus perfectos: Simplices
ergo moliuntur arcu occulte deci-
pe: perfectos vero student a pte per-
secutionis gladio trucidare. Sed

Corde recti perfecti intelligūtur.

16 † Gladius eorū in-
tret in corda ipsorum
& arcus eorum † con-
fringatur.

†framea †cōteratur.

¶ [Gladius eorū intret in corda ipsorū] vñ venerat vt noceāt sibi prius in mēte q̄ alijs in corpore. In corpore occidere voluerūt: in aīa moriūtur. Quicūq3 eñ alium ledere molit̄ primū seipm ppͥo iaculo percutit [⁊ arcus eorū cōfringūtur] .i. insidie eorū frustrantur ne iusto noceāt: dolusq3 ⁊ mala voluntas ad effectū non perueniat ne possint implere quod ceperāt. Et licet possint iustorum bona diripere ⁊ iustus spolietur per eos tamē

17 Melius est modicū
iusto: super diuitias pec
catorum multas.

¶ [Melius] ⁊ magis sufficiēs [ē iusto modicū] qd̄ habet [sup diuitias petōrū multas] .i. q̄ multe diuitie peccatorib9: melior est iusti paupertas q̄ peccatoris diuitie. Iste eñ paucis cōtentus est ⁊ abundat: ille autē plenus sitit ⁊ eget. Iste in paupertate aīā saluat: ille in diuitijs ⁊ corpus ⁊ animam pdit Alter ergo egit de malitia peccatorum ⁊ sustinentia bonorum: hic vero de diuitijs illorū ⁊ paupertate istorū. ⁊ vere meli9.

18 Quoniam brachia
peccatorū conterantur
cōfirmat autem iustos
dominus.

¶ [Qm̄ brachia petōrū cōterent̄] id ē potentia diuitie: fortitudo et robur in quib9 cōfidūt destruent̄ ⁊ ad nichilū redigent̄ ne amplius innocentibus noceant. [cōfirmat autē iustos dñs] eis fortitudinem ⁊ robur prestando ne ab iniustitia vincāt̄: vt ⁊ neq3 in psperis neq3 aduersis a bono virtutis moueāt̄ ⁊ nec morte nec vita a charitate dei separentur: ⁊ hoc p spem futurorum per exempla martyrum ⁊ maxime per exemplum sue crucis passionis ⁊ mortis. Sic autem cōfirmat quia

19 Nouit dominus † †viam
dies immaculatorum:
& hereditas eorum in
æternum erit.

¶ [Nouit] ⁊ approbat dñs in vita pñti [dies immaculatorū] .i. cōuersationem ⁊ vitam iustorum in qua immaculate viuunt ⁊ mala patiuntur. nouit enim quomodo vixerint ⁊ in quib9 vitā finierint Et si miseri videntur ignaris scit deus quid post finē dierū seruet eis: qz ⁊ [hereditas eorum] q̄ pro vita imaculata ⁊ pro maloꝝ tolerantia dabitur [in eternū] .i. in vita eterna] erit [⁊ semper durabit. Esto ergo purus ⁊ mundus oībus diebus vite tue: vt placeas deo in tua conuersatione: ⁊ in vita eterna hereditabis

20 Non cōfundātur in †qm̄
tēpore malo: & in dieb9
famis saturabūt̄ † quia
peccatores peribunt

¶ [Nō cōfūdāt̄ in tpe malo] .s. tribulationis pntis i q̄ iusti laborāt ⁊ mala tolerāt: ⁊ si deridēt̄: si cōtumelijs ⁊ penis dehonestāt̄ nō solū nō erubescūt/ sz poti9 gliantur: ⁊ gaudēt: qz nō suā sz dei gliam q̄rūt. Ecōtra ē de malis ⁊ elatis [⁊ in die famis] q̄ modo sunt qñ boni esuriūt deū. ⁊ iustitiā [saturābūt̄] p scripturas ⁊ celestia sacramēta per spē ac diu pmissiōes ⁊ exēpla

ne deficiãt ĩ via donec viſiõe ipſi⁹
ſatieñt in patria. Uel [nõ ↄfundē
tur] .i. nõ priuabũtur ſpe ſua [in
tpe malo] ſcilʒ iudicij quo punien
tur mali [⁊ in die famis] quando
mali fame peribũt [ſaturabũtur]
interea ſatietate [quia] econtra-
rio [pctõres] tñ carentes iſta ſati
etate peribunt ſine omni con-
ſolatione. Et oſtẽdit quomodo pe-
ribunt .d.

†autē ſitati vt glia bũt et exalta būtur †ſicut.

21 Inimici † uerò domi
ni † mox ut honorifica
ti fuerint & exaltati: de
ficientes † quemadmo-
dum fumus deficient.

¶ [Inimici vero domini] .i. ipſi
peccatores [mox vt honorificati
fuerint] glã ⁊ reuerentia [⁊ exal-
tati] dignitatib⁹ ⁊ potẽtia in vi-
ta pñti: que nõ momentum reſpe-
ctu future [deficiẽtes] quotidie de
malo in peius [quemadmodum
fum⁹] cui⁹ nullũ poſt exaltationẽ
inuenit̃ veſtigiũ: [deficiẽt] penit⁹.
Fum⁹ enĩ in altũ extollit̃ ⁊ ipſa
exaltatione extendit̃ ⁊ euaneſcit:
ſic inimici in altũ eriguntur ⁊ in am
bitũ extendũtur: ⁊ deinde deficien
tes euaneſcũt: quãtoq; grad⁹ altior
fuit tãto hic caſus grauior ⁊ in fu
turo pena maior erit: Ideo autem
hoc malis quia

Fum⁹ poſt exaltatio nẽ nullũ veſtigiũ re-liquit.

22 † Mutuabitur pecca
tor & nõ ſoluet: iuſt⁹ aũt
miſeret̃ & † retribuet.

†feneratur †cõmodat.

¶ [Mutuabitur] .i. mutuo acci-
cipiet [peccator] corpus ⁊ aiam ac
bona naturalia ⁊ gratuita atq;
tpalia a deo accipiẽdo. Nihil enĩ
hõ habet qd̃ mutuo accepit. [⁊ nõ
ſoluet] de bonis acceptis ſeruiẽ-
do ⁊ grãs agẽdo vl [mutuabitur]
i. audit verbum dei [⁊ nõ ſoluet] .i.

Nõ qcqd hʒ mutuo accepit.

nõ reddit operib⁹ qd̃ auditu pcepit:
q.d. nõ refert lucrũ [iuſtus aũt] de
bonis a deo acceptis [miſeretur]
affectu ↄpatiendo [et retribuet] p
effectũ ſubueniẽdo. Cuius enĩ pe-
ctus plenuʒ eſt charitate ⁊ bona
volũtate ſp hʒ vñ det: vel facultã
tẽ: ſeu beniuolentiam vel auxiliũ
ſeu cõſiliũ: aut ſaltẽ votũ vel orõ-
nẽ. Jdõ aũt miſeret̃ ⁊ dat: ſciat enim

23 † Quia benedicen
tes † ei hęredi tabũt ter
ram: maledicentes autē
† ei diſperibũt.

†qm̃ †eũ bereditate poſſidebunt. †eũ diſ ient.

¶ [Quia benedicẽtes ei] ſcʒ dño
bene viuẽdo: ⁊ bona que poſſunt
alijs impẽdẽdo: ac de beneficijs
acceptis gratias referẽdo [hęredi
tabũt terram] ſcʒ viuẽtiũ cũ ppe-
tuo poſſidendo [maledicẽtes autẽ
ei] male viuẽdo ⁊ ſibi cõmiſſa in-
iuſte retinẽdo ac ingrati ei⁹ bñfi
cijs ea que mutuo acceperũt non
pſoluẽdo [diſperibũt] .i. dupliciter
ſcilʒ in aĩa ⁊ corpore peribũt: quia
in vtroq; eterna perditione mo-
rientur. ⁊ ſic duplici contritione cõ
terent̃. Et vt ſciat quiſq; quo ten
dere debeat ne ſimul pereat ſe-
quitur ⁊ dicit

24 † Apud dominum
greſſus hominis dirigẽ
tur: & uiam eius uolet.

†a deo

¶ [Apud dñm] .i. a dño [greſſus
hois] ratione pñtia .i. affectus ⁊
opa qbus ad eũ tranſire conatur
[dirigetur] in via pñti. vt nõ de-
clinet a rectitudine iuſtitie: quia
ex dei voluntate eſt via iuſti: ⁊ to
tum quod habet ex gratia eſt. Nõ
enim eſt hominis dirigere viam
ſuam [⁊ per hoc [viam eius] ſcilʒ
eet domini et ſi ſit dura q: tamẽ
trita eſt [volet] bonis mandata
eius deſiderando. Si ergo errare

nolumus apud dominum gres-
sus dirigamus: et per illam viam
qua iuit ambulemus fortassis vide
tur dura sed secura. Alia forte de-
litias hz sz latronibus plena est. In
que via dei

†iu 25 Cum ceciderit † non
stus. † collideur: † quia do
†cōtur minus † supponit ma-
babit. num † suam.
†q̄m
†fir-
mat
†eius.

¶ [Cum ceciderit] iustus per pec-
catum propter carnis infirmitaté 27
q2 septies cadit iustus in die et se-
pties resurgit: et nō est homo qui
non peccet [non collidetur] .i. non
frangetur irrecuperabiliter grati-
am dei et virtutes amittendo et
finaliter in peccato illo permanen
do. [quia dominus supponit ma-
num suam] auxiliatricem ne crimina
liter delinquat: cum auxilio sue
gratie et misericordie sublevando
et sustétando: et per penitentiam
ad gratiam reducendo. Magna
rum virium homo se crederet si
semper in virtute fixus permane-
ret. Hic ergo dominus aliquando
gratiā suā subtrahit et presumenti
taliter infirmetur ostendit. Et ve-
re sic est de iusto quia

†iu- 27 † Iunior fui † etenim
venis. senui: & non uidi iu-
†et stum derelictum: nec se 28
men eius querens pa
nem.

¶ [Iunior] et puer fui dicit corpus
christi tanq̄ unus homo qui iu-
nior fuit in primis etatibus senior
autem in novissimis temporibus
et in tanto spacio [non vidi iustum
derelictum] a deo finaliter ita ut
periret: [nec semen eius querens
panem] id est bona opera eius ir-
remunerata. Vel [nec semen eius]
i. aliquē fidelē imitatorē ipsius i ope
ribus iustitie [querens panem]
spiritualem puta verbum dei qua
si ei non adesset et indigeret pa-
ne verbi: quia verbum dei semper
est cum iusto reficiens ipsum. Lex Verbū
enim dei in corde ipsius: et in ipsa dei sem
meditabitur die ac nocte. Tali pa p est cū
ne nutritur iustus ut in via non iusto.
deficiat sed in deo vivat: et bona
que potest proximis impendat.
Unde et subditur

27 Tota die miseretur †fenera
& † commodat: & se tur.
men † illius in benedi- †eius.
ctione erit.

¶ [Tota die] id est indesinenter et
assidue vel toto tēpore vite sue: q2
semper iustus habet quid det [mi
seretur] affectu sibi et aliis [et cō-
modat] effectu et dicitur hic de elee
mosyna actuali vel spirituali. Et
licet donet tamē magis commoda
re dicitur: quia quod dispensat nō
a paupere sed a domino sibi reddi
expectat: et dñs cum fenore multi-
plicatum reddit [et semen illius]
quod seminat ut metat id est ope-
ra bona vel imitatores [in bene-
dictione erit] .i. in multiplicatione
q2 cum exultatione veniet portās
manipulos suos. Et ideo tu quis-
cunq3 es noli esse piger: sed

Declina à malo & fac
bonum: & inhabita in
seculum † seculi. p̄. xxxii
†seculorū

¶ [Declina a malo et fac bonum]
id est ne ei noceas sed ei benefac.
Vel [Declina a malo] id est diver-
te a peccato quod fit per dei timo-
rem et inchoat hominem [et fac bo
num] opus exercendo te in virtu-
tibus quod debet fieri per amo-
rem et perficit hominem. Nec

enim bona deo accepta sunt que malorum admixtione maculantur et perseuerando in bono [et inhabita in seculum seculi] in ecclesia. in vnitate in veritate in deo vt qui hic incboaris in eternum perficiaris. Uel [inhabita] terram viuentium [in seculum seculi] id est per hoc habitabis in eterna beatitudine et habebis vitam eternam. Ecce merces

29 † Quia dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos: in eternum conseruabuntur.

†qm̄

¶ [Quia dominus amat iudiciū] id est discretionem qua separatur bonum a malo: falsum a vero temporale ab eterno. Uel [amat iudicium] vnicuiqꝫ pro meritis reddere disponendo [et non derelinquet sua gratia et protectione destituendo [sanctos suos] qui recedunt a malo et faciunt bonum etsi ad tempus flagellat iuste tamen iudicat quia [in eternum] scilicet in horreo eterno et in vita beata [conseruabuntur] in corpore et in anima: et si hic moriuntur in hac vita et merito eterna possidebunt quia eterna concupierunt. Et econtra.

30 Iniusti † punientur: & semen impiorum peribit.

†autē

¶ [Iniusti punientur] in inferno pena eterna propter mala eorum opera [semen impiorum peribit] .i. opera eorum qꝛ iniqua sunt nullū fructum beatitudinis habebunt. Uel [semē impioꝝ peribit] .i. imitatores eorū peribūt cum ipsis sicut ecōtra semē iusti i bn̄dictiōe erit. hec scriptura modo nos erudit verbis modo informat exēplis. Hinc proponit nobis reproborum penā illinc iustorum gloriam: quatenus illo nos terreat atqꝫ ab amore huius secli compescat: & ista nos excitet atqꝫ ad amorem patrie celestis inuitet. vnde & subditur.

31 Iusti † autem † hereditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

†nō hs †hereditate possidebunt.

¶ [Iusti aūt hereditabunt terrā] scꝫ viuentiū vbi nullus moritur: qꝛ terram mortuorū cum suis delitijs spreuerūt et hoc nō ad tempꝰ sed in eternum vñ sequitur [& inhabitabunt in seculum seculi] .i. eternaliter [super eam] tanq̄ eius dn̄i & possessores: qꝛ ibi portionē suam elegerunt. Noli ergo istā transitoriam hereditatem diligere in qua diu non potes habitare despiciēda sunt cuncta que transeunt: illa sola appetenda suntq̄ trāsire non possunt. Et merita hec erunt iusto quia

32 Os iusti meditabitur † sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Trāscētia despiciēda sūt †iustitiam. Cor nostrū est os interioris hōis

¶ [Os iusti] interiꝰ scꝫ cordis os enī interioris hōis est cor nostrū: qꝛ sicut ore corporis loqmur hōibꝰ ita corde loqmur deo [meditabitur] & ruminat [sapiētiā] q̄ est de deo & eternis vt postmodū eructare possit ṽbū bonū vñ & subdit [& lígua eius loquetur] instructioni aliorū [iudicium] scilicet quod deus precipit fugere vel tenere. Uel [lingua eius loqtur iudiciū] .i. pfert sermonem discretum dicens tantum quod est dicendum: et tacens quod est tacendum. Et

33 Lex dei eius in corde ipsius: & non supplãtabuntur gressus eius.

¶ [Lex dei eius] .i. obseruatio legis & precepta dei [in corde ipsius] sunt per iugem meditationem vt cor consonet lingue: nobis autem est tantum in ore. de quibus dici potest. populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est a me. Hec autem lex et peccare vetat & bona facere docet [&] ideo [nõ supplantabuntur] .i. laqueos non incurrẽt a diabolo seu homine iniquo vel peccato [gressus ei⁹] quibus ad deum nititur peruenire: q2 verbum dei in corde liberat a laqueis & ab omni tentatione. vt nõ moueatur a via iustitie. Tecum est cuius verbum a te non recedit. Et tamen.

Mar. vij.

34 Considerat peccator iustum: & querit mortificare eum.

¶ [Considerat peccator] & impius iustum] & notat vias eius sibi callide insidiando vt eum decipiat et supplantet: eiusq; gressus detorqueat & querit quantũ potest [mortificare eũ] vel vt ei cõsentiat & sic eum faciendo iniustum occidat in aĩa. vel si nõ ꝯsenserit querit vt eũ persequẽdo occidat in corpore. Dicit enim propter inuidias quod in libro sapientie predictum est. Grauis est nobis etiã ad videndũ: qm̃ dissimilis est alijs vita ipius. Sz si iustus vigilãter resistat eueniet quod sequitur.

Sap. ij. c.

35 Dominus autem nõ derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum cũ iudicabitur illi.

¶ [Dñs aũt nõ derelinquet eum] scz iniustus. [in manib⁹ eius] .i. in potestate impij scilz totaliter & secundum animã vt eum ad consentiendũ sibi cõpellendo iustitiã ei⁹ auferat: quia impius animas non mortificat: sed poti⁹ purgat & saluat [nec dãnabit eũ] scz iustum: et si ab homie hic dãnetur [cum iudicabitur] .i. cũ iudicetũ fiet ante christi tribunal [illi] .i. impio ad eius malum & nocumẽtum. vel [illi] scz iusto ad eius vtilitatem & commodum. Et quia ita facit iusto: ergo nunc.

Impi⁹ aĩas nõ mortificat.

36 Expecta dominum & custodi † uiam eius & exaltabit te: ut hereditate † capias terram cũ perierint peccatores uidebis.

† vias
† possideas.
† peeũt.

¶ [Expecta] patiẽter & si diu pateris [dominũ] q̃ te vindicabit & remunerabit [&] in expectando [custodi] indeficienter [viã eius] .i. serua mãdata [& exaltabit te] de virtute i virtutẽ & de terrenis ad celestia ita [vt hereditate] .i. firmiter iure hereditario [capias terrã] [viuentiũ: & si modo nescis qd ꝓmittit in experientia disces: q2 [cũ perierint peccatores] & impij [videbis] in re qd mõ credis de pmijs bonoꝝ & penis maloꝝ. Ubi sciendum ꝙ deus nunq̃ eos creasset qs in eternũ perituros p̃scisset nisi aliq̃s ex eis vs⁹ bonos ꝓuidisset. Quorum quidem iniquitas sicut modo ꝓdest bonis ad augmentũ sanctitatis: sic ipsorum pena eisdẽ iustis proderit ad incrementum beatitudinis Nam ex reproborũ dãnatione cognoscẽt electi quid p iustitias meruerint: & ex sua salua

tione sentiēt quid p gratiā recepe rint. Tantoq̧ amore ardētiori ad⸗ herebunt diuine bonitati quanto eius gratuito dono ꝛ promeritam non sentiunt penam ꝛ immeritaȝ percipient gloriam. Deinde ꝙ nul la sit impiorū felicitas ostendit.d.

37 Vidi impiū † super⸗ exaltatum: & † eleua⸗ tum sicut cedros liba⸗ ni.

†super exaltatū. † leuatū sup⸗ra.

¶ [Uidi ipsuȝ superexaltatū]id est supra modum exaltatum in gloria mūdi ꝛ dignitate deo hoc permit⸗ tēte [ꝛ eleuatū]in elatiōe [sicut ce⸗ dros libani]mōtis i q̄ sunt altio⸗ res cedri q̄ a vēto deijciunt̄ hoc est in magna dignitate temporali et in candore seculi que cito denig⸗e scit. Liban⁹ eni cādidatio interp⸗ tat̄: etiā sup sublimes eminentem ita vt altis celsioꝝ videretur. Ta⸗ lis videtur impius quādo corde tu mēs ꝛ virtute ꝛ gloria ceteros etiā altos seculi precellēs cernitur ela⸗ tus.

Liban⁹ can didatio interpre tatur.

38 Et transiui & ecce non erat: quæsiui eum & non est inuentus lo⸗ cus eius.

¶ [Et trāsiui]mēte ꝛ cōsideratio⸗ ne ad nouissima eius: non presen⸗ tia sed futura attēdendo. Uel [trā siui]p aliqđ tempus modicum ex⸗ pectādo [ꝛ ecce nō erat]potēs. Trā sierat eni gloria eius: vel non erat oino quia p mortē sublat⁹ erat de mūdo. ꝛ [quesiui eū]cōsiderando ꝛ rememorando [ꝛ non est inuentus loc⁹ ei⁹]regnādi. vel oino in hoc se culo sed abscōditus ꝛ sepultus est in iferni profundo. Et ne tibi simi liter contingat.

39 Custodi innocentiā & uide † æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.

†directionē.

¶ [Custodi inocētiā]quo ad deuȝ ꝛ teipȝ sancte viuēdo [ꝛ vide equi tatē]quo ad proximum iuste cum ipso agendo, ꝛ ƺ̄n aplꝰs. Sobrie ꝛ iu ste ꝛ pie viuamus. Innocētia spe⸗ ctat ad sobrietatē ꝛ pietatē. Equi⸗ tas ad iustitiā. Uel inocētiā custo dit q̄ nec sibi nec alteri nocet: atq̧ a vitijs ꝛ pctis se imaculatuȝ ser⸗ uat. Equitatē videt q̄ sollicite pen sat ꝛ q̄ a dn̄o acceperit ꝛ q̄ ei psol⸗ uere debeat: qm̄ homini pacifico] q̄ hec agit [sūt reliq̄e]scȝ vita eter na ꝛ bona q̄ post hāc vitā relinquūt̄ ac supersunt ꝛ remanent sanctis.

Titū. ij.

Innocētiam q̄s custodit.

40 Iniusti autem † dispe ribūt simul: reliquiæ im piorum interibunt.

†dispereūt in dipm.

¶ [Iniusti autē]ecōtra [dispibūt] ꝛ duplici ƺtritione cōterent: quia in corpore ꝛ in anima destruentur ꝛ eterna damnatione delebuntur [simul]etiā cū eis [reliquie impio rū interibūt]qb⁹ nihil restat nisi i terit⁹ etern⁹: q: nō supsunt nec re seruant̄ eis reliquie vt viuant sed vt in pena gehenne ignis intereāt. Hec oia predicta bona iustis: totū est tm̄ a dn̄o oim bonoꝝ fonte ꝛ lar gitore. Et colligendo summatim subiūgit.

41 Saluus autē iustorū à domino: & protector † eorum † in tempore tri bulationis.

†est.

¶ [Sal⁹ aūt iustoꝝ]mētis ꝛ corpis i pn̄ti ꝛ i futuro [a dn̄o est]nō aliū de. Pria sal⁹ q̄ ad aiaȝ ptinet ē re missio pctoꝝ: ſȝ adhuc plicitamur i tribulatiōib⁹ recte subiūgit̄ [ꝛ p⸗

Remissio pria.

rectoꝝ

tector eorū [est si qd impugnat[in tpe tribulationis et tentationis ne superētur. Nā nisi fideles suos diuina virtus protegeret quis tot iacula tentationum aut tantos est⁹ vitiorū ferre potuisset? Et specialiter est protector eorum in hora mortis: quia tunc protegit eos a potestate demonis.

42 Et adiuuabit eos dominus & † liberabit eos: & † eruet eos à peccatoribus & saluabit eos quia sperauerunt in eo.

† eruet
† eripiet

¶ [Et adiuuabit eos dominus] i. cooperabit eis in presenti ad pugnandum ad bene operandum et pseuerandū [et liberabit eos] a tribulationibus et angustijs [et eruet eos a peccatoribus] ab eorum insidijs et contrarietate seculi illesos seruando: vel de hac vita eos ducendo [et saluabit eos] salute et saluatione perpetua ad vitam eternam perducendo propter hoc [qr] hic [sperauerunt in eo] non in homine aliquo vel seculo. Attende o miles christi quanta faciat pro te tuus imperator. Ipse est tua salus: tua protectio: tua arma: tua liberatio vt te hic regat / custodiat / et deinde ad vitam eternam perducat. Collige etiam ex predictis q iusti et pij habēt bona maxima scilicet spiritualia / puta gratias et virtutes in presenti i omnibus vijs a deo directi: in omnibus actibus protecti: [ab angelis custoditi: intus leti in futuro eternaliter beati. Sz iniusti et impij gaudentes et florentes prosperitate temporali habēt bona modica scilicet carnalia i presenti sunt a deo derelicti: angelorum custodia destituti: amaritudine pleni i futuro ppetue damnati.

Impij habent modica bona.

Oratio.

Beatitudo oīz nō icerta in stor de q sctōs tuos nō derelīqs i fame: nec i stadio tribulationū supari pmitt[: pcamur vt ea nos munias dextera quā illis ne corruāt velociter porrigis pparatam. Per dominum.

Psalmus de oratione uere pœnitētis suas miserias pro peccatis lamentabiliter conquerentis: docens nos in memoria habere peccatum ad cauendum & dolendum.

Psalm⁹. XXXVII.

ij Domine ne in † furore tuo arguas me: neque in ira tua † corripias me.

† indignatio tua.
† emendes.

¶ Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus talis est. Psalmus dauid in rememoratiōe sabbati. Hoc est ps iste pnenit dauid pphere vl alij penitenti docens nos pcti i memoriā habere ad cauēdū et dolēdū habit⁹ in rememoratiōe sabbati. i. recordatiōe eterne requiei quā habere optat et pdere formidat. Cum enī (vt supra dictū est) mali floreāt et boni laborēt ille penitēs qcūqz mala pro pctis patienter tolerare paratus est et flagella timēs peiora scz supplicia eterna et recordās sabbati eterni quo timet priuari peccati conscius et desiderat frui grauiter affliet⁹. ¶ Materia mul

triplex afflictio et miseria peccatoris dolentis pro peccatis suis. ¶ Intentio: inuitare peccatores ad penitentiam et monere vt patienter sustineant quecunque mala ad purgationem peccatorum euenerint. Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona vere penitentis implorat dei misericordiam enumerat et describit suam miseriam promittit emendam et petit conseruationem diuinam. ¶ Sententia in speciali. Ab oratione ergo et lachrymis incipiens ait. O [Domine ne in furore tuo] id est vehementi indignatione tua [arguas me] cum reprobis me damnando neque in ira tua] i. indignatione leuiori [corripias me] pena purgatorij me cruciando. cui tamen pene nulla pena mundana comparabilis est sed hic emenda: et sic me purga quod ignis purgatorij non sit mihi opus: quasi diceret ne punias me secundum rigorem iustitie tue sed magis secundum dulcorem tue misericordie. Et pretendit multas miserias quibus iam in hoc seculo affligitur: vt quia multa sunt que patitur sufficiant ne peiora patiatur. Unde subdit.

3 Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

¶ [Quoniam sagitte tue] id est vindicte scilicet dolores corporis et anime. [infixe sunt mihi] et vulnerant me propter peccatum et non ad horam sed [et confirmasti] diu scilicet vt sint vsque ad finem seculi [super me manum tuam id est vindictam quia pena peccati qua primum hominem percussisti adhuc in humano genere perducat vt dedecus culpe non remaneat sine decore iustitie: hoc autem fecisti vt tanquam bonus magister verberibus castigationis afflictum redderes emendatum. Eo vsque autem confirmasti et sic tetigit me manus tua quod

vindicta pena est pecti.

5 Nõ est sanitas in carne mea à † facie iræ tuæ nõ est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorum.

† vultu

¶ [Non est sanitas in carne mea] Portamus enim corpus mortale plenum tentationibus et miserijs doloribus et indigentijs [a facie ire tue] i. ob instantia vindicte propter peccatum: et post ostensam infirmitatem carnis ostendit etiam afflictionem anime: dicens [non est pax ossibus meis] i. virtutibus que sunt anime fortia quia sicut ossa carnem sic virtutes sustinent mentem [a facie peccatorum meorum] id est ab instantia suggestionum malarum ex peccato prouenientium: quia caro impugnat spiritum et innumeris modis turbant virtutes a vitijs et peccatis. Nec hoc mirum.

Sustinent sic carnem virtutes vo mentem.

4 Quoniam iniquitates meæ † supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

† Sustulerunt. † fascis grauis

¶ [Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum] i. preualuerant et dominantur menti mee que est interioris hominis caput: et anima mea: peccatis inualescentibus succumbit per consensum [et sicut onus graue grauate sunt super me] propter multitudinem et magnitudinem quia peccata sicut plumbum deprimunt: et nullum onus tam graue potest esse quam iniquitas: cuius grauitatem illi soli sentiunt qui eam deponere cupiunt et mentem ad celestia subleuare

Peccata sicut plumbum depriment.

appetūt. Non enim grauis illi videtur qui adhuc illa delectatur. vnde adhuc subditur.

5 † Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę: à facie insipientię meę.

† cōputruerūt et putruerūt liuores mei.

¶ [Putruerūt] peccato iterū consentiendo et ipsum in voluntate renouādo [& corrupte sūt] ad actū perducendo & in opere exercēdo [cicatrices mee] id ē plage peccatorum sanate: et sanitates per remissionem pctōrū precedentiū inducte: & hoc [a facie insipiētie mee] id est ppter stultitiā meā. q: non sum vsus virib⁹ in baptismo receptis. q.d. mihi & mee insipiētie nō deo iputo. Multū enim insipiēs est qui semel sanatus iterum recidiuat. Ideo adhuc subditur.

6 † Miser fact⁹ sum & curuatus sum usque in finem: tota die contristatus † ingrediebar.

† miserijs afflict⁹. † ambulabam.

¶ [Miser factus sum] id est miserijs afflict⁹ sum portans multas miserias & in anima & in corpore [& curuatus sum] ab elatiōe quia ois qui se exaltat humiliabit [vsq in fine] i. totaliter vel vsq ad mortem [tota die] i. tota vita mea iugiter assidue & sine intermissiōe [cōtristat⁹] amissa letitia spūali propter mea peccata: ppter murmurationē synderesis cōtra malū [ingrediebar] i. pambulabā vias huius vite. Et hoc ideo.

Luc. xiiij.

7 Quoniam † lumbi mei impleti sunt illusionibus: & nō est sanitas in carne mea.

† aīa mea cōpleta ē

[Quia lūbi mei impleti sunt illusionibus] id est libidinū incētiuis et carnalib⁹ delectationib⁹ q̄ mihi illudunt attrētātes diuersis fantasijs [et] per hoc [non est sanitas in carne mea] Nam in totū corpus redundant hmōi incentiua. Vel illusiones sunt vane imaginatiōes & cogitatiōes ex quib⁹ aīa fatigatur & aliqn̄ vix orare permittitur. Ideo autē lūbos posuit q: in lūbis est carnalis voluptas. vnde illusiones procreantur. [et nō est sanitas in carne mea] i. in corpore scilicet in hac vita.

Voluptas carnalis in lūbis est.

8 † Afflictus sum & humiliat⁹ sum † nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.

† infirmat⁹. † vsq.

¶ [Afflict⁹ sum] corpe [& humiliatus sum] corde vt nihil in me sit liberum a pena: vnde sequitur [nimis] q: vndiq est calamitas [rugiebam] iuuare flēdo [a gemitu] & amaritudine [cordis mei] considerans tātas meas miserias interiores & exteriores. Ex afflictione humiliatio: & ex humiliatione procedit gemit⁹. Ad hoc penis & flagellis peccator affligitur vt a sua superbia humilief: quaten⁹ qui let⁹ & elat⁹ perpetrauit pctm̄: afflict⁹ & humiliatus redeat ad lamentū.

Hūiliatio ex afflictione pcedit.

9 † Domine ante te † omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

† est. † est.

¶ [Dn̄e] qui vides cor [ante te] ē [omne desideriū meū] & affectus: non contra te quia nihil desidero nisi quod tibi placet. q.d. ad consequendum desiderium meum nō habeo hominem ad quē confugio

et iō ad te q̄ oē desideriū meū nosti recurro [ꝛ gemit⁹ me⁹] non pro terrenis sʒ ꝑ celestib⁹ [a te nō est abscōdit⁹] ꝛ si abscōdit ab hoīb⁹: quasi diceret: apponas mihi remedium qui nosti secreta cordiū.

10 Cor meum conturbatum est: † dereliquit me † uirtus mea: & lumen oculorum meorū † & ipsum non est mecum.

†deseruit. †fortitudo. †nō hʒ ₐipm.

¶ [Cor meū cōturbatū est] passionib⁹ succūbēdo ac pacē ꝛ trāquillitatem conscientie amittendo: q̄ [dereliq̄t me vt⁹ mea] quā aū peccatū habui [ꝛ lumē oculoꝝ meoꝝ] spūalium et mētalium .i. ratio imperturbata scʒ dereliq̄t me ꝛ defecit propter turbulētiam passionū ꝛ pro ingentib⁹ molestijs [ꝛ] ideo [ipsum non est mecum] q̄ mens mea cecata est a peccato ꝛ sic post posito veritatis lumine secutus sum errorem: et in tenebras decidi peccatorum.

¶ [Me autẽ] flagellatũ sine me rito: occisum sine debito [propter innocentiam] .i. propter meritum innocentis vite et immunitatẽ a pctõ [suscepisti] sanandũ sicut me dicus egrotum: [& confirmasti me] dando immortalitatem & impassi bilitatẽ [in cõspectu tuo] .i. in maie state & diuinitate tua; vel in pre sentia tua [in eternũ] vt vltra nõ moriar qui in conspectu hominũ: & ad tempus infirmasti me passus. Vel [suscepisti] in resurrectiõe de morte ad vitã [et confirmasti me] gloria immortalitatis [in conspe ctu tuo] mansurũ tecum. Et inde laus tibi & grãrũ actio. vñ sequitur

14 Benedictus domi nus deus israël à seculo & in seculũ: † fiat fiat.

fer dic cer oĩa boĩo.

¶ [Benedictus] et laudatus sit [dñs de⁹] .i. tã ꝑ dilator & creator [israel] id est videntiũ eũ per fidem & credentiũ videre illũ p speciem qui intelligunt filiũ ei⁹ deũ esse & hoĩem [a sclo] .i. ex quo oĩa incepe runt [& in sclm] .i. vsq in seclm fu turũ: vbi iam oĩa eterna sunt [fiat fiat] hec scz laudatiua bñdictio ab omnibus: quia hec repetitio & ge minatio confirmatio est. et osten dit hoc ab omnibus esse faciendũ. In hebreo autem habetur amen amen: quod importat veritatem ac fidelitatẽ et cõfirmationẽ. Oro.

Nostrorum peccaminum mitis indultor eterne deus: qui indignanter illinuos effugere diem malum si misericor dia subsequatur egenũ: fer opem quesumus doloribus nostris: vt dũ carnalia delicta clementer ar guis: medicinam anime placabili ter largiaris. Per dominum.

Psalmus de ardenti & feruenti desiderio di uinę uisionis: ac tędio & tristitia dilatiõis pro pter moram pręsentis peregrinationis.

Psalmus. XLI.

1 Quemadmo dũ desiderat ceruus ad fon tes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titul⁹ talis ẽ. In finẽ intellect⁹ filijs Chore. Hoc est intellect⁹ hui⁹ psalmi attribuitur filijs Chore .i. crucis & xpi directis in finem .i. ad summã beatitudinẽ puenire desiderantib⁹. Hic enĩ ps cõuenit oĩbus

christianis aīma diuine charitatis accensis: τ deū ardēter desiderantibus. Jam ergo fidelis non solum credens christum esse deum (vt supra monebatur) sed etiam intelligens ꝙ non sint condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam q̄ reuelabitur in nobis hoc intellectu se consolatur: quatenus sic speret in deo in sua peregrinatione vt eum videre mereatur in peruentione: patriam desiderās τ miserias huius seculi deplorans.
¶ Materia ardens τ feruens desideriū summi boni τ diuine visionis: ac tediū τ tristitia dilationis.
¶ Intentio: monere nos p̄sens seculum relinquere et aduersitates huius vite non timere: ac feruenti animo deum desiderare: et celestia sola appetere. ¶ Sententia in generali: ppheta in isto psalmo loquitur i persona perfecti τ deuoti cōsiderantis miseriam p̄ntis vite: ac totis p̄cordijs suspirātis de p̄senti seculo nequā eripi: τ ad celestē patriam peruenire habentis cū paulo desideriū dissolui τ esse cum xpo.
¶ Sententia in speciali: ostēdens ergo desideriū suū ait. [Quēadmodū] .i. ꝗ ardēter [desiderat] τ festinat [ceruus] serpente per empto τ cōsumpto venire [ad fontes aquarum] ꝓpter sitis refrigeriū [ita] cōsumptis vitijs [desiderat] ardenti desiderio amplius ꝙ ante [anima mea] venire [ad te deus] q̄ es fons aquarum irriguus vnde omnia bona fluunt te sitientibus: vt te videre mereatur: ac per claram visionē et plenam fruitionem tui satietur. Deinde conuerti se ad auditores vt admoneātur τ edificētur dicēs.

2 Sitiuit anima mea ad deum † fontem uiuū: quando ueniam & † apparebo ante faciem dei.

[Margin: † fortē] [Margin: † al' parebo.]

¶ [Sitiuit] .i. summe desiderauit [aīa mea] venire [ad deū fontem] vel fortem [viuum] Deus est fons viuus: fons indeficiens: vel fortis et viuus: id est incorruptibilis et immortalis [quando] ergo [veniam:] quādo finietur peregrinatio mea: quasi diceret: cupio dissolui. Hoc ait ex magnitudine desiderij: quia qd̄ citius est [illegible] dū est hominis desiderio [et apparebo] q: tunc τ nos apparebimus qui modo latem⁹ [ante facie3 dei] quia tunc videmus eum sicuti est. Interim autem

[Margin: v. Glos.]

3 Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte: † dum dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus?

[Margin: † [illegible]]

¶ [Fuerunt mihi lachrymę meę] non amaritudo q̄ peccārem absorbet: sed [panes] .i. refectio et consolatio spiritualis: quia afflictionibus eruditur christianus: τ sicut corpus cibatur et satiatur pane: ita anima eius lachrymis [die ac nocte] id est semper τ cōtinue: siue in prosperis τ aduersis. quasi diceret ꝓ dilatione visionis semp vt [illegible] in luctu τ lachrymis nullā aliam recipiens consolat. o[illegible] [dum] id est quia [dicitur mihi quotidie] improperando ab in[illegible] vel in visibilem colentibus [vbi est deus tuus?] vt subueniat tibi [illegible] sunt et predicta conuenire [illegible] cuilibet vel penitenti sicut perfecto et iusto. Ceruo enim comparatur quilibet fidelis: quia ceruus senio aggrauatus [illegible] tibus [illegible]

hauwit naribus: quo ab sorpto veneno estuat: vnde ad fontem bibendū ardentissime anhelat: quo hausto cornua & pilos deponit. Ita cathecuminus vel penitens veneno vitiorū a terra contractorū se estuare cognoscēs fontē baptismi vel penitentie desiderat vt ibi vitiorū pilos & superbie cornua deponat: et sic reiuuenescit fact⁹ homo nou⁹. Sicut etiā ceruus serpentem tractum interimit: quo interempto fontem causa bibēdi querit: ita perfectus & iustus cōsumptis in se vitijs & peccatis fontem cōtemplationis vbi reficiatur concupiscit. Omnes tamen ad eūdem tendūt fontē: id est ad christū qui est fons aquarū viuentium. Unde dicit cathecuminus vel penitens. [Quēadmodū ceruus] tracto serpēte [desiderat] venire [ad fontes aquarū vt reiuuenescat] ita desiderat anima mea [tractis vitijs peruenire [ad te deus] vt per te deponam omnem vetustatem peccati: & in nouitate reformer spirituali. Ideo [Sitiuit aia mea ad deū fontem] vel fortem [viuum [quia erit mihi indeficiens refrigeriū vel reuelatio multarū miseriarum [quando veniam et apparebo ante faciem dei] scilicet ante faciem gratie: sicut perfectus & iustus ante faciem glorie. [Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte] quia semper est mihi dolor vt in hac vita q̄ nocte ac die variatur: sed ille dolor me reficit propter spem venie que cōsolatur: quia exinde spero remissionem peccatorum [dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus:] cur nō subuenit tibi in pssura tua?

4 Hec † recordatus sum & effudi † in me animam meam: quoniā † transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei.

†medi tatus. †super †ingrediar.

[Hec recordatus] vel meditat⁹ [sum] scilicet has visiones & vbi sit deus meus [& effudi in me animam meam] id est relictis exterioribus dilataui eam ad intelligendum & attingendum deum [quoniam transibo] vel ingrediar per collustrationem & contemplationē fidelium & sanctorum [in locum tabernaculi] scilicet ecclesie militantis [admirabilis] in profunditate fidei: in altitudine spei: in latitudine charitatis. id est in presentem ecclesiam/ extra quam si quis querat deum errat: que est quedam imago & species future hierusalē: que dum videtur omplius illa desideratur: & sic perueniam mente [vsq; ad domum dei] eternā in celis vbi inuenitur deus. Sed quomodo perueniam?

5 In uoce exultationis & confessiōis: † sonus epulantis.

†soni festiuitatē celebrantis.

[In voce exultatiōis] .i. inefabilis gaudij [& confessionis] .i. laudis eterne que deo decantetur ab angelis que vox est [sonus epulantis] id est sonantium epulantium i. de eterna refectione gaudentium quasi diceret capt⁹ suauitate laudis angelice que iam suscipitur mente/ & ductus summa mentis dulcedine illuc perueniam. De illa enim eterna & iocunda festiuitate sonat nescio quid canorum & dulce auribus cordis: & mulcet aures sonus festiuitatis illius: & rapitur ceruus ad fontes aquarum: si tamen non perstrepat mundus ambulanti i hoc tabernaculo: & mirabilia dei infidelibus cōsideranti.

6 Quare tristis es ani-
ma mea: & quare con-
turbas me.

¶ [Quare] ergo [tristis es] o [anima mea] scilicet pars inferior [& quare conturbas me] rationem & intellectum tu sensualitas dolorem mihi ingerendo & gaudium meum interrumpendo. Increpat enim superior pars anime partem inferiorem. q. d. o anima mea cum iocunda videas: cum de deo non dubites quem presentis: nihil est in mundo quare hoc facere debeas. Ecce iam quadam interiori dulcedine letati sumus: ecce acie mentis aliquid incommutabile perspicere potuimus quare adhuc tristis es tantum expectans beatitudinem. Et quasi responderet illi anima eius in silentio: ideo te conturbo: quia nondum ibi sum & adhuc concutior scandalis et tentationibus. Dat inter hec mala ratio consilium. d.

7 Spera in † deo quo-
niam † adhuc confite-
bor illi: salutare uultus
mei & deus meus.

†dominus
†nomen.

¶ [Spera] interim [in deo] & habitans in spe per patientiam sustine: & consolationem recipe [quoniam adhuc] & si non modo plene sed solum in spe tamen in futuro [confitebor illi] in re continue cum beatis confessione laudis diuine quando videbo eum sicuti est dicens sic: [salutare] i. vera salus anime mee a quo scilicet non a me est salus mihi. [vultus mei] i. ex forma mea quam assumpsisti quia homo vt ego: & etiam [deus meus] i. creator meus tu es/ & non alius. Ipse enim saluator noster homo est & deus. Vel sperare potes quoniam confitebor in presenti id est de peccatis penitentiam agam vt tibi non obsistam. Hec autem perturbatio est ex nobis seu nostro vitio & defectu: vnde sequitur

8 Ad meipsum anima
mea † conturbata est
propterea † memor
ero tui † de terra Iorda
nis & Hermoniim à mon
te † modico

†turbata.
†memoratus sum
†domine
†parvo

¶ [Ad meipsum] vel a me ipso [anima mea turbata est] quod nisi carnis vitia essent tranquilla permaneret: vnde ad meipsum referendum i. meo vitio est retorquendum. Vel [ad meipsum anima mea] relata [conturbata est] que ad deum relata reficitur non est mihi firmitas in me: ideo nunquam presumam de me sed sperabo in deo. Et quia hanc conturbationem fecit superbia [propterea] vt consoletur [memor ero tui] domine festinando ad te qui excludis omnia mala: & pro quibus sit memor dei subdit scilicet [de terra iordanis] i. quia in baptismo peccata remisisti: & me humiliando terram fructiferam fecisti. Iordanis enim qui interpretatur descensio siue humiliatio significat baptismum in quo humiliati lauantur & fiunt terra fructifera [&] memor ero tui [de hermoniim] scilicet [a monte modico] i. quia fecisti me mihi displicere & diabolo abrenunciare ac montem & in virtutibus altum & tamen modicum & humilem. Hermoniim enim paruus mons est iuxta iordanem scilicet quidam tumor & collis montis hermon. et interpretatur anathematizatio: horum memor malis non turbatur. Descende ergo vt eleueris: noli extolli ne elidaris: Anathematiza teipsum displicendo tibi vt placeas deo: ac

Iordanis quod interpretatur & quod significat.

Hermoniim & mons.

diabolum et vitia abrenunciando eis. Et nota congruam coniunctionem iordanis et hermoniim et montis modici. Nemo enim currit ad remissionem peccatorum quasi ad iordanem nisi qui sibi displicet: et qui se fatetur peccatorem quod sonat hermoniim: et nemo cõfitetur se peccatorem nisi qui se humiliat: quod notatur in mõte modico: de terra ergo iordanis et hermoniim dei reminiscitur: quia in eo quod ab elatione descẽdit: et semetipsum despicit diabolumque: et vitia excludit ad conditoris sui memoriã reuocatur. Et debeo sic esse memor tui: nam ad hoc

9 Abyssus abyssum inuocat: in uoce catharactarum tuarum.

¶ [Abyssus abyssum inuocat]: id est euangelium et lex in hoc cõcordant: quia duo testamenta que propter profunditatem intelligentie dicuntur abyssus: quoddam sibi mutuo adiumentum conferunt. Uetus enim est prophetia noui quod annunciat: et nouum veteris est expositio quod in testimonium vocat: et hec inuocatio fit et probatur [in voce] et testimonio [catharactarum tuarum] id est per doctrinam et predicationem prophetarum et apostolorum tuorum hoc hominibus denunciantium. Catharacte enim proprie dicuntur fenestre terre seu aqueductus vnde ebullit aqua: vel fenestre seu nubes vnde procedit pluuia. Unde dicit Hugo quod catharacte sunt vie subterranee per quas fluunt aque: et dicuntur translatiue in celo meatus pluuiarum catharacte. Tales sunt sancti prophete et apostoli a quibus manant dei fluenta et pronuit nobis vera doctrina.

Catharacte que dicunt

Audita autem doctrina et predicatione

10 † Omnia excelsa tua & fluctus tui: super me † transierunt.

†Id est suspensiones tue.

†Ingressi sunt.

¶ [Omnia excelsa tua] id est omnia iudicia tua alta inuestigabilia [et fluctus tui] id est comminationes tue terrẽtes et tundentes que ibi continentur [super me transierunt] id est superauerunt me: ac in imo dimerserunt et humiliauerunt sed tamen transierunt. Uel ideo etiam merito memor ero tui quia [Omnia excelsa et fluctus tui] qui erant [super me] id est maior et minor pena que me superabant [transierunt] id est quieuerunt. recessit ira venit misericordia transierunt fluctus. venit tranquillitas: vbi abundauit peccatũ superabũdauit gratia: quia in ira sua non continuit misericordias suas deus. vnde et subditur

11 In die mandauit dominus misericordiã suam: & nocte cãticum eius. †

†Declarauit.

¶ [In die]: id est in tempore prosperitatis et gratie. Unde scriptũ est. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis [mandauit dominus misericordiam suam]: id est fecit nobiscum misericorditer. Sed quia et dies habet noctem et gratia tribulationem: omnes enim qui volunt pie viuere in christo persecutionem patiuntur. ideo [et in nocte] tribulationis mandauit [canticum] laudis [eius] Canticum enim in nocte est laus dei et gloriatio in tribulatione. Uel ideo etiam memor ero tui quia [In die] id est in prosperitate [mãdauit dñs] et docet [misericordiam

ij. Cor. v.

Cãticum in nocte quid est.

suam] et vult se predicari miseri- cordem: quia liberat de tribulatio ne[et nocte].i.in aduersis manda- uit[canticum eius]id est percepit exultare in ipso. Sed: quia dum tribulamur periclitamur nō solū laudare deū nos oportet sz et ora re. ideo subdit

12 Apud me oratio deo uitę meę: dicam † deo susceptor meus es. (†Domo.)

¶[Apud me].i.in me et mecum [est oratio]in tribulatione immo laus[deo vite mee].i.que fit deo qui prestat mihi vitam et presentē et eternam.q.d.int⁹ me.habeo qđ offeram: et vnde deo placeam non extra queram: nec de longinquo afferam: Hoc potest veraciter dice re qui intimo arcano cordis sui deum orat/non qui mēte extraua gatur: et quod dicit non intelligit. Et in ipsa oratione[dicā deo]qua si gratias agendo[susceptor meus es]id est me infirmū suscepisti ad curandū. Vel[susceptor meus es] ad protegendum ne in tribulatio ne succumbam Iterum autem in firma aia videns se inter tentatio nes tribulari gemendo conque- ritur dicens.

13 Quare oblitus es mei & † quare contri- status incedo: dum affli git me inimicus. (†Vt quid.)

¶[Quare] ergo[oblitus es mei] in miserijs me relinquendo. Sic enim laboro: quasi tu oblitus sis mei. videtur obliuisci domin⁹ ser- uos suos quādo permittit eos af- fligi/tentationib⁹ cōcuti: nec eos cito exaudit: nō visibiliter adiuuat [et quare cōtristatus]secundus sen suz carnis quē horret has difficul tates[incedo]ad te per viā huius vite [dum]id est quia[affligit me] tentando et tribulando interius et exterius [inimicus]visibilis et in uisibilis scz diabolus hereticus: ty rannus: falsus frater: mundus et corpus.q.d. vtinam liberes me ne sic affligar. Ideo autem dicit qua re. quia nescit aliquis vtrum hoc patiatur ad probationem siue ad damnationem. Affligit inqȝ et

14 Dum † confringun- tur ossa mea: exprobra- uerunt mihi qui tribu- lant me † inimici mei. (†Confrin git. †Hal. nō habet.)

¶[Dum confringuntur ossa mea] id est virtutes in quibus consistit robur mentis que aliquando tur- bantur ex afflictionibus: nam qua si ossa franguntur dum virtus patientie vel quelibet alia afflu- gitur et tot pesci: tunc inquam vl tra afflictionez etiam[e- probraue runt mihi qui tribulant me inimi ci mei] scilicet demones et homi- nes mali qui sunt eorum ministri exultantes et me irridentes: Vn- de in alio psalmo dicitur. qui tri- bulant me exultabūt si motus fu e ro. Et subiungit quomodo expro- brauerunt. (ps. xij.)

15 Dum dicunt per sin- gulos dies ubi est deus tuus: quare tristis es ani ma mea & quare con- turbus me?

¶[Dum dicunt]idest dicentes[mi hi per singulos dies]id est assidue [vbi est de⁹ tu⁹]tētātes me in de sperationē inducere de tua visiōe & maxime in tentationib⁹ ecclie ɔ̃ fidelibus. Quasi dicerent null⁹ est

deus tu⁹:ꝛ nõ apparet ꝙ habeas deum cum te nullus defendat vel te liberare nõ curat vel nõ põt. Et q² propter hoc anima turbata est ꝛ talis tentatio est simpliciter repellenda: ideo subditur [quare tristis es anima mea] per dolorem [et quare cõturbas me] per desperationem propter tales tentationes. Et ne dicas ideo ꝯturbor quia hic mala patior: sed potius

16 Spera in † deo quoniam adhuc confitebor illi † salutare uultus mei & deus meus.

† dño. psal.

ℭ [Spera] interim in [deo] expectando liberationem [qm̄ adhuc] post istas tribulationes [confitebor illi] in futuro confessione laudis cõtinue cũ ad sui cõspectum adduxerit vultũ meum dicens ei [salutare vultus mei ꝛ deus me⁹] tu es ꝛ non alius. De hoc vide supra. Repetit hic ipsam cõfessionẽ ꝛ spei confirmationem quia repetitio ꝯfortatio ẽ ꝯtra tribulatiões ꝛ tentationes frequentes. Orõ.

Vultus nostri mirificũ salutare: quem anime fideliũ ardenter sitiũt seruulorũ: tribue: vt dum te visibili lachrymarum imbre pasci requirimus inuisibiliter te intra pectoris nostri tabernaculũ collocemus. Per dominum nostrum.

Psalmus contra pressuras seculi: ne deficiamus in eis: neq; retrahant nos à deo: ac de separatione iustorũ à prauis & hic & in futuro.

Psalmus. XLII.

1 Iudica me deus & discerne causam meã de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

ℭ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ℭ Titulus hic ẽ. in finẽ ps Dauid. Hoc est psalmus iste dirigẽs nos in finẽ. i. in xp̄m cõuenit dauid. i. iusto ex societate prauorũ ꝛ miserijs huius vite afflicto: qui hic loquit ꝛ gemẽs iter malos petit ab eis separari. Qui ergo supra se ꝯsolat per spez quã habet in deo hic conquerẽs de permixtione malorum precatur ab eis separari nũc animo ꝛ in futuro ꝛ loco. ℭ Materia separatio iustorum a malis hic in causã: futuro autẽ separatio ꝛ loco ꝛ persone. ℭ Intentio monere vt iudicium ꝛ separationem malorum appetamus: ꝛ ne in pressuris deficiamus: sed in domino speremus. Seipsuz eñi ꝯfortando intẽdit cõfortare ꝛ debiles quosq; suo exẽplo. ℭ Ex his patet s̄nia ẽ gñali. Naz propheta in isto psalmo in ꝑsona iusti ṗcat non peccata sua discuti qd̕ periculosum est. sed causam suam ab impijs separari vt possit cum electis sociari. Qui eñi a malis hic in causa discernitur secur⁹ esse p̄t: quia in extremo iudicio totus ꝛ corpe ꝛ aia separabit. S̄nia in sp̄ali vidẽs ꝙ nũc malos cũ bonis corpe volens ab eis separari nunc aio ꝛ postea loco exclamat. [Judica me deus] ꝙ iustus es ꝛ misericors: ꝛ determinat qualiter accipit nomẽ iudicij cũ dr. [ꝛ discerne] hic ſ nõ locũ sal tez [causam meã] ꝛ merita ꝙ sunt causa vite [de gẽte non sancta] qd̕ quasi exponens subdit [ab homi

me iniquo] scilicet a persecutore manifesto et qui aperte malum facit [et doloso] scilicet insidiatore occulto et qui latenter decipe q̄rit et hec est gens non sctā [erue me] hic in p̄nti ne ab eis corrūpar. Ul' de futuro totū accipiēdo petit causam sue retributionis separari ab ipsis: vt hedis ad sinistram positis ipse sit ad dexterā cum electis, et debes hoc facere.

2 Quia tu es deus † fortitudo mea † quare me repulisti: & † quare tristis incedo dum affligit me inimicus?

¶ [Quia tu es] o [deus fortitudo] et virtus [mea] qua opus est vt s per hec scandala. i. a te est et depēdet mea fortitudo q̄ p me infirm⁹ et fragilis sum et non sufficio: nō de viribus meis presumo: nec aliū de hr̄e aliquam fortitudinem nisi a te solo et totā spē meā in te pono [quare] ergo [me repulisti] dimittendo me in afflictione cuȝ sis fortitudo mea. Nunquid inualida est man⁹ tua [et] etiā [quare tristis incedo] et ambulo p hāc miserias: q2 periclitor et nondū vici eā [dum affligit me inimicus] diuersis tētationibus. Ac si optando diceret vtinam vlterius affligi non permittas. Ut autem excludatur inimicus.

3 Emitte lucem tuam & ueritatem tuam: ipsa me deduxerunt & † adduxerunt in montē sanctum tuum & in tabernacula tua.

¶ [Emitte lucē tuā et veritatē tuā] i. aufer tenebras et da lucē aufer errorē et doce veritatē. Nisi eni nos illumines in tenebris sum⁹ nisi nos veritatē doceas errabimus: et q̄si iā impetrasset qd̄ orauit subdit [ipsa] scȝ lux et veritas tua [me deduxerūt] ab errore et iniquitate ne ab errarē de lata et spaciosa via q̄ ducit ad mortē ne perirē [et adduxerunt] per fidē charitate formatā [in montē sanctū tuū] .i. in pfectionē et eminētiā virtutū [et in tabernacula tua] .i. in vnitatē et societatē sctōrū scȝ in presentē ecclesiā. Tabernacula eni sunt peregrinātiū et militātiū: et nos hic peregrinamur a dn̄o et militamus aduersus diabolū. Non ait tabernaculū: sed tabernacula: q2 multe sunt cōgregationes iustorū: et in multis locis seruit dn̄o militia xp̄iana.

4 Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.

¶ [Et] ibi posit⁹ [introibo ad altare dei] scȝ [ad deū] videndū [q̄ letificat iuuētutem meā] nunc p spūs renouationem me veterem hominem exuendo et nouum induendo et in futuro me iuuenem factum et innouatum: deposita omni vetustate letificabit dando immortalitatē et impassibilitatē. Altare eni dei est ipse fili⁹ dei. Ad hoc autem altare introimus modo p fidē postmodū introibimus p speciē. Et in hoc altari modo offerim⁹ deo p̄ri vota et sacrificia cor contritū et humiliatū orōnes et p̄ces postmodū repulsa oi tristitia in eodē altari i ipa diuinitate sacrificiū tātūmodo offerim⁹ laudis et nō orōnis. Sed ad illam laudē quisquis peruenire appetit prius oportet vt hoc inchoet. Ideo subdit.

5 Confitebor tibi in cy-

Marginalia: timet. / vt qd / vt qd / Indu- / xerunt. / Via q̄ ad mortē ducit lata ē. / Dei fili⁹ altare est dei.

Tvt qd Tvt qd thara deus deus meus & † quare tristis es ani ma mea: & † quare con turbas me.

¶ [Cōfitebor tibi] .i. laudabo te et grās agā tibi [in cythara] id ē in tribulatione o [deus] oīm p crea- tionē [deus me⁹] p speciale voca- tionē. Cythara ab inferiori reddit sonū sicut psalteriū a supiori. Qui ergo pcepta dei facit τ nō patitur in psalterio cōfitet: q vo facit τ pati- tur (qd qdē ex inferiori natura est in cythara) cōfitet: Dicit ḡ cōfitebor tibi in cythara: ppter illō qd dire rat Quare tristis incedo dū affli- git me inimicus. Patiebat eñi ex inferiori afflictione τ in eo ipso vo lebat placere deo: τ gestiebat grās agere fortis in tribulatiōib⁹ [q̄re] ergo [tristis es aīa mea] i. tāta spe posita [τ quare cōturbas me] ob- nubilās serenitatē interni gaudij mei quasi dicat ne hoc facias: sed potius

Cythara ab inferiori reddit sonum

pōno 6 tn3 b5 tnō b3 Spera in † deo quo- niam † adhuc confite- bor illi: salutare uultus mei † & deus meus.

¶ [Spera in deo] nā in te expe- cta patiēter dñm remuneratorē et cōsolare [qm̄] lz cōfessus in tribu lationibus [adhuc] post has mise rias [confitebor illi] laude cōtinua cum electis: modo confiteor afflic- ctus futurū est vt adhuc cōfitear renouatus τ letificatus. Et hec ē et erit mea confessio scz [salutare vultus mei] quia me saluasti [et de⁹ meus] qz me creasti. Et hec est magna causa sperādi: quia salua- tor me⁹ ē vult⁹ mei .i. hñs vultū meū formā meā: τ p me ē homo

factus τ ipse est deus meus.

Oratio.

Te fontē perpetui luminis oīpotens deus inuocam⁹ τ q̄sumus vt emissa veri- tate tua cordib⁹ nostris noue nos lucis claritate perfundas. Per do minum.

Psalmus de prospe- ritate tēporali patrū ue- teris testamenti: & de grauitate temporalis afflictionis fidelium te- stamēti noui.

Psalmus. XLIII.

Deus auribus nostris audiui mus: patres no stri annuncia- uerunt nobis.

¶ Auctor psalmi pphēta Dauid.
¶ Titulus talis est. In finē psal- mus filijs Chore ad intellectum. Et est sensus psalmus iste dirigēs nos in finem: id est in christum: et in eternitatē: attribuitur seu pro ponitur filijs Chore id est passio- nis et sanctis martyribus ad in- telligendum id est vt intelligant cur deus videtur fideles noui te- stamenti derelinquere temporalia subtrahendo et affligi permitten- do cum patres antiquos iuuerit in manu valida: et eis apposuerit temporalia: quod ideo facit deus vt contemnant temporalia τ desi- derent eterna vt sciant per tempo ralia bona data antiquo populo significata esse spiritualia bona que iam dantur christiano po pulo et plenius dabuntur in

futuro. Et est ille psalmus confortatio et confirmatio infirmorum. Fideles enim qui supra gemunt inter malos nunc vt consolentur et patientiam habeant monentur vt intelligant nos hic vocari ad agonem non ad securitatem: in futuro vero ad coronam: non hic prosperandum sed tribulandum: in futuro vero gaudendum.

¶ Materia: prosperitas temporalis patrum veteris testamenti et tribulatio fidelium testamenti noui.

¶ Intentio: nos inuitare ad patientiam et consolationem in temporalibus tribulationibus habendam: ac monere ad contemptum terrenorum et appetitum celestium. ¶ Sententia in generali. propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis et iusti in afflictione mentis vel corporis positi et specialiter in persona martyrum imitatorum christi recolit beneficia et bona populo antiquo exhibita: et explicat mala que nunc fideles sustinent in hac vita: petitque a malis ipsis liberari misericordia et virtute diuina. ¶ Sententia in speciali: propheta ergo in persona fidelium et martyrum recolit preterita dicens. [Deus auribus nostris] scilicet audiendi et cordis [audiuimus] id est cognouimus et intelleximus. Audire enim auribus est ad plenum audire vt et cor intelligat. Unde et dominus in euangelio. Qui habet aures audiendi audiat. Multi enim habent aures carnis non cordis: quia exterius audiunt interius non recipiunt. Nam [patres nostri] quia noluerunt nos decipere scilicet patriarche et prophete non qualescunque homines [annunciauerunt nobis] per scripturas suas et libros autenticos. Et quid annunciauerunt?

Audire auribus quid est.

Luce. viij. a.

2 Opus quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis.

¶ [Opus] scilicet miraculosum [quod operatus es in diebus eorum] vt est eductio de egypto. per mare traductio: custodia in deserto et in terram promissionis inductio et cetera talia. et [in diebus antiquis] scilicet opus quod fecisti in exordio de creatione celi et terre de his que contigerunt ante diluuium que omnia spiritualiter implentur in nobis. Et hoc est opus quod fecisti in diebus eorum: quia.

3 Manus tua gentes disperdidit & plantasti eos † afflixisti populos & exuisti eos.

† insti- masti.

¶ [Manus tua] id est virtus et potentia [gentes] terre promissionis [disperdidit] morte et aliis modis [et plantasti eos] scilicet patres nostros in eadem terra firmando habitationem eorum in illa sicut in terra firmatur planta que ad hoc plantatur vt radicet et fructificet. Nota ex hoc ordine quod prius naturaliter remittuntur peccata quam infundatur gratia. iuxta illud. Egressus vitiorum virtutis operatur ingressum. Dispersio enim gentium significat extirpationem vitiorum plantatio patrum infusionem et conseruationem virtutum. Et hoc factum est non facile immo post [afflixisti] per multa bella [populos] qui ibi erant [et sic expulisti eos] de terra sua. Cum multa difficultate sunt eiecti: et te opus cum multa difficultate inolitam malitiam vincere. vix enim dediscitur vitium cui aliquis assueuit. Hec itaque tu fecisti non patres nostri.

Peccata prius naturaliter remittuntur quam gratia infundatur.

4 † Nec enim in gladio suo † possederunt terram: & brachium † eorum non † saluat eos.

† non † hereditate. † ipsorum

¶ [Nec enim in gladio suo] id est in

virtute armorū suorum patres nostri[possederunt terram]iudam[τ brachium eorum].i.fortitudo naturalis τ robur]non saluauit eos] de manib⁹ inimicorū.q.d.Nec per se habuerunt terram:nec p se sunt saluati.Si enim seipsos non potuerunt saluare ab illis gētibus: multo minus ɔstat vt propria virtute terras illorum potuissent possidere.Brachiū igitur non saluauit eos

5 Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio uultus tui: quoniam complacuisti in eis.

¶[Sꝫ dextera tua]. i. propitiatio τ fauor grē tue[τ brachiū tuū] .i.potētia tua τ fortitudo quā eis dedisti[τ illuminatio vultus tui] i.claritas τ manifestatio pñtie tue certis signis ostense:scꝫ miracula que erāt eis demōstratio patiētie tue.Talibus enī signis eis affuisti vt effectu signorum tuam presentiam insinuares:τ hoc fecisti non meritis suis:sꝫ[qm̄ cōplacuisti tibi:τ placitū tuū collocasti[in eis] i.ex beniuolentia tua:qꝫ placuit tibi vt illis hoc faceres:τ qꝫ ita bñ fecisti illis patribus corporaliter: spero ꝙ similiter mihi facias spiritualiter. Nam

6 Tu es ipse rex meus & deus meus: qui mandas † salutes Iacob.

†salutē

¶[Tu es ipse]non mutatus qui hoc illis fecisti/es[rex meus]τ rector regēs me spiritualr̄ secundum bonos mores τ virtutes[et deus meus]creator τ conditor quē adoro τ colo:tu me soles ducere vt rex: tu mihi soles subuenire vt de⁹.[ꝗ mādas] fieri[salutes] corporales [iacob].i.illi pplo antiq̄ descēdēti de iacob.Et p salutaria mandata tua spūaliter saluas eos ꝗ luctantur[τ vita supplantant.q.d.tu es vnus τ idē modernorū τ antiquorum fidelium:τ ideo que illis tunc tēporaliter fecisti hec nobis τ cuilibet fideli luctatori τ supplantatori vitiorum spiritualiter facies. τ sicut illos iuuisti ita τ nos.vnde sequitur

7 In te inimicos nostros uētilabimus † cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in † nobis.

†al.nō habet. †nos.

¶[In te]pro pugnatore nostro et p te ocēs[inimicos nostros]scꝫ carnem/eius voluptates fugiendo: mundum/eius vanitates contemnendo.diabolum/eius tētationib⁹ resistēdo[ventilābimus].i.proijciemus τ dispergemus sicut paleā a granis separantes[cornu].i.tua virtute seu fortitudine et defensione nō nostra[τ in nomine tuo] christiano a te nobis dato:vel in nominis tui inuocatione[spernemus]id est suppeditabimus τ pro nihilo reputabimus aduersarios [insurgentes in nobis].i.contra nos:τ nos impugnantes.Et bene dico in te τ in nomine tuo

8 Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus nō † saluabit.

†saluū faciet.

¶[Non enim in arcu meo sperabo].i.in ꝓuidētia τ prudētia mea humana:vel in calliditate τ occulta defensione.Arcus enim a lōge

trahit

Arc⁹ longe trabit ꝛ occulte ferit

a trabit ꝛ occulte ferit. Et quasi i ar cu suo sperat qui prudentie sue in nititur et in sensu suo confidit [et gladius meus] .i. fortitudo mea ꝛ violenta defensio [non saluabit me] sed tu. Sicut et patres nostri non sperauerunt nec saluati sunt in suo arcu vel gladio. Singulariter loquitur propter humilitatem: quis in persona plurium vel ecclesie loquatur. Hec sunt duo in quibus valde confidunt homines seculi, scilicet in calliditate propria et virtute. Sed ille totam saluationem suam in deo constituit: vnde subiungit:

9 † Saluasti enim † nos † de affligentibus nos: & † odientes nos confudisti.

† Salos nos † fecisti † ex † eos q oderũt

¶ [Saluasti enim nos] .i. saluabis. vbi preteritum pro futuro ponit: quia tam certum est quasi iam factum sit. [de affligentibus nos] modo propter te scz ab inimicis visibilibus et inuisibilibus qui nos hic affligunt. [ꝛ odientes nos] .i. in odio nostro perseuerantes [confudisti] .i. confundes: ꝛ erubescere facies quando dãnabuntur ostendendo eis mala que fecerunt: dãna bonorum que amiserunt: penas eternas quibus puniendi sunt. Confusis autem inimicis

10 In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in † seculum.

† seculo

¶ [In te [deo laudabimur] nõ arrogãtes de gloria quia tu es laus ꝛ gloria nostra [tota die] : idest in perpetuitate q nõ est interpollata noctib⁹, sed tota est dies. Tunc enim erit vn⁹ dies cui nũc succedit nox: vna eternitas tũc erit laus vnicuique a deo [ꝛ i nomine tuo] .i. ad honorẽ nominis tui. [confitebimur] tibi cõfessione laudis [in seculũ] .i. semper ꝛ sine fine hoc est laudabimus te que es gloria nostra: laudabimus ergo ꝛ laudabimur nos in te: ꝛ tu in nobis. Ita ergo fecisti antiquis in preterito: ꝛ ita facies nobis in futuro.

11 Nunc autem repulisti & confudisti nos: & non egredieris deus in uirtutibus nostris.

¶ [Nũc autẽ] in hoc tpe meo [repulisti nos [id est videris repulisse p hoc q pmittis nos affligi [ꝛ cõfudisti nos] in facie iniquorum quibus hic habemur opprobrio tanquam frustra in te sperauerimus [et non egredieris] vlterius o [deus] euidenter .i. non videris egredi manifestus: et apparere [in virtutibus nostris] ostẽdẽdo tuã psentiã i virtute ꝛ fortitudine nostra ↄtra hostes sicut olim patribus faciebas: i hoc tpe ad exercitationes repellimur, ꝛ cõfundimur vt in eternum glorificemur: nũc nõ egredieris in virtutib⁹ nostris vt nos in posterum perpetua virtute corrobores:

12 Auertisti † nos retrorsum † post inimicos nostros: & qui oderũt nos diripiebãt sibi.

† ante † pre inimicis nr̃is.

¶ [Auertisti] .i. auerti permisisti. [nos retrorsum post inimicos nostros] vt nos victos post se trahãt vt illi sint ante: nos retro. vt illi victores: nos victi deputemur. [et q oderunt nos diripiebãt] nos tãq in pdã. [sibi] alios trahentes: alios flagellãtes: alios i carcerẽ mittẽ-

tes: alios accidētes: alios diuersis tormentis vexantes. Hoc cōtra illos q̄ de claustro reuertūtur ad seculum: quos demones faciunt sibi predam.

13 Dedisti nos tāquàm oues escarum: & in † gētibus dispersisti nos. †natio nibus.

¶ [Dedisti nos] persecutorib9 ad interficiēdū vel feris ad vorandum hoc est viliter occidi permisisti [tāquā oues escarum] que interficiuntur vt ab hominib9 vel lupis deuorent. [& in gētibus dispersisti nos] id est dispergi permisisti per captiuitatem & venditionem vt nos in seruitutem redigerent: ad tempus dominarentur nostri. In gentibus etiam dispersi sunt quando Petrus rome crucifigitur: & Thomas in india moritur: & innumeri martyres per innumera loca occiduntur.

14 Vendidisti populū tuum sine precio: & nō fuit multitudo in † cōmutationibus eorum. †iubila tiōib9.

¶ [Vēdidisti] i. vēdi: & in mortem tradi permisisti [pplm tuū sine pcio] i. sine compensatione & lucro. Quasi sine pcio ppls scōrum martyrū vēdebat qn̄ tam pciosus sanguis fundebat: & exēplo eorū nullus ad redemptionem & salutē cōuertebat qn̄ occidebant & neminē lucrabant: & si aliq erāt qui cōuerterent ad cōparationē martyrum pauci erant: & hoc est quod subdit [et non fuit multitudo in commutationibus eorū] scilicet martyrum i. pauci p eis acqrebant: qz martyres occidebantur: et pauci de occidentib9 conuertebantur. Insuper preter dura etiā turpia patimur. nam

15 Posuisti nos † opprobrium uicinis nostris: subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro. †in

¶ [Posuisti nos opprobrium vicinis nr̄is] circa nos existētib9. Grauis est afflictio que a vicinis ingeritur: quia non transitorie dicitur nec cito finitur. Uel [vicinis nris] idest ad fidem appropinquantib9 & venire volentibus qui videntes mortem nostram ita probrosam retrahebant se a fide: & posuisti nos [subsannationē] naso [& derisum] ore [his qui i circuitu nostro sunt] & nobiscum non sunt & tamen subsannant et derident nos: vel qui nos circundant & vt capiāt & occidant.

Afflictio grauis est q̄ a vicino igerit.

16 Posuisti nos in similitudinem † gentibus: commotionem capitis in populis. †in nationib9.

¶ [Posuisti nos in similitudinem] & exēplū [gentibus] vt cum alicui maledictum inferre vel malū contingere velint: de nobis formā maledictionis sumant: & nos in exemplū proponāt nr̄am miseriā sibi imprecādo dicētes sic pereas vt Laurenti9 & huiusmodi: & posuisti nos [commotionem capitis in populis] ad insultandum nobis vt videntes nos continue cum derisione & indignatione mouendo capita insultēt nobis sicut & xp̄o insultauerunt mouentes capita sua.

17 Tota die uerecundia mea contra me est: & cōfusio † faciei meę † cooperuit me. †vult9 mei †opuit

¶ [Tota die] .i. assidue [verecundia mea] seu pudor & erubescētia tantorū opprobriorum [contra me est] .i. corā me & añ cōspectū meū [& cōfusio] seu rubor & ignominia [faciei mee] q2 in facie maxime apparet verecūdia & cōfusio [cooperuit me] .i. ex omni parte mihi occurrit: tāq̄ essem ea opertus. Per hoc enim q̄ dicit me: non facies/ nō solū faciei sed etiam totius corporis indicauit horrorem. Et hec confusio procedit et euenit mihi

18 A uoce exprobrantis & obloquentis: à facie inimici & persequētis.

¶ [A voce exprobrantis] .i. insultantis & in faciē maledicētis aperte. [& obloquētis] .i. dolose mordētis & in absentia detrahentis occulte [a facie] .i. a presentia & instātia [inimici] in volūtate & odio habentis corde. [et persequentis] in actu & opere. q.d. aduersarij mei persequuntur me ore corde & ope.

19 Hec omnia uenerūt super nos † nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo.

† & obliti non.

¶ [Hec] predicta [oia] valde grauia simul [venerunt super nos] & amore tui ea toleram⁹ [nec obliti sumus te] dimittēdo cultū tuū tāq̄ obliti essem⁹ tui [& iniq̄ nō egimus in testamento tuo] .i. in lege: mādata eius trāsgrediēdo. vel fidem tuā quā in baptismo pacti sumus abnegādo. q.d. inter tot aduersa h3 pcepta tua nos habuim⁹ nec fide nec operatiōe a te recessimus. Magna hic martyrū cōstātia & perfectio cōmendatur. Sed nos si vel leue verbū iniurie audimus mox ad iracūdiam exardescimus: vindictā si possum⁹ exquirim⁹ si non possumus odiū in corde qd' est venenū diaboli portam⁹. Obliuiscimur deū: obliuiscimur charitatem & patiētiā: inique agim⁹ in testamēto dei mādatorū ei⁹ puaricatores facti. Ad hoc igit̄ h̄ scripta legim⁹ vt quanta pro amore dei martyres sc̄ti pertulerūt vigilanter attendamus: attendentes nostram fragilitatem et impatiētiam deploremus & corrigamus. Sed adhuc quid dicāt audiamo.

Odium venenum diaboli.

20 Et non recessit retro cor nostrum: & declinasti semitas nostras † à uia tua.

† de

¶ [Et nō recessit retro cor nr̄m] bōa dēserēdo & ad mala dēclinādo: vl' de bōitate tua desperādo s3 sp̄ ad ea q̄ añ sūt nos extēdim⁹ ad p̄missum brauiū festināter [& dñe sic tribulamur [declīasti] .i. declinare fecisti: q2 deriuasti & tulisti [semitas nr̄as] sc3 carnalium cogitationū desideriorum voluptatū & p̄speritatū [a via tua] certa & angusta: & ōndisti nobis viā tuā sequēdam q̄ ducit ad vitā. Cōmēdatio diuine gr̄e est. Quisq̄s viā dn̄i ingredit̄ ne tāq̄ de iustitia sua gliet̄ p̄teritas vias su[as] ad memoriā d3 reducere & pensare de quātis cōcupiscētijs & dēsiderijs malis: de quātis voluptatib⁹ et negligentijs p̄ grām suam liberauerit eū misericors de⁹. In h̄ aūt & id declnasti.

21 Quoniā humiliasti † nos in loco † afflictionis: & cooperuit nos umbra mortis.

† de † infirmitatis † operuit

C[Quoniã humiliasti nos in loco afflictiõis].i.in hoc mũdo vbi affligimur ꝓpter te:qui est locus afflictionis ac vallis plorationis & miserie non letitie.sed mali vtũtur mundo pro paradiso:et peregrinatione terre pro habitatione patrie.Quia hũiliauit nos deus affligẽdo ideo declinauit nos a superbia nostra quaten⁹ humiliati semitas nostras relinqueremus & sequeremur vias domini:etiã ex illa humilitatiõe[cooperuit nos] i.vndiq; tanq̃ experimento circũdedit[vmbra morti]nõ vera mors sed vmbra. non mors anime:sed mors carnis.Umbra mortis carnalis mortalitas:vera mors damnatio:cum diabolo. Uel[vmbra] id est timor [mortis] quia causatur a morte sicut vmbra a corpore.Sed propter hec omnia mala non sumus obliti te.quia.

22 Si obliti sumus no-
men dei nostri: & si ex-
pandimus manus no-
stras ad deum alienũ.

C[Si obliti sum⁹ nomẽ].i.bonorificentiã[dei nr̃i]vt ab ei⁹ fide & cultu tãq̃ ei⁹ obliti recederemus [et si expandimus man⁹ nostras] scʒ per modũ orantiũ vel offerentium[ad deũ alienũ]venerandũ & colendũ.qui neq; nos creauit neq; bonum nobis fecit:et si sumus ydolatre.Et nõ solũ ydola sed etiã vitia per hec pñt intelligi.quorũdam enim deus venter est & auaritia:que est ydolorũ seruit⁹.& cetera huiusmodi.Expandit etiam manus ad deum alienũ:qui operatur ob fauorem humanum.

Deus quorũdã est venter & auaritia.

23 Nonne deus requi-
ret ista? ipse enim nouit
† abscondita cordis.

†occulta.

C[Nõne de⁹ requiret]et exiget[ista].s.ita manifesta in districto examine & iusto iudicio ad puniẽdum ea.q.d.vtiq; sic.nam et occulta requiret.vnde sequitur[ipse enim nouit abscondita].i.occulta & cogitationes[cordis]quo scʒ corde magis religio geritur q̃ deuotione corporis.& ideo solus potest iudicare non solum de manifestis sed etiam de occultis propter qđ non reqret a nobis.ipse em̃ testis est cõscientie nostre:& nouit quia non obliti sumus eum:quod ex hoc apparet

24 Quoniam propter
te mortificamur tota
die: † æstimati sumus †deputati.
† sicut oues occisionis. †velut

C[Qm̃ ꝓpter te]o deus & tuam dilectionem [mortificamur].i. diuersis tribulationibus opprimimur[tota die].i.incessanter & assidue[estimati]et reputati[sumus] ab hoĩbus[sicut oues occisionis] s.nõ fetose ad occidendum deputate:q2 non reputamur idonei nisi ad occasionem:& occidimur sine aliqua reluctatione.Scti viri mortificãtur sanguinem suum pro xp̃o fundẽdo. proximis cõpatiẽdo.carnem macerãdo.vitia resecãdo culpas lachrymis lauãdo.& hoc tota die/q2 tota vita sctõrũ martyriũ est.Igit̃ q2 ꝓpter te ista patimur

25 Exurge quare ob-
dormis domie? exurge
& ne repellas † in finẽ. †vsq;.

C[Exurge] gerẽdo curam tuorũ et ferendo opem[quare obdormis dñe?].i. videris negligere. Quasi dormit domin⁹ qñ dissimulãdo nõ liberat.excitat̃ deprecatiõib⁹ & laborãtes adiuuat.Querit̃ autẽ q̃re obdormit q2 incertũ est vtrũ hoc

rit ex ira an ex mia: verũ eum velit ad tẽpus ꝓbare ⁊ corrigere an ex toto relinqre. ⁊ ideo orat. d. [exurge] [tãq̃ vigilans] [⁊ si hic ⁊ ad tẽpus repellis] [ne repellas] nos [in finem] [ⁱ consumptionem. i. omnino et ex toto. Si vis vt tribulemur ⁊ tentemur: ne finas vt frangamur et pereamus.

26 Quare faciem tuam auertis: obliuisceris † inopię nostrę & tribulationis nostrę.

† inopiam nostrã ⁊ tribulationẽ nostram.

¶ [Quare faciẽ tuam] [ⁱ grẽ tuẽ pñtiã] [auertis] [ⁱ abscõdis ac beniuolẽtiã quã erga nos habes non ostendis. quasi irat⁹: quasi non adsis: quasi oblit⁹ sis nostri [obliuisceris inopie nr̃e] [ꝙ ꝓpter te relinquimus terrena ⁊ modo sum⁹ q̃si sine ope sine solatio [⁊ tribulationis nr̃e] [ꝙ pro amore tue tribulamur ⁊ nõ eripimur. Et si nos nescim⁹ tu scis q̃re: quia non nisi iuste. vnde hoc dicere nõ est querela sed supplicatio pari cordis pia. Et non debes obliuisci:

27 Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: † cõglutinatus est in terra uenter noster.

† adhesit.

¶ [Qm̃ humiliata est in puluere] [supra nos in signũ penitẽtie sparso [aĩa nr̃a] [recordatione peccatorũ. hoc est ad penitẽtiã cõpũcti sumus aiam peccatoꝝ memoria cruciando: ƀm morem penitentium ⁊ ad modũ tribulatorũ cineres super capita sua ponẽtiũ [cõglutinatus est i terra] [. i. adhesit terre [venter nr̃] [in eadẽ penitẽtia tota corporis effusiõe extẽsus vt sit ꝓstratis toto corpe tẽsis: hoc aũt dicendo summam humilitatẽ ostẽdit. Qui enĩ genua terre affligit habet quo plus humilietur. qui vero flexio terre prosternitur non habet vlterius quo humilietur. q. d. nimiũ humiliati sumus: vltra quo humiliemur non habemus: iam peruenit vsq; ad summũ hũiliatio: veniat ⁊ assit tua miseratio. Jõ concludit

28 Exurge domine adiuua nos: & redime nos ꝓpter nomen tuũ.

¶ [Exurge dñe] et ne dissimules sicut dormiens [adiuua nos] [laborãtes [⁊ redime] [. i. libera [nos] [tãtis malis oppressos adiuua in bonis libera a malis: ⁊ hoc nõ propter meritum nostrum sed gratis ꝓpter nomẽ tuũ dilatandũ ⁊ glorificãdum: vt cognoscaris ⁊ lauderis ab omnibus qui es deus in secula bñdictus. Oratio.

Exurge dñe in auxiliũ nostrũ: ⁊ erue nos ab opprobrijs vitiorũ: et qui corã pñbus nostris inimicarũ gẽtium regna vicisti/a persequentib⁹ inimicis vultus tui illuminatione nos eripe. Per dominum.

Psalmus de nuptijs Christi & ecclesiæ, ac de ipsius Christi sponsi & ecclesiæ suę sponsę multiplici laude & commendatione.

Psalmus. XLIIII.

1 ERuctauit cor meum uerbum bonũ: dico ego opera mea regi.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titulus hic est. In finē pro his q̄ commutabunt filijs Chore ad intellectū cāticū pro dilecto. Hoc est canticū istud q2 hec est exultatio pro eternis: tēdens in finē.i. in cōsummationē: habitū pro his q̄ cōmutabunt..i. pro cōmutādis in melius ꝛ pro dilecto pris.i. xp̄o cōmutāte. sc3: pro sponsa ꝛ spōso: q2 est pro laude vtriusq3: scribit filijs chore.i. xp̄i et imitatoribus passionum crucifixi. ad intellectum.i. vt intelligāt ꝛ venerent mysteriū tāti decoris ꝛ grē sc3 coniunctionis xp̄i ꝛ eccl'ie. Hec ergo ecclesia que in p̄cedēti psalmo tāta pati describitur in hoc psalmo laudibus extollitur ꝛ pro ipsa xp̄s cōmendat vt intellecta eminentia xp̄i omnē maculā ꝛ rugā deponat: ꝛ per ornatū virtutū dignā se tanti sponsi amplexib9 exhibeat: vnde premittitur pro his qui cōmutabuntur: ꝛ sequitur pro dilecto. ¶ Materia: nuptie xp̄i ꝛ ecclesie: spōsi ꝛ sponse regis ꝛ plebis. ¶ Intētio: monere ad laudem sponsi ꝛ spōse ꝛ fideles exhortari vt taliter viuere studeant quatenus se vni viro sc3 xp̄o virginē castā exhibeāt vt in nuptijs a dextris sponsi sui sedeāt. ¶ Sn̄ia in generali: propheta spūsancto repletus et celestib9 epulis saginatus in isto psalmo preconia dei se eructaturus p̄mittit: ꝛ xp̄m sponsum ꝛ ecclesiā suā spōsam a multis laudat ꝛ magnificat. ¶ Sn̄ia in sp̄ali: propheta ergo q̄si ad has nuptias intromitti desiderās vt sibi aperiat se velle spōso cantare dicit [Eructauit] q̄si de pleno ꝛ plenitudine diuīe grē spūalis [cor meū] qd̄ cōcipit verba.i. mens mea intus plena grā. [verbum bonū] hymnū deo sciz carmē qd̄ dicitur9 iam. et exprimēs ad cu9 honorē eructat v̄bū subdit [dico ego].i. dicere ꝛ cātare gestio [opa mea].i. dictamina ꝛ carmina mea.s. hunc psalmū de laudib9 cōpositū [regi] regū iesu xp̄o q2 ex eo habet.i. ad xp̄i ꝛ similiter ecclesie sue sponse laudē ꝛ cōmēdationem dicā ergo hoc epithalamiū i. laudē thalami ꝛ carmen nuptiale. Tūc predicator opera sua regi dicit/quando fructū p̄dicationis deo attribuit. Et ne eum aliquid a se putares dicere subiungit. Epithalamium qd est.

2 Lingua mea calamus scribæ: uelociter scribentis

¶ [Lingua mea] in faciēdo ꝛ pronunciando hoc carmē: fuit [calam9] ꝛ pēna seu stylus ꝛ graphiū scribe: id est scriptoris [velociter scribentis].i. spiritussancti q̄ in docendo nō indiget interuallo: quia dixit ꝛ facta sunt. velociter etiam se dicit scribere quia que dicit et scribit cito ventura nouit. Spiritussanctus est quasi scriba a quo lingua quasi calamus regitur dū eius ministerio spūs loquitur. Calamo linguā suā cōparat: vt p hoc intelligat scripsisse que dicit. Deinde sicut promiserat laudes regis sponsi decantat et conuertēs se ad christum primo laudat eum a forma et eloquentia dicens: Spiritussanct9 est q̄si scriba.

3 Speciosus forma præ filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternum.

¶ [Speciosus] es [forma pre filijs hoim] fuit enim speciosissim9 vt pote virtute spiritussancti qui deficere in opere suo nō potuit de v̄gie nat9. Uel'iō speciosus q2 sol9

immanis a peccato qd' summa et vera est pulchritudo. et quia non solū homo sed etiā filius dei [diffusa ē grā] [sc. eloquentie fructuose [in labijs tuis] q: mirabāt oēs de verbis grē q̄ pcedebāt de ore ei9. Uel quia per eum verbum gratie et reconciliationis mundus accepit: nam penitentiam in remissionem peccatorum predicauit [propterea] et propter hanc gratiam per te mūdo datam [benedixit te] hoiem [deus] pater [in eternū] nō ad tps dando tibi nomē qd est super oē nomen et regnū cuius non erit finis Uel q: hic et in futuro semper bndicet xps. Deinde laudat eum a potestate et fortitudie d. Et tu talis rex

4 Accingere † gladio tuo super femur tuum potentissime.

†gladium tuum circa

¶ [Accingere] ad pugnandū [gladio tuo] spūali. s. vbo dei. i. euangelio. De quo apls ait. et gladiū spūs qd est vbū dei. [sup femur tuum] id est super carnē siue corpus. Accinxit eni gladiū sup femur suū q: in carne assumpta pdicauit euāgeliū q̄ pcidit vitia et errores circa fidē et mores. male coherētia separauit et inimicos pstrauit: ac mūdum debellauit. et h' [potētissime] i. fortiter et vtiliter vtere vbo pdicationis tue nō segniter neq: leuiter. pdicauit eni q̄si ptātē habēs: et vita sē pdicatiōis pfirmauit miraculis

Ephe. vj.

5 Specie tua & pulchritudine tua † intēde prospere pcede & regna.

†et

¶ [Specie tua] quantū ad morū sanctitatē [et pulchritudine tua] quantum ad diuinitatis decorē: ni etiam accingere et accinctus [intende] et intētus sis ne remisse agas: sed potius [prospere] i. ad prosperitatem ecclesie liberans homines pereuntes [procede] p viā hui9 vite regnum dei pdicando et contra diabolum pugnando [et] sic totius mundi imperio precioso sanguine tuo redēpto ac diabolo superato [regna] nunc in ecclesia militante et eternaliter in triumphante Regna in fide hoim tuam potentiam ostendēdo: et eos regendo q̄ semp regnasti ab eterno. Regna iq̄ et h

6 Propter ueritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

¶ [Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam] i. quia es verus per te et per tuos veritatē docendo. et mansuetus malos ferendo. et iustus vite iustitiam ostendēdo q̄ omnia decent regem. Ueritatem q̄ppe exequens mansuetudinem cū iustitia cōseruauit: vt nec iustitiā amitteret [et deducet te] inoffense p cursus toti9 vite [mirabiliter] quia oēs mirabunt. vl' quia mirabilia facies [dextera] i. fortitudo virtus et potētia tua/ sc. deitas/ cuius organum fuit humanitas et ideo in omnibus monebatur secundum motum deitatis. Et

7 Sagitte tue acute †: populi sub te cadent in † corda inimicorum regis.

†potētissime.
†corde

¶ [Sagitte tue] i. vba pdicationis tue ex ore tuo et aploꝝ emissa sunt [acute] q: cordis iteriora penetrāt. et sic vba dei vocantur sagitte q: occlte hoies alliciūt: et gladi9 q: manifesta rōne hoies deo adherere faciunt et per eas sagittas vulnerati [populi inimicorum] q̄ fuit

Dei vba sagitte vocant

siones & mordētes locutiones ipo rum sunt[arma & sagitte]quia eis tā q̄ armis & sagittis modo de prope modo de longe modo manifeste: modo occulte vulnerare moliti sunt [& lingua]est [gladius eorū acutus]q̄ velociter & cito necat. Deinde propheta videns in spiritu dn̄m vsq3 ad morte hu miliatū: & post tantā humiliationē eum resurrecturum exultās & gau dens exclamat dicens.

7 Exaltare super cælos deus: & † in omnem terram gloria tua.

¶[Exaltare]vt q̄ pendēs in cruce tāq̄ homo videris in maiestate cum patre regnare cognoscaris[sup celos deus]ad literam qm̄ sedet ad dexterā patris & super celos etiā spirituales quia angelos habet sub iectos[& sic[in omnem terram]dilatetur[gloria tua]& vbiq3 extendat quod modo cōpletū est: dn̄o eni residente in celis vbiq3 terrarum predicata est gloria resurrectionis eius & diuinitatis. Vel laus tua exaltetur & transcendat celos & spūs celestes & vbiq3 manifestetur gloria tua p̄dictos malos humiliando vt omnes habitatores terre te glorificent adorando. Deinde ad verba passionis redit & in persona domini.d.

8 † Laqueum parauerunt pedibus meis: & icurrauerūt animā meā.

¶[Laqueū]quasi latenter[parauerunt]filij hoim[pedibus meis] i.deceptionē actibus meis pretenderūt ponendo insidias ad me supplantādum & capiendū[& incurrauerunt animam meam].i.incurnare & flectere conati sunt a rectitudine veritatis & iustitie. Laqueum etiā pedibus nr̄is maligni spūs & coꝝ ministri parāt: quia occlta tētamēta bonis nr̄is actibus p̄tendūt vt ipediant. Aia vero curuatur: cū de bono ad malū reflectitur: cū desiderio supnoꝝ relicto terrenis desiderijs implicatur. pudeat ergo terrena cōcupiscere & dorsa metuū maligni spiritibus ascendere & transire volentibus curuando prebere. hoc fecerunt sed non me ignorāte. Nā

9 Foderūt ante faciē meam foueam: & † inciderunt in eam.

¶[Foderunt ante faciē meam]i.me sciente[foueā]querētes me decipere & perdere: & hoc agendo nō mihi sed sibi nocuerūt. Vn̄ sequitur [ipsi inciderūt i eā]quia volētes me decipere decepti sūt: & parātes mihi mortem seipsos interius occiderūt. Nemo prius peccat in alterū q̄ in seipsum. Fouea peccatoris est mala ꝯscientia ibi necesse est oēs malos cadere. Et bene ait ante faciē meā: quia nō eum latuit: sciēs est traditus/volens occisus. Ex quibus verbis verba nobis insinuatur dn̄i nr̄i patientia. Unde & subdit. Ita illi parauerunt foueā & mortem ad opprimendum. Sed

10 Paratum cor meum deus paratū cor meū: cantabo & psalmum † dicam †.

¶[Paratū]est[cor meū]o[deus] amore tui ad oia libenti aio sustinenda. Itē [paratū]est[cor meū] ad te laudandū & tibi gratias agēdum. vel repetit ad confirmationē vt pseuerātiā notet in patientia posset eni ad horā sustinere & postea deficere. Illi iciderūt in eā: ego aūt[cātabo & psalmū dicā].i.verbis grās agā & operibus: & glorabor

Marginalia: † sup (at 7); † meū, scapulam (at 8); † ipsi (at 9); peccatoris fouea q̄ est; † psallā dn̄o (at 10)

in tribulationibus. Ad dei laudes cantus cum psalmo debet concordare vt quod ore profertur commendetur et opere. Et hec due predicte geminationi reddidit q: ad vtrumque paratus fuit deinde expleta passione carnem suam denunciat suscitandam cum subiungit.

11 Exurge gloria mea: exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

¶ [Exurge] potenter o [gloria mea] id est caro mea glorificata et que es causa glorie mee. Et repetendo aliud addens subdit [exurge psalterium] id est caro diuina operans [& cithara] i. caro humana patiens: psalterium enim a superiori reddit sonum cithara ab inferiori: per psalterium ergo ad citharam vna caro xpi intelligit & duo factorum genera scz miracula que desuper fuerunt et significant per psalterium. Et passiones & necessitates que ab inferiori fuerunt et significant per citharam. Et hec duo gna factorum surrexerunt & euangelium impleuerunt: vtraque in gentibus predicantur & dño confitentur: declarat etiam sue resurrectionis horam cum addit [exurgam diluculo] i. mane: mane enim prima sabbati resurrexit dominus iesus. vel in persona ecclesie & fidelis. Vel [exurge gloria mea] i. in me laus diuina excitetur propter beneficia mihi diuinitus exhibita [exurge psalterium & cithara] id est laus de superioribus dei factis & inferioribus [exurgam diluculo] i. prompte et volenti animo. Et sic

Xpi caro vna p psalterium et citharam intelligit

12 Confitebor tibi in populis domine: & † psalmum dicam tibi in gentibus.

†psallam.

¶ [Confitebor] confessione laudis [tibi o dñe] i. ad honorem tuum hoc est laudabo et [in populis] i. in iudeis [& psalmum dicam tibi] i. laudem et bonam operationem predicabo: non solum in iudeis sed etiam [in gentibus] i. inter gentes vt & ipsi adhoc proueniant et celestem acrum tota tibi pluat ecclesia. Ecce fructus passionis & resurrectionis. Et attende quod ipse filius dei ex tanta iusticie actione non querit gloriam suam sed eius qui misit eum vt non glorietur in se omnis caro sed qui gloriatur in domino glorietur. Et merito confitebor tibi et psallam.

13 † Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua: & usque ad nubes ueritas tua.

†. Lo: †qui

¶ [Quoniam magnificata est vsque ad celos mia tua] i. vsque ad angelos & celestes alias virtutes. Omnipotens enim deus per misericordiam suam peccatores homines leuauit vsque ad angelos: quibus misericordia homines per misericordiam in resurrectione fient pares: et id eo misericordia dei nobis exhibita vsque ad celos i. vsque ad angelos ascendit [et vsque ad nubes] id est homines predicatores veritatis de quibus deus tonat preceptis: coruscat miraculis/pluit doctrinis [veritas tua] venit: quia cognitio veritatis que precellit in angelis descendit etiam ad homines. Gloria deo nostro: qui nec deseruit nos facere beatos: nec fraudauit veritate sed sanauit oculum cordis nostri vt cum nunc fide & postea facie ad faciem videre valeamus: pro tanto ergo gaudio & vtilitate repetit psalmista versum quem dicit.

14 Exaltare super cælos deus: & super omnem

terram gloria tua.

℄ [Exaltare super celos deus: et sup omnem terrã gloria tua]. Iterat qđ ante dictũ erat vt fidem nostrã confirmet: et quia circa hunc v rsum maxime intẽtio ꝛ vtilitas psalmi versatur: hoc enĩ dicit ꝓpheta ante tot annos hoc modo videmus nos. Agentes ergo gratias dicamus ꝛ nos cũ ꝓpheta. [Exaltare sup celos deus] qđ factum est in ascẽsione xp̃i. [et super omnẽ terrã gloria tua] quod factũ est cum in oẽs carnẽ effudit domũ spũs sancti Exaltatur deus in passione: in cruce: plus in resurrectiõe: plus in ascẽsione: plus in spiritus sancti missione: plurimũ cũ venerit ad iudicium. Exaltatur etiam in nobis per incõprehẽsibilitatẽ ꝛ quando laudibus extollitur ẜm nostram possibilitatẽ. Oratio.

Transfer dñe iniquitatẽ familie humilis sub tuaꝝ alarũ vmbra sperãtis: vt missa de celo misericordia tua sempiterna a nequissimis insidiatorũ foueis et laqueis eruamur. Per do.

Psalmus de malitia & miseria iniquorum iustos persequentium: & de leticia & affectu iustorum in ultione & punitione peccatorum.

Psalmus. L V I I.

1 Si † uerò utique iusticiam loquimini † recte iudicate, filij hominum.

† vere. † recta.

℄ Auctor psalmi propheta dauid ℄ Titulus talis est. In finẽ ne disperdas vel corrũpas dauid i tituli iscriptiõe id est psalm⁹ ille dirigẽs nos in finẽ id est i xp̃m ẜ agit ne tu disperdas vel corrumpas dauid .i. de bono: es xp̃m in tituli inscriptione hoc est ne minuas regnum christi te ipsum regno eius subtrahẽdo vel ipsum regem negãdo quem titul⁹ regem dicit ꝛ affirmat. Quia ergo supra monuit vt boni patiantur aduersa sustineant ꝛ in bonis perseuerent: monet nũc vt mali a malitia desistant ne dãnationem incurrant. ℄ Materia miseria malorum bonos persequẽtium et leticia iustorum in vltione peccatorum. ℄ Intentio: monere vt mali et iniqui a malitia sua desistant ne eternam damnationem ex diuina iusticia incurrant ℄ Sẽtentia in generali. propheta in isto psalmo in persona christi ad iudeos et in ꝑsona ecclesie ad omnes loquens malitiam iniquorum detestatur ꝛ exprobrat: penam debitam pro culpa ipsoꝝ cõminaẜ narrat vt visa et malorũ damnatione terreamur ab eorũ imitatione: subiungitq; de leticia iustorum ac correctione et profectu ipsorũ cum vltionem viderint peccatorum vt visa leticia bonoꝝ alliciamur ad imitationem ipsorũ. Et specialiter intelligitur de iudeis xp̃m multipliciter ꝑsequentibus. ℄ Sententia in speciali. xp̃s ẜ loquens ꝯtra iudeos vł ecclesia cõtra oẽs ait. [Si vere] .i. nõ false [vtiq;] .i. certe [iusticiam loquimini] .i. ẜ est i corde qđ est in ore: ꝛ si nõ aliud i labijs aliud i corde geritis vt sit iustitia nõ labioꝝ s; factorũ ẜ [recte iudicate] .i. viuite [filij hoi;] discernẽtes bonũ a malo ẜm iusticiã quã loqmini vt labia cognoscantur in factis: nam bona loqui et mala agere indiciuz est damnationis: quasi dicere:

veritatem iustitie habetis in corde et loquimini in ore exequimini etiam in opere cuius contrarium facitis: quia vobis est iniquitas in corde in manu et in ore.

2 Etenim in corde ini- †iniqui-tates.
quitates operamini in
terra: † iniustitias ma- †cōne-ctunt.
nus uestræ † cōcinnāt.

[Etenim in corde] in intērioē cordis vestri [iniquitates operamini] malam gerendo voluntatem: et bene dicit operamini quia volūtas prava apud deū pro facto reputabit [in terra].i. terrenis inherētes: nā cū i terra cor figit inde iniquitas in corde generat [iniustitias manus vestre ɔcinnāt] id est iniustas a. tiones iniustis voluntatib⁹ apponūt et aggregāt aliō pctm̄ alij superaddūt. Est eni concinnare ex multis partib⁹ iniquitatē adunare. Ecce iniqui sunt et corde et manu. Deinde ostendit vnde hoc eis conuertēs se ad auditores vt eos cautos faciat. Quia

Cōcin-nare.

3 Alienati sunt pecca-
tores à uulua: errauerūt
† ab utero: locuti sunt †a ventre.
falsa.

[Alienati sunt peccatores] a veritate et iustitia a deo et bonorum hoc statim [a vulua] id est ab ipsa egressione et natiuitate ex vtero [errauerunt] statim [ab vtero].i. ab ipsa conceptione et natiuitate in vtero non quia ex tunc peccauerunt/sed quia deus anteq̄ nascantur precognoscit qui peccaturi sunt atq̄ in errore et falsitate pmansuri [locuti sunt falsa] et mendacium: spernendo et relinquendo veritatem non ab vtero sed a principio quo sciuerunt discernere inter bonum et malum. Ecce etiam iniquitas in ore: et de hoc sunt inexcusabiles q2 noluerunt veritati credere.

4 † Furor † illis secū
dùm similitudinem ser- †indignatio eis.
pentis: sicut aspidis sur-
dæ & obturantis aures
suas.

[Furor].i. furiosus error est [illis s̄m similitudinē serpētis] q̄ iratus venenū effundit: sic illi contra christum et suos faciunt: ecce vir et venenum inuidie in illorum furore: Qui etiam ex ptinacia penitentiam negligūt. Unde sequitur [sicut aspidis surde] que obturando surda efficit ideo additur [et obturātis aures suas] terra et cauda dicit eni alterā aurem terre affigere alteram cauda obstruere ne carmen incātatoris audiat per quod se cogi sentit ad exeundum de caverna in qua se abscōdit vnde subditur.

5 Quæ non exaudiet †medica mē-
uocem incantantium: ti me-
& † uenefici incantan dita-
tis sapienter. ti sapiē-te.

[Que] scz aspis qui obturat aures [nō exaudiet vocem incantantis] vt ad lucē exeat [et venefici].i. incantatoris [incantantis sapienter] quantum ad artem suaz. Sic et illi obturāt aures suas terra.i. pctis pñtib⁹. et cauda.i. pctis pteritis q̄b⁹ hō delectat: alterā eni aurem cordis terre/.i. pñti delectationi apponūt: alterā vero cauda id est memoria preteritarum delectationū obturāt nolētes audire vocē xp̄i et fidelis pdicatoris seu admonitoris vt de vitiorū tenebris educāt ad lucē v̄itatis. Ecce obstinatio i malis. Itē illi ptēnūt. Sz

6 Deus † conteret den
†cōtri uit. tes eorum in ore ipso
†cōtre gu. rum molas leonū † con
fringet dominus.

¶ [Deus conteret dentes eorū] .i. verba eorum detractoria et dolosa quibus tanq̄ dentib⁹ mordēt faciet inutilia [in ore ipsorum] quia verbis suis capiet eos vt ipsi videāt verba sua esse falsa et ab ipsis retractanda [moles leonū] .i. verba superba hominum iniquorum ad modum leonum ferociū: quib⁹ tanq̄ dentibus maioribus nituntur innocentes conterere [confringet dominus] ne ad effectū veniāt Ecce que eis fit retributio. Quod apertius exponit subdens.

7 † Ad nihilum deue-
†sp̄nentur. nient tanquam aqua de
currens: intēdit arcum
suum donec infirmen-
tur.

¶ [Ad nihilū deueniēt] ipsi peccatores et subito deficiēt [tāq̄ aqua decurrens] que defluit et cito transit: et si modo videantur torrentes ad saxa superbie sue sonantes q2 [intendit] scilicet dn̄s [arcuʒ suū] id est vindictā preparat ad eos inter se puniēdos [donec infirment] i. penit⁹ a suis virib⁹ debilitent vt vlteri⁹ nō valeāt nocere bonis: tātū eñ pmittit deus malos in bonis deseruire quantum hoc bonis nouit pdesse vel ad correctionem morum vel ad augmētuʒ virtutū.

8 Sicut cera † que fluit
†lique facta. auferentur: super ceci-
dit ignis & non uiderūt
solem.

¶ [Sicut cera q̄ fluit] et dissoluit a facie et ardore ignis [auferētur] ab omni virtutuʒ conitātia vel de p̄senti vita morte repētina [super cecidit] super eos [ignis] concupiscētiarum et vitiorum: vel [ignis] infernalis et eternus [et non viderūt solē] iustitie veri luminis visione priuati et hic et ibi. De quo illi dicturi sunt in futuro et sol nō ortus est nobis: trāsierūt omnia illa tanq̄ vmbra: errauim⁹ in via veritatis: et iustitie lumen nō luxit nobis. Et conuertens se ad ipsos peccatores vt attentiores faciat subiungit.

Priusquam † intelli-
gerent spinę uestrę rhā †.pdu cat spinas ve stras rhān⁹.
num: sicut uiuentes sic
in ira absorbet eos. tāq̄ viuentes tāq̄ in ira cōbibit eos. Rhān⁹ q̄d est.

¶ [Priusq̄ spine vestre] o miseri petōres id est punctiones male cō scientie [intelligerent] et p̄perēt [rhannum] .i. peccatū rhamno est simile. Rhānus enim est herba p⁹ mollis deinde cuʒ maturescit acutissimos aculeos hʒ. sic pctā nunc mollia et delectabilia sunt sed post grauissime pungūt: dum ergo delectant: si q̄s nō intelligit et cogitat futuram punctionem non intelligit rhannū. Spine vero rhannum intelligent cū impij decebūt penarū experimēto quod eos nūc presens ipedit scire delectatio. Et iterum conuertēs se ad auditores subdit [sicut viuentes] id est subito quasi viuos qui sciliʒ nō vere viuūt sʒ viuere videntur [sic in ira] id est ad similitudinem irati i quo tamen ira non cadit [absorbet] dominus [eos] scilicet peccatores miseros auferēdo de presenti vita dum adhuc sperāt de ea: hoc autem nō est sine fructu bonorum sed iō subditur.

Letabitur

10 Lætabitur iustus cũ uiderit uindictã: † manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

† impiorum.

¶ [Letabit iustus] et si molestijs pressus [cum viderit vindictam] ꝛ punitionem pctõꝝ p̃sentẽ ꝛ intellexerit etiam futuram: motus nõ zelo vindicte sꝫ diuine iustitie: nec gaudet ꝑ malorũ pena: sꝫ quia nõ est in ea [ꝛ manus suas] .i. opera ꝛ actiones [lauabit] ab immundicia ꝛ purgabit a peccatis si indigent: vel munda tanꝙ lota essent seruabit ꝛ magis iustificabit [in sanguine pctõꝝ] .i. ex consideratiõe vindicte et pene reproborum. Ex hoc enim proficit ipse monitus morte peccatoris et mors alterius valet ad vitam eius. Unde salomon stulto pereunte sapiens astutior erit.

Salomon ꝑuer. xv.

11 Et dicet homo si † utique est fructus iusto: † utique est deus iudicans eos in terra.

† ergo. † ergo.

¶ [Et] visa vindicta pctõꝛis [dicet] apud se [homo] q̃ sua rõne vtitur [si] .i. quia [vtiqꝫ est fructus] iustitie sue etiã in hac vita ipi [iusto] licet hic presso: q: est sibi fructus i fide/in tentatione: ꝛ tribulatione: in patiẽtia ꝛ charitate et similibꝰ ideo [vtiqꝫ est deus iudicans eos] scilꝫ malos id est iuste retribuens eis scd̃m merita nondum in extremo iudicio sed ẽt hic [in terra] vbi florere videtur: probat ab opposito ac si dicat. Sicut dñs iuste dat pro suis meritis et bonis operibꝰ vt fructificet ac proficiat ꝛ ampliꝰ iustificetur/sicqꝫ consequatur vitã eternam: ita iusto iudicio permittit malo vt deficiat et a peccat[is] absorbeatur ac sordibus magis sordescat: sicqꝫ de iniquitate et iniusticia reportet penã eternã. Oro.

Iustissime domine concede populo tuo sequi iustitiã ꝛ legẽ diligere rectã: ne a veritate tua auditum suum auertẽs venefici serpẽtis morsibus saucietur. Per do.

Psalmus de oratione Christi uel ecclesiæ & cuiuslibet fidelis in tribulatione pro sua liberatione: ac de gentiũ & iudeorum conuersione & gratiarum pro his omnibus actione.

Psalmus. LVIII.

1 Eripe me de † inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus † in me † libera me.

† terre. † superedientibus me.

¶ Auctor psalmi propheta dauid.

¶ Titulꝰ hic est. In finẽ ne disperdas dauid ꝛc. hoc est psalmus ille tendẽs in finem .i. in christum monet ne tu quicunqꝫ es disperdas dauid id est christum in tituli inscriptione contradicendo ei: et nõ ideo disperdas quando .i. quia misit saul .i. regnũ iudeorꝫ: ꝛ custodiuit domum eius id est sepulchrũ christi vt interficeret eũ: id est nomen ꝛ famam eius tolleret: ne crederetur in eum: qui frustra tentauerũt. Quod vero isti tres psalmi continui in titulo habent ne disperdas: nõ vacata a mysterio: regalem enim illum titulum cõstat tribus linguis fuisse notatum significante hoc spiritu sancto per

christi passionem totum mundum fidei christiane esse subijciendum. ¶ Materia: oratio christi vel ecclesie et cuiuslibet fidelis positi in afflictione pro sua liberatione et infidelium conuersione. ¶ Intentio: monere fideles vt persecutiones et quecunque aduersa patienter sustineant: et de diuino adiutorio semper confidant. ¶ Sententia in generali. propheta in isto psalmo loquitur in persona christi vel ecclesie seu alicuius fidelis in angustia et persecutione existentis: et pro sua liberatione ac gentium et iudeorum conuersione orantis. Supra enim egit de christi et suorum persecutoribus: et ideo nunc petit liberari ab eis: orat et pro infidelibus conuertendis. ¶ Sententia in speciali: Totus itaque christus quasi ab inimicis obsessus clamat dicens. Eripe me etc. Et nota quod hic in duobus versibus sequentibus per ordinem distinguuntur quatuor genera persecutorum seu aduersariorum christi qui quotidie adhuc christi corpus non cessant persequi: quos tamen exemplo christi et patienter oportet tolerare et dei auxilium continue implorare. Unde dicit [Eripe me de inimicis meis] qui me odiunt et odium in corde tegentes nocendi votum habent [deus meus] quasi diceret ab his non possum eripi sine tuo adiutorio [et ab insurgentibus in me] id est contra me [libera me] qui iam commoti in verba erumpunt atque aperta voce veritati resistunt et verbis nocent.

2 † Eripe me de operantibus iniquitatem: & † de uiris sanguinum † salua me.

[Margin: †erue †a[illegible] †saluū me fac.]

¶ [Eripe me de operantibus iniquitatem] id est iam durata mente: maliciose persequendo et manus iniJciendo scelus opere complent [et de viris sanguinum salua me] qui magis seuiendo etiam occidunt et sanguinem innocentem fundant: facta sunt hec in christo et quibusdam eius membris et quotidie fit in alijs. Et necesse est vt eripias.

5 Quia ecce † ceperunt animam meam: irruerunt † in me fortes.

[Margin: †venati sunt. †super]

¶ [Quia ecce ceperunt animam meam] scilicet vitam corporalem: et ponit partem pro toto neque enim animam sine corpore tenere potuerunt [quia irruerunt] cum impetu [in me] humilem [fortes] in malitia vel sua presumptione et superbia vt me morti traderent. Et merito debeo liberari quia in me culpam non inuenerunt. vnde subdit

4 Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine: sine iniquitate cucurri & † direxi.

[Margin: †dirigebar.]

¶ [Neque iniquitas mea] quantum ad proximum et quam in eos fecerim [neque peccatum meum] quantum ad me et quod in me habeam o [domine] causa est vel fuit quare me persequerentur sed [sine iniquitate cucurri] viam huius mundi vel [cucurri] id est bene operatus sum sine admixtione mali: aliter enim duo bonum non placeret [et direxi] alios quantum in me fuit ad bene operandum verbo et exemplo. Non ait ambulaui sed cucurri: quia non solum bene operandum est sed et ipso gressu boni operis festinandum. Et ideo.

5 Exurge in occursum † meum & uide: & tu domine deus uirtutum deus Israël.

[Margin: †mihi.]

❡ [Exurge] qui videris dormire [in occursum meū] ad me iuuandū .i. mihi currenti ad te occurrere per subsidij et consolationis accelerationem [et vide] .i. fac alios videre et cognoscere meam exaltationem: vt qui me viderunt depressum videant exaltatum. Deinde sequitur oratio pro gētibus cōuertēdis cum ait [et tu dñe de⁹ virtutum] celestium [deus] populi [israel] qui videris tantum deus vnius gentis que te colit.

6 Intende ad † uisitandas omnes gentes: non miserearis † omnibus qui operantur iniquitatem.

†visitādum. †oim.

❡ [Intende ad visitādas oēs gētes] vt eas q̄ infirme sunt ⁊ pctis onerate visitare digneris dando grām sanitatis: ⁊ mittendo tuos pdicatores: vt sicut tu es de⁹ āgelorum et deus israelitarū ita esse digneris ⁊ deus gētium quaten⁹ eas cōsortes facias et angelorum ⁊ israeliticorū fideliū. [⁊ nō miserearis] .i. nō misereberis: vt sit p̄dictio non imprecatio [oibus qui operantur] pertinaciter [iniquitatem] scilicet q̄ in iniquitate perseuerant. Ergo si dei misericordiam querim⁹ necesse est vt perā nostra penitendo puniamus. Et vere intendes quia te aspirante.

7 Cōuertētur ad † uesperam & famem patiētur ut canes: & circuibunt ciuitatem.

†vesperum.

❡ [Conuertentur] ipse gentes ab idolatria ad cultū dei [ad vesperam] .i. in hac vltima etate seculi [et famem] conuertendi alios [patientur] omnes sibi incorporari ⁊ vniri per fidem desiderātes [vt canes] scilicet latrādo cōtra hostes [⁊ circuibūt ciuitatē] id est mundū vbiq3 euangelizantes. hec potest exponi de illis qui sero cōuertuntur ⁊ tamē feruentiores sunt illis qui primo venerunt [Cōuertentur ad vesperā] senectutis dicentes mane nobiscū dñe qm̄ aduesperascit: ⁊ sic conuersi [famem patiētur] orandi ieiunādi / bñ agēdi [vt canes] qui immoderatum ⁊ ardētem habent appetitum: nam subitus calor longum vincit tēporem. Et qui tarde exijt quandoq3 celeritate moram compensat.

8 Ecce † loquentur in ore suo & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?

†ipsi.

❡ [Ecce loquent] et manifeste p̄dicabūt [in ore suo] id est libere ⁊ audacter cum auctoritate ad informationem fidelium et depressionem hereticorum [et gladius] sancti spiritus quod est verbum dei [in labijs eorum] erit. Ideo autē frequens predicatio erit in labijs eorum: et indignabuntur dolentes si non poterunt alios conuertere: quoniam erunt multi qui nō audient aure audiendi: et hoc est quod subditur [quoniam quis audiuit?] quasi diceret pauci audiēt eos. hic est q̄ propheta ait. Quis credidit auditui nostro.

9 Et tu domine deridebis eos: † ad nihilū deduces omnes gentes.

†pro nihilo habebis.

❡ [Et tu dñe deridebis eos] qui in iniquitate perseuerantes non audient. i. dignos derisione ostendes illos scz in iudicio, cum dices

gis ite in ignem eternum. quoniã [ad nihilum deduces] tũc [omnes gentes] tales et in pertinacia pseuerantes eorũ superbiã destruendo et ad nihilum redigẽdo qui veritati non consentiunt et te venerari nolunt. Illi sunt fortes de se presumentes et ideo ceciderunt quia ad te fortitudinem suam nõ custodierũt. Ego aũt fortis in te:

10 Fortitudinem meã ad te custodiam: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia eius præueniet me.

¶ [Fortitudinem meã] .i. omnes virtutes ꝛ vires meas nõ ad me sꝫ [ad te custodiã] qꝛ semp in ipsis tibi nõ meis virib⁹ laudes referã non recedam a te p̄sumẽs de me. quia si recedo cado: si accedo fortior fio. Et merito [qꝛ deus susceptor me⁹] scꝫ es susceptor nature in incarnatione penitẽtie: in iustificatiõe aie: in glorificatione ꝛ ẽt ad alia beneficia participãda: deinde mutans p̄sonã subdit [deus meus] est spiritualiter. quia [mĩa eius preueniet me] in donis ꝛ beneficijs qui nihil attuli cur misereretur: nullus eñ dona dei meret. Ecce quare nõ debeo de me presumere qꝛ nõ p̄cesserũt merita mea sꝫ p̄uenit me diuina mĩa. Et hoc

11 † Deus ostendit mihi sup inimicos meos ne † occidas eos: nequando obliuiscantur † populi mei.

†deus me⁹ demonstrauit mihi ĩ inimicis meis. †occideris.

¶ [Deus ostendit mihi super inimicos meos] hic de iimicis meis id est quantam circa me misericordiam habuit demonstrauit in illis circa quos non habuit. Deus enim ad ostendẽdum maiorem in suis misericordiã. Exercet quandoqꝫ in alijs iustitiã in ramis superbie precisis inserto misericordiam suam ostẽdit oleastro. Et tu noli supbire ne precidi merearis et ideo: [O] deus ne occidas eos] delendo omnino [nequando obliuiscantur populi mei] scilꝫ fideles gratiam ꝛ misericordiã dei si non sint testes legis et mortis xp̄i. viuant ergo ante oculos eorũ vt p illos dei misericordiam recognoscant. ꝛ quantas gratias deo pro se agere debeant. Sed

†legis tue.

12 Disperge † illos in uirtute tua: & † depone eos protector meus domine.

†eos. †deduc.

¶ [Disperge illos] in toto mũdo p oẽs gẽtes [in virtute tua] ꝛ tue potentie qua potes vt saltem sic emendati supbire desistant ꝛ scelus suũ penitẽdo deplorẽt, vel vt ecclia ab inimicis testimõio veteris legis habeat: qꝛ codices nobis portant [et depone eos] ab elatione et tumore superbie vt humiliẽtur et sint opprobrium omnibus [protector meus domine] qui me protegis et defendis vt habeam testimonium mie tue. Deinde ostẽdit quid in eis depõi velit dicẽs.

13 † Delictum oris eorum † sermonem labiorum † ipsorum: & comprehẽdantur in superbia sua.

†delicta. †smones. †eorũ.

¶ [Delictũ oris eorũ] depõe .i. dimitte ꝛ [sermonẽ labioꝝ ipoꝝ] im properia de christo dicentium depone et destrue ac de ore et labijs

eorum tolle. Sic fecit resuscitando xpm quem perdere voluerunt: quia hunc viuere expauerunt: et in celo adorari ab omnibus gentibus mirati sunt (et comprehendantur in superbia sua) id est conuincantur et conuertantur cognoscentes et dolentes se superbe et male egisse et confitentes peccata sua vt ille ignosceret qui venerat peccata soluere. Et factum est hoc iam in quibusdam et postmodum fiet in pluribus. Ideo subiunctum est.

14 † Et de execratiōe & mendacio annunciabū tur † in consummatione: in ira consummationis & non erunt.

† ex maledicto
† cōsūmationes.

(Et) sic (de execratione et mēdacio) i. de eo quod dnm execrabantur et deo mētiti sunt per penitentiā et confessionē inde educti (annūciabunt) a predicatoribus (in cōsummatione) et perfectione. i. predicabuntur esse perfecti et alijs in exēplū vite. De ipsa enim magnitudine peccati plus humiliabuntur, et ea humilitate plus erigi merebunt: et eo magis perfecti erunt: quia tam execrabile peccatū se cōmisisse dolebunt vt vbi abūdauit delictū superabūdet et gratia. Et pertinuit ad medicinā humilitatis infirmitas hoīs: nihil enī sic impedit pfectionē vt supbia: et hoc fiet (in ira consummationis) i. in tali ira et vīdicta dei que corripiēdo et emēdādo cōsumet eos et pficiat: nō in ira ɔsumptiōis q̄ vīdicat vt cōsumat et dānet. et ita conuersi (non erūt) tales q̄les aū extiterāt. Vnī alibi dr. Uerte impios et nō erūt.

Supbia pfectionē impedit.

15 Et scient quia deus dominabitur Iacob: & finium terræ.

(Et) tūc scient (quia deus dnabitur iacob) id est iudeorum de iacob descendentium. et non tm eorum (sed et finium terre) id est gentium que in finibus terre erāt respectu iudeorum q̄ erāt in medio q̄s iudei vt canes ɔtēpserūt. Tunc agnoscent eūdem deum et iudeorum et gentium esse: et quod non debeant gentes contemnere: omnes enim peccauerunt et gratia dei egent: deponant superbiam et saluti gentium non inuidebunt: qui parem suam et illorum infirmitatem cognoscent: et in angulari lapide copulati simul deum adorabūt: dicitur ergo nunc de iudeis quod supra dictum est de gentibus.

16 Conuertantur ad uesperam: & famem patientur ut canes: & circuibunt ciuitatem.

(Cōuertātur) scz iudei plenarie (ad vesperā) in vltima seculi etate et fine mūdi (et) esuriendo ac sitiendo iustitiam (famē) verbi dei (patient vt canes) id est sicut peccatores cognoscentes se infirmos vt possint fieri sani. Nemo enī insanabilior est eo q̄ sibi saluus videtur (et circuibūt ciuitatem) dei: et ecclesiam sanctorum vitam et mores inuestigādo ex quibus ciuitas dei cōstructa est. Uel (ciuitatem) i. mundum circuibunt euangelizādo. Unde apte subiūgitur.

Insanabilior. nemo ē eo q̄ sibi sanus videtur.

17 † Ipsi dispergentur † ad manducandum: si † uerò non fuerint saturati & murmurabūt.

† alia lra nō hz ipsi.
† vt edant.
† autē nō saturabunt.

(Ipsi) cōuersi iā digni (dispgētur) vbiq de loco ad locū (ad mā-

ducandum].i.ad alios lucrãdũ et incorporãdum sibi in fide[si vero non fuerint saturati]i. fide populorũ.i.si non fuerit impletum desiderium eorũ et predicatio ad votum eorum non fructificauerit[et]ipsi sicut et gẽtes[murmurabũt].i.dolebunt quomodo superius dictum est quoniã quis audiuit.Iste versus tãgit prelatos qui dispergun tur per dioceses suas non ad predicandum sed ad manducandum [si vero nõ fuerint saturati].i.ad libitũ suũ bene ꝓcurati murmurant pre impatientia.et forte huius occasione extorquent pecuniam.Sic et claustrales qui dispguntur ꝑ cameras ad manducãdum ibi dimisso refectorio[si nõ fuerint saturati]id est ad delectationẽ ꝓcurati[murmurabũt] cõtra prouisorẽ suũ.Sz tota iam ecclesia de vtroqꝫ pariete iũcta gaudens et gratias agens subiungit.

Nota contra ꝑlatos

18 Ego autem cantabo † fortitudinem tuam: & exultabo mane misericordiam tuam.

†potẽtiam.

¶ [Ego autem]iam tota ecclesia [cãtabo]et cũ cãtico laudabo vl' cũ voce laudis ꝑdicabo[fortitudinẽ tuã]qua diabolum vicisti:qua infernum spoliasti[et exultabo]corde.i.cũ exultatione magnificabo vel laudabo ne laus sit tm̃ in ore [mane].i.sine dilatione ac prõpte et studiose[miam tuã]qua humanum genus redemisti et peccã dimisisti:vel mane.i.in resurrectiõe qñ trãsactis huius seculi tenebris et tẽtationibꝰ apparebit sol iustitie [exultabo].i. exultãdo suscipiam [mias tuã]qñ erit i remuneratiõe

19 Quia factus est susceptor meus: & refugium meum in die tribulationis meę.

¶ [Quia in ꝑsenti vita in qua tribulatur omnis qui iuste viuit[factus es]ab ipsa tribulatione[susceptor meus et]ab instãtibꝰ periculis[refugiũ meũ]tutum[in die tribulationis mee]qñ scꝫ gratum ẽ:nisi enim tu suscepisses et saluasses nemo esset q̃ inter tot et tãta mala subsistere potuisset.Et ideo adhuc ampliꝰ deũ pro beneficijs suis laudare desiderãs subiũgit.

20 Adiutor meus tibi psallam:quia † deus susceptor meus es deus meꝰ misericordia mea.

†tu.

¶ [Adiutor meus].i. cooperator in bõis[tibi psallam].i.bona opera que te aspirante et auxiliante gessi tibi ascribam et merito[qz]tu[deus susceptor meus es]nunc ad gratiam et tandem ad gloriã: qui etiam susceptum deificas et hoc non imputo meritis meis sed misericordie tue:qz tu ipse[deus meꝰ]qui me creasti[es mia mea] q̃ me saluasti.quasi diceret vt pro multis vno verbo singula beneficia tua et te plenius explicem:tu es misericordia mea.quia totum gratis das cui proprium est misereri semꝑ et parcere.Cum multa dixit nõ tamen omnia sed in hoc vno omnia cõprehendit.Attẽdẽs enim omnia bona quecunqꝫ habere possumus siue in natura siue in cõuersione in fide:in spe:in charitate:in iustitia:in timore domini:in bonis moribus:totum non esse nisi ex illius donis et mia:ita cõclusit[deus meus misericordia mea]non inuenit impletus bonis dei quid appellaret deũ nisi misericordiã suam O dulce nomen sub

quo nemini desperandum est: oẽs cõsolans: oẽs ad conuersionem inuitans. Si peccata nr̃a nobis tm̃ dimisisset vtique misericors recte dici potuisset. Nunc quia et peccata dimisit et insuper dona addidit: et quod incredibile erat etiam celestẽ gloriam immeritis peccatoribus donauit/non solũ iam misericors dicitur sed ipsa misericordia digne appellatur. Dicat ergo voce et corde ecclia: dicat vnaqueque fidelis aĩa: deus meus misericordia mea. Oro.

OMnipotens domine cuius virtutem et misericordiam matutino laudamus in tẽpore: fortitudinem nostram oramus vt custodias et ab omni obscuritate tenebrarum eruti matutino lumine decoremur. Per dominum.

Psalmus de oratione prophetę pro regni Israël reformatione, & ecclesię, pro celeri iudeorum & gentium de peccato ad iustitiam commutatione.

Psalmus. LIX.

1 DEus repulisti nos & destruxisti nos: iratus † es & misertus es † nobis.

† fuisti
† nostri

¶ Auctor psalmi propheta dauid ¶ Titulus talis est. In finem pro his qui commutabuntur &c. Et est sensus psalmus ille dirigens nos in finem: id est in christum agit pro his. id est de his qui commutabuntur de veteri vita in nouam in tituli inscriptione suscepta per fidem scilicet quia credũt christum regem iudeorum et transeunt in regnum christi a regno diaboli: commutabuntur dico non sibi sed ipsi dauid. id est christo vt iam ei viuant et seruiant: et hoc eũdo et transeundo in doctrinam. id est in precepta eius bene viuendo et bene docendo secundum ea: commutabuntur autem per hec cum. id est quia ipse dauid id est christus succendit igne dei et charitatis mesopotamiam syrie. id est mũdum vocatione ad fidẽ eleuatũ et sublimẽ in virtutibus factũ. Mesopotamia enim alta vocatio: syria vero sublimis interpretatur: et tamen prius incendit et humiliauit syrã sobal. id est sublimitatẽ vane vetustatis. Sobal. namque vana vetustas interpretatur. Qui enim prius erat sublimis altitudine vana et vetusta incensa humiliatur vt melius exaltetur et innouetur: Et ita conuertit ab errore. Joab id est inimicus scilicet iudaicum populum. et percussit id est cõmouit de infidelitate ad fidẽ edõ id est terrenum scilicet gentilem populum terrenis deditũ. et hoc in valle salinarum. id est in humilitate que est condimentum omnium virtutum sicut sal ciborum: percussit dico duodecim milia. id est omnes de quattuor mundi partibus ad fidem sancte trinitatis congregratos: per mille perfectio intelligitur: et per duodecim milia totus mundus percussus designatur. ¶ Materia: commutatio conuersorum de peccato ad iustitiam et eorundem propter culpam repulsorum receptio ad gratiam. ¶ Intentio: monere vt nemo contemnat istas percussiones sed patiẽter aduersa huius mũdi ferat quia per hoc habebit cõmutationẽ de peccato ad iustitiã et etiam de mortalitate

Sobal qd interpretatur

Vallis ... ad ... tutum

te ad imortalitatē: ¶ Sñia in gñali. propheta in isto psalmo i psona sua lamentatur de multiplici desolatione terre et populi israel propter pctā sua: deprecans deum deuote pro reformatione et liberatione nē miseria. Uel in psona conuersorū ad deū pcatē pro culpe remissione: ꝛ gratias agit ꝑ vocatione: referens deuote post tantā sue damnationis miseriam quantam sint cōsecuti misericordiam. Postq̄ ergo supra orauit pro gētium et iudeorū conuersione: nūc tam de iudeis q̄ gentibus vocati gratias referunt ꝛ posteris exemplum deo gratias referendi se proponunt. ¶ Sentētia in speciali. propheta ergo in voce percussorū in melius mutatorū ait. O De⁹ repulisti nos ꝛ proiecisti extra protectionē tuā in man⁹ hostiū [ꝛ destruxisti nos] id est destrui permisisti ꝑpter peccata [nr̄a [irat⁹ es] scʒ ꝯtra nos vindictam exercēdo [ꝛ misertus es nobis] in parte conseruando.

2 Cōmouisti terram & cōturbasti eā: sana contritiones eius † quia commota est. († q̄m̄ mota.)

¶ [Cōmouisti terram] scʒ israel. id est habitans in ea terrore aduersantiū [et conturbasti eam] permittendo hostes occupare loca ei⁹ sed nūc oro [sana contritiōes ei⁹] id est miserias ꝛ afflictiones [quia cōmota est] ꝛ conturbata fugientibus habitatoribus pre timore.

3 Ostendisti † populo tuo dura: potasti nos uino † compunctionis. († plebi tue. † stimulationis.)

¶ [Ostendisti populo tuo dura] afflictiones scilicet et flagella quibus dure castigasti eum propter peccata sua [potasti] et repulisti [nos vino cōpunctionis] id est meroris scʒ tribulatione ꝛ dolore quibus purgatur patiens vt vulnus vino. (pastiēs q̄b⁹ purgatur.)

4 Dedisti metuētibus te significationem: ut fugiant à facie arcus.

¶ [Dedisti metuētib⁹ te significationē] id ē aliqualē noticiā p has percussiones [vt] his exercitati [fugiant a facie arcus] id est a psentia iustitie tue q̄ extēta est ad percutiendū peccantes vt metuant te q̄ tā grauiter punis delinquentes

5 Ut liberentur dilecti tui: saluum † fac dextera tua & exaudi me. († me.)

¶ [Ut liberentur] ab oppressione ꝛ deiectione sua [dilecti tui] scʒ populo israel qui dicitur deo dilect⁹. Unde oro [saluum fac] ipsum populum israel [dextera tua] id est per dexterā tuam scʒ per fauorem tuum vl' potentiam [ꝛ exaudi me] pro me ꝛ populo meo deprecantē. Deinde conuertit se ad auditores suos vt confirmet eos dicens.

6 Deus locutus est in sancto suo: letabor & † partibor sichimam: & conuallem tabernaculorum † metibor. († diuidam † dimetiar.)

¶ [Deus locutus est i sancto suo] id est de oraculo vel in propheta nathan promittendo mihi q̄ ego dauid [letabor] prosperitate in regno: quia [ꝛ partibor sichimam] id est terram sichen scilicet restituendo eam antiquis habitatorib⁹ qui expulsi sunt per alienigenas [et conuallem tabernaculorum] scilicet

cet sochot que nunc occupata est a philisteis [metibor] id est secundum mensuras debitas restituam israelitis. Et hoc bene possum facere quia fortissimos populos habeo mihi fauentes et obedientes. Nam.

7 Meus est Galaad, & † meus est Manasses: & effraim fortitudo capitis mei.

† alia lra nō hz meus est. † effrē.

¶ [Meus] et in adiutorium mihi [est galaad] id est ille populus sic dictus habens possessionem terre galaad ad trans iordanē qui famosus erat robore propter iepte galaaditem iudicem israel [et meus est manasses] qui etiam erat populus famosus robore propter gedeonem et abimelech iudices israel qui de hoc populo erant [et effraim fortitudo capitis mei] id est fortitudo mea capitania et principalis est effraim que inter ceteras tribus robustior et populosior erat.

8 Iuda rex meus: moab olla spei meę.

¶ [Juda rex meus] est et legifer cui competit. inter alias tribus vt habeat ducatum et regnum propter reges qui sunt ex ea. nec tantum populi israelite mihi adhererent sed etiam extranei populi mihi seruiunt et confederati sunt. Unde subditur [moab olla spei mee] id est spero in deo quod terra moab erit mihi subdita ad seruiendum sicut olla ad suum ministerium.

9 In Idumęam extendam calciamētum meū: mihi † alienigenę subditi sunt.

† allophili

¶ [In idumeam extendam calciamentum meum] id est calcabo eam incedendo pede calciato ac subijciam et suppeditabo eam per plenam victoriam [mihi alienigene] scilicet palestini et cetere natiōes in circuitu regni mei [subditi sūt] et subiecti. Ita dixi ibo in idumeā et subijciam eam. Sed.

10 Quis deducet me in ciuitatem † munitam: quis deducet me usque in Idumęam?

† circūstātie.

¶ [Quis deducet me] in aliquam [ciuitatem munitam] scilicet idumee vt subijciam eam imo [quis deducet me vsque in idumeam?] vt audeam aggredi ad eā subijciendā vbi multi fortes et bellicosi erant.

11 Nonne deus qui repulisti nos: & non egredieris deus in uirtutibus nostris.

¶ [Nōne tu deus] deduces: quasi diceret nullus alius nec etiā aliquis de fortibus populis quos nominaui potest hoc facere: sed tu solus deus [qui repulisti] et proiecisti [nos] a protectione et defensione tua sinendo tribulari [et non egredieris deus] nobiscū [in virtutibus nostris] sed in virtute tua vt protegas nos: in sua enim virtute nō in nostra deus operatur: secundum historiā futurum ponitur pro preterito: id est nō egressus fuisti imo sic proiecisti nos vt non egredereris [in virtutibus nostris] et exercitibus nostris: id est ne protegeres nos ab hostibus sicut solet dux egrediens. Et ideo

12 Da nobis auxilium de tribulatione: & uana salus hominis.

¶ [Da nobis auxiliū] quo liberemur et

[de tribulatione] qua ab hostib⁹ vexamur [quia] .i. qꝛ sine auxilio tuo [vana est salus hominis] id est q̄ speraẜ ab hoie. ꝛ iō maledict⁹ hō q̄ ponit hominē brachiū suū. Et cō uertens sermonē ad homines loquiẜ de deo in tertia ꝑsona dicēs.

15 In deo faciemus uirtutem: & ipse ad nihilum deducet † tribulantes nos.

† inimicos nros

℄ [In deo] id est auxilio ꝛ fauore dei nō in virib⁹ nr̄is [faciem⁹ virtutē] .i. ṽtuosa facta ꝯtra hostes [ꝛ ipse ad nihilū deducet] cōculcādo ꝛ subijciēdo in ſuitutē [tribulantes nos] ꝛ aduersantes nobis vt ꝓ nihilo eos habeamus. Mystice autem legitur sic O.

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es ꝛ misert⁹ es nobis.

Mystica lectio de eodem psalmo

℄ [De⁹ repulisti ꝛ destruxisti nos] nobis auxiliū subtrahēdo ac tētari ꝛ peccare ꝑmittēdo [irat⁹ es] ꝓpter pctā nostra iustā vindictā in nos exercēdo [ꝛ misert⁹ es nobis] ꝓpter bonitatē tuā cū ad te reuertemur penitēdo ad hoc irasceris vt miserearis ipsa irā tua mīa ē: ꝛ exponit quō sit misert⁹ dicens.

Ira dei mīa ē.

Commouisti terram ꝛ conturbasti eā. sana ꝯtritiōes ei⁹ qꝛ cōmota ē.

℄ [Cōmouisti terram] .i. terrenos vomere predicationis [ꝛ conturbasti eam] salubriter ad penitētiam: prius cōmouetur a timore dn̄i: deinde cōturbaẜ ex dolore peccati [sana cōtritiones eius] .i. remoue ab ea miserias quas sustinet vel peccata ꝓ quibus cor contritum habz ꝛ dignum est vt sanes [qꝛ cōmota est] ꝛ gratie tue cōmouēt per liberum arbitrium consensit. Sic autem mutato in melius homine iā dura ꝛ aspera subsequūtur vnde ꝛ subditur.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

℄ [Ostendisti populo tuo] sic in melius mutabo [dura] ꝛ aspera vt te attentius quereret Unde scriptum est Omnes qui volunt pie viuere in christo persecutionem patiuntur [potasti nos vino compunctionis] id est delectari nos fecisti poculo passionis et tribulationis sicut vinum delectat potantem: quia tribulationes per charitatem sunt delectabiles et si per infirmitatem carnis graues. Uel [potasti nos vino compunctiōis] id est suauitate lachrymarum penitētie ꝛ ꝯfessiōis iste aūt passiōis potus nō pēa ē sȝ medicina vnde vñ subiungitur. Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus.

ij. Thi. iij.

℄ [Dedisti metuentibus te significationem vt fugiant a facie arc⁹] id est per tribulationes tēporales significasti tuis fugere a presentia futuri minantis iudicij ꝛ ab ira ignis eterni. Iustū arcū fugit qui a petis cauet. Bene autē iudiciuȝ arcus diciẜ quia arcus quāto plus retro tēditur tāto impetuosius feritur: ita ꝛ iudiciuȝ quāto magis differt tanto grauius non conuersis erit. Cuius nobis sit significatio ꝑ penitentiam: quia si hic tam aspere deus nos punit quid in futuro faciet? Et Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua ꝛ exaudi me.

Iudicium.

℄ [Ut liberenẜ dilecti tui] in die ire. Ad hoc ꝓpe significatiōes ꝑsentiū maloꝝ dātur vt ab eternis malis dn̄i dilectores liberētur: et vt hoc fiat exorat dicēs [saluū] me [fac] dicit generalis iustus collocādo in [dextera tua] id est in potioribus bonis tuis: in beatitudine ꝑpetua vbi est salus vera: quasi diceret: qui sic in ꝑsenti nos ad salu

tem erudis perfice ponēdo ad dexterā tuā salubriter percussos[et exaudi me] q2 nō tpalia sʒ eterna peto que tu precipis petere. Ex hoc autē scio q saluabit dextera sua qm̄ Deus locut⁹ est in sancto suo: letabor et partibor sichimā: et cōuallem tabernaculorum metibor.

C [De⁹]pater[locutus est in sancto]id est in filio[suo]in quo promisit hāc saluationem nouissime diebus istis.in qua locutione ego fidelis popul⁹ seu ecclia[letabor] de his quos assumā in partē mei: q2[et partibor sichimā]id est diuidam gentes seu gentiles que per sichimā designant vbi habitāt gētes.nō e.n̄ oīū est fides sʒ alij credūt:alij nō credūt et eorū q credūt alij viuunt bn̄:alij male diuidūt q nūc fide et moribus:diuidēt in iudicio oues ad dexteram:hedi ad sinistrā[et cōuallē tabernaculorū]que fecit ibi iacob.i.gētē iudeorū ab iacob descēdentiū q p et illā vallem intelligit etiā[metibor:]et diuidā q2 alij crediderūt alij nō:nā trāsierūt inde q crediderūt:foris reliqe remāserūt. Hec iam diuisio demōstratur cū subinfertur. Meus est galaad et meus est manasses. et effraim fortitudo capitis mei.

C [Me⁹ est galaad id est est mee societatis est numerus martyrū: Galaad em̄ interpretat aceru⁹ testimonij:et p aceruū testimōij multitudo martyrū designat q2 martyres grece testes dicti sūt latine[et me⁹ est manasses]qui oblit⁹ priorīs vite et status in anteriora cum apostolo se extēdit. Manasses etenim interpretatur apd nos obliuio seu oblitus[et effraim]id est hij qui bonos fructus et in se et in alijs faciunt scʒ doctores ecclesie:effraim enim interpretatur fructificatio: sunt[fortitudo capitis mei] id est christi dicit ecclesia q2 christi membra inferiora sustinent. Juda rex meus .moab olla spei mee.

C [Juda rex meus]id est cōfessores rectores erunt mei.scʒ ecclie: iudas eñ interpretatur confessio vel christus qui est de tribu iuda nascitur⁹ erit rex me⁹[moab]qui interpretat abutens lege scʒ gentium populus:est olla buliens q2 infert tribulationē q est[spei mei] q2 facit me plenius sperare nō deficere:tribulationes enim maxime nō oriuntur aduersus ecclesiam nisi a male vtētibus lege Sicut autē in olla cibi sic in tribulatione excocti sunt sancti. Apte vero dicit olla spei in eo q2 spes sanctorum venit tribulatiōe. In hac olla tribulationū cōstituta quantam spē habeat ecclesia audiamus.

In idumeam extēdā calciamētū meū:mihi alienigene subditi sunt.

C [In idumeā]que interpretat terrena siue sanguinea[extendā calciamētū meū]i.euāgeliū quo muniť vita gradiētiū in mūdo:q.d.buliat olla quātū potest:seuiat mundus quantum valet:ergo vsq ad terrenos et sanguineos extēdam predicationē meā:et sic mihi ēt[alienigene subditi sunt]illi q nō ptinēt ad gen⁹ meū ad hereditatē meā. Multi em̄ veniūt ad fidē qui nō ptingūt ad hereditatē. multi adorāt christū qui non sunt regnaturi cum christo:quia mul⁹ti sunt vocati pauci vero electi. Et ne hoc videretur virib⁹ suis attribuere cōmendat gratiam dei deducentem cum subiungit.

Quis deducet me in ciuitatem munitā qs deducet me vsq i idumeā?

C [Quis deducet me in ciuitatem munitam] id est in iudeam:que munita recte dicitur videlicet patriarchis et prophetis: legibus quoq et varijs institutionibus. ad hanc primum predicatuʒ

Ga-laad qd iter ptatur Mar-tyr grece testis latine Ma-nasses

qd iter ptatur effrai qd iter ptatur

Judas cōfessio i terpretatur Moab qd i terpret tat.

Idu-mea qd iter ptat

Mat. xx. et xxij.

est euangelium[quis deducet me vsq3 i idumeā]id est in vniuersa3 gentilitatē vt multi ex gentibus mihi incorporent̄ ⁊ societate membrorū ciuitas amplietur. Negat hoc ab homine fieri posse. hoc enī a sola fieri poterat deitate. Unū subdit.

Nonne tu deus repulisti nos: ⁊ nō egredieris deus in virtutibus nostris?

¶[Nonne tu deus]facies hoc[ꝗ repulisti nos]exponens nos periculis ⁊ sinens tribulari. Tu ipe ꝗ repulisti deduces: tu ipe qui irat⁹ es misereberis: non enim continebis in ira tua misericordias tuas. Deduces ergo ⁊ tamē sēmetē mūdo non[egredieris]o[deus in virtutibus nr̄is]qn̄ fortiter facturi sumus pro defensione fidei: id est nō ostendes potentiā tuā qualem ostendisti olim patribus quādo eorū fortitudini cesserūt gētes. Tamen diuersis tormētis nos extracruciātibus nō deseres sed tūc nobis int⁹ operaberis ⁊ sic magis ⁊ melius deduces. q: sic videmur nō pro tēporali vita pugnare sed pro eterna. Tu ergo deus qui nō egredieris .i. ỽtutib⁹ nr̄is: q: nō dabis tēporale auxiliū da sempiternu3. ⁊ hoc est quod subdit.

Da nobis auxilium de tribulatione: ⁊ vana salus hominis.

¶[Da nobis auxiliū]sempiternū in futuro[de tribulatione].i. propter tribulationē quam hic sustinem⁹: nō petim⁹ vt amoueas tribulationem sed vt ipa tribulatio sit nobis fructuosa ⁊ in auxiliū vt inde subuenias. vñ deserere videris. Et ideo non petimus hanc salutem humanam[et]id est q: [vana]⁊ fallax est [salus hominis] transitoria ⁊ temporalis. Audiāt hec qui spem suam in potestat: h⁹ hominu3 vel in terrenarū diuitiarum splendoribus ponunt q: [vana]est [salus hoīs]⁊ deus solus oportunū tribulationib⁹ nostris prestat auxiliū. Merito ergo subdit ecclesia.

In deo faciemus virtutem: et ipse ad nihil i deducet tribulātes nos.

¶[In deo faciemus virtutē]vincendo inimicos nō in gaudio: nō in equis: nō in potentatu exercit⁹. q: deus erit exercit⁹ ⁊ victoria nostra. Unde subdit[et ipse ad nihilum deducet tribulātes nos]⁊ impugnātes: ⁊ a spe eternitat[reuocare conantes tam vitia ꝙ inimicos visibiles ⁊ inuisibiles reprimēdo ⁊ eorū sentētiā annihilādo faciem⁹ ⁊ nos virtutē i dn̄o vt ab oī tribulatiōe ⁊ tētatiōe liberi esse mereamur. In ipso sit fortitudo nr̄a. ī ipo sit oīs nr̄a glīa ⁊ nulla preualebunt aduersa. Nam si deus pro nobis quis contra nos? Oro.

OMnipotēs mitissime de⁹ humani generis restaurator ⁊ rector. ꝗ fideles tuos sic deponis vt erigas: sic humilias vt ad celorū regnu3 pducas: in te credentiū corda pia miseratiōe custodi: vt ad confessionis tue remedia fugientes sanatis contritionibus eterna felicitate te largiente perfrui mereamur. Per dominu3.

Psalmus de oratione ecclesię undique pressę & de gratiarum actione pro multiplici beneficio iam recepto & in futurum recipiendo.

Psalmus. LX.

1 EXaudi deus deprecationē meā: intende orationi meę.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titulus talis est. In finem in hymnis psalmus dauid: hoc est psalmus iste dirigens nos in finem id est in christum est in hymnis id est in laudibus exhibendis dauid id est christo ¶ Materia: oratio laus et gratiarum actio ecclesie pro multiplici beneficio recepto et in futurum recipiendo. ¶ Intentio monere fideles ad faciendum ista semper: et ad perseuerandum in eis vsque in finem. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona ecclesie humiliter exaudiri petit: beneficia recolit: et pro beneficijs laudes promittit: post supradictam ergo gratiarum actionem vocatorum ad fidem admonet nunc suo exemplo ecclesia auditores vt pro dei beneficijs in gratiarum actione permaneant quod et in punti peccatorum veniam et virtutum gratiam sunt consecuti/et in futuro premium britudis habituri. ¶ Sententia in speciali. Ecclesia que de toto orbe quasi vnus homo clamat [Exaudi deus deprecationem meam] mala a me amouendo et auertendo [intende orationi mee] bona mihi conferendo et in me conseruando. Deprecatio est que assidua est: et hominibus etiam affertur. Oratio est que tantum deo offertur postquam dixit exaudi propter tius addidit intende vt videlicet gratanter et vtiliter dignetur exaudire. Nam orationi nostre intendit deus cum granter suscipit quod oramus. Nonnullos enim aliquando exaudit iratus non tam ad salutem quam ad damnationem. Et quia ecclesia toto orbe terrarum diffusa est vndique se clamare insinuat cum subiungit.

Deprecatio quid est. Oratio quid est.

2 A finibus terre ad te clamaui dum † anxiaretur cor meum in petra exaltasti me.

† an gereret.

¶ [A finibus terre] i. vndique ex omnibus partibus mundi [ad te] non ad alium [clamaui] te deuote inuocando [dum anxiaretur cor meum] i. in anxietate et molestijs per quas tamen fit noster profectus. Clamor noster ad deum est nostrum desiderium. Quanto quisque plus desiderat tanto plus clamat. Deinde sequitur clamoris exauditio. q. d. anxiatur cor sed non ideo vincor quia [in petra] id est in christo et in fidei soliditate exaltasti me [et fundasti: quia super hanc petram edificata est ecclesia. Et bene ait exaltasti: quia iustus qui ex fide viuit cuncta temporalia transcendit et in celis conuersationem habet. Exaltatum quoque

Desiderium nostrum est clamor ad deum.

3 Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.

¶ [Deduxisti me] de virtute in virtutem et de bono in melius [quia factus es spes mea] de vita et gloria eterna habenda et [turris fortitudinis] id est fortis defensio tuorum [a facie] id est a presentia et impugnatione [inimici] visibilis et inuisibilis. Talis munitio est nobis deus in quo et ab inimico securi esse et ipsum inimicum etiam iaculari possimus. Non sic esto in ista turri vt vaces ibi: et sufficiat tibi quia hostis tela non perueniant ad te. Age ibi aliquid non cesset manus: verba dei: fides tua spes tua et opera tua bona tela sunt et gladij interficientes inimicum. Tali ergo munitione confortatus perseuerare se promittit dicens. Et ego hac turre munitus

4 † Inhabitabo in tabernaculo tuo † in secula: † protegar in uelamento alarum tuarum.

† inquilinus ero † vsque † cooperiar.

¶[Inhabitabo i tabernaculo tuo id est] in concordia pmanebo:in vnitate fidei pugnabo et tibi militabo[in secula]id est vsq3 dū pugnatur et secula scilicet vsq3 in finē seculi qz ecclia vsq3 i finē seculi ē duratura z deo militatura. Nō enim qui ceperit sed qui perseuerauerit vsq3 in finem hic salu9 erit. Et si ipugnatio tētationū occurrat ergo [ptegar]id est tua ptectiōe muniar z defendar ab oībus tētationū[i velamēto]z in vmbra[alarū tuarum]id est i munimine tue misericordie z potentie que omnē auertunt lesionē. Uel ale iste sunt paterna seueritas z materna pietas illa ad castigandum/hec ad ↄsolādū: ergo p vnā tasti punit ↄtra ōsum ptionē:p alterā misericordie parcit ↄtra desperationē. Et ideo certus sum de protectione.

Mat. 5.

5 Quoniam tu deus † meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

†alia lra non haber meus.

¶[Quoniā tu de9 meus exaudisti orationēmeā]de pcipiēdis bonis qz a finibus terre ad te clamaui quia [dedisti hereditatē]eternā/scz regnū beatitudinis qbuscūqz[timētibus nomē tuum]nō enim est distinctio sed in omni gente q̄ timet deū acceptus est illi. Et dicit dedisti in p̄terito quia iā dedit in spe: vsqz iā in qbusdā est inceptū in re. Beneficia autem collata argumētū sunt futurorū. Uel ponit p̄teritū p futuro ppī nimiā certitudinē. Admonemur h nō cessare orādo q̄ diu tempus est tētationū. Oratio frequēs diaboli iacula submouet z hec pma ē virt9 aduersus tētationū incursus, Nihil vtilius potest facere seru9 dei in hoc seculo q̄ orare deum. Oratio serenat cor: abstrahit a terrenis: mundat a uitijs :subleuat ad celestia:reddit effectu capaci9 z dignius ad accipiēda bona spiritalia: perseueremus ergo i oratione z timore nominis dei qua tenus celestē pmereri possimus hereditatem. Deinde exponit quam hereditatem daturus est deus dicens.

Beneficia collata argumentū sunt futurorum.

Oros

6 Dies super dies regis adijcies:annos eius usque in diem generationis & generationis.

¶[Dies] scz eternitatis seu eternos[adijcies]i.appones[super dies]tpales[regis]nrī xpi qb9 si xps in presenti regnat in ecclesia z ipsi viuunt in christo:vt post hos dies trāseuntes etiā regnet in sanctis z ipsi cū eo in diebus illis q̄ nō habent finem. Deinde alijs verbis idē repetit dicens:et adijcies[annos scilicet eternitatis sup[ānos ei9] temporales quibus in presenti nobiscum est:adijcies inquam[vsqz in diem generationis]presentis et tpalis[z gnatiōis]future z eterne:qz hi dies z anni sunt vn9 dies q̄ ↄtinet z trāscēdit secula p̄sentis z future gnationis. Et hec dies est eternitas .q.d.eandem hereditatē dabis eis in qua est christus rex noster vt regnet cum eo in eternum. Ipse enim rex cum generatione sua

7 † Permanet in ęternū in conspectu dei:misericordiam & ueritatem eius quis requiret? †

†permanebit.

†ei

¶[Permanet]post ānos p̄ntes[in eternū i ↄspectu dei]i.i manifesta dei visione vbi presto est ad mis

rendum ōībus: sic ꝛ illi ibidem ꝑmanebūt: hoc est autem sanctorum mercēs scʒ gloria visionis dei. Et q: tāta est dei remuneratio ꝛ tāta est britudo ergo misericordiā eius qua in p̄senti peccata dimittit: [et veritatem eius] qua in futuro promissa reddit [q̄s requiret?] i. iterum ꝛ iterū q̄ret. s. ad hoc vt imitetur eū. q. d. pauci. Vbi dicit quia non nostra merita attēdit deus sʒ bonitatem suam vt peccata nostra nobis dimitteret et vitam eternā promitteret. veritas autem q: nō fallit reddere quod promisit. agnoscamus ꝛ nos hic eam ꝛ faciamus hic misericordiam circa infirmos: circa egētes: circa etiam inimicos nostros. veritatem vero non peccādo nec abijciendo peccatum super peccatum. Ideo autem sub interrogatione quasi inuitādo dicit q̄s requiret: quia q̄uis hoc ineffabile bonum sit pauci sunt tamē qui requirant aut requirentes perseuerent. Tanta est humana miseria intātum abundat iniquitas vt in requirēda vanitate ꝛ mēdacio sint multi: in requirenda misericordia ꝛ veritate sint pauci. Nos autē de paucis his esse studeamus vt cum electis dicere possimus quod subditur.

†psallam 8 †deus Sic † psalmum dico nomini tuo † in seculū seculi: ut reddam uota mea de die in diem.

¶ [Sic psalmuʒ dico ꝛc] q. d. sub hac spe positus quia spero te daturum mihi hereditatem in futuro ꝛ me mansurum in eternum in conspectu tuo [sic psalmū dico nomini tuo] i. sic bene operabor ad honorem nominis tui Vel [sic psalmuʒ dico] p̄dicando et opere complēdo seu hymnizando ꝛ bene operādo [in seculum seculi] id est q̄diu durabit hoc seculum quia non ad tempus hoc est agendum [vt reddam vota mea] bonorum operum que voueo vel meipsum quem deuoui in baptismo [de die in diem] id est assidue per singulos dies vt tandem perueniam ad illum diē vbi in eternum tibi psallā. Si vis ī eternum psallere redde vota tua in isto die donec peruenias in illū diē vbi psallas sine fine. Oratio.

Maiestatum nostrarum misericordissime consolator deus: protege familiā tuā a facie inimici vt a te turre fortitudinis premunita inhabitare tabernacula mereamur eterna. Per dominum.

Psalmus de obedientia deo debita & in tribulatione patientia: ac de confidentia in deo bona sed in hominibus & terrenis omnibus uana. Psalmus. L X I.

1 Nonne deo † subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. †subijcietur.

¶ Auctor psalmi ꝑpheta dauid. ¶ Titulꝰ hic est. In finē ꝓ yditū p̄s dauid. id est p̄s iste ē dauid prophete qui hic loquitur habitus ꝓ yditum. id est agēs de transilien te. trāsiliente dico in finem. id est in christum et inuitante nos ad summum bonum. Quia enim vocati ad fidē auditores ad ꝑmanēdū in grãrū actiōe sua monuerūt

iam tanꝙ transilientes et superio res effecti suos inferiores ad exē plum sue humilitatis ⁊ patientie ac contemptus diuitiarum ⁊ tem poralium hortantur. ¶ Materia: obedientia deo debita et in tribu latione patientia in deo confiden tia bona sed in hoībus et terrenis oībus vana. ¶ Intentio: nos ad monere vt spnēdo et transiliendo ista temporalia vana ⁊ caduca per obedientiā ⁊ patientiam speremꝰ eterna: ⁊ nulla tribulatione vel ꝑ suasione impediamur quin terre nis dimissis ad sola celestia tēda mus. ¶ Sententia in gnali. ꝓphe ta in isto psalmo loquitur in ꝑso na trāsliētis ⁊ cuiuslibet iusti qui ex obedientia ad deum persecutio nes iniustas patiēter tolerat: hor tans vniuersos fideles vt in domi no confidant. arguitq̄ errantes ⁊ ꝑsecutores de vanitate ꝙ in cadu ca huius mundi felicitate sperant subiungitq̄ fixā ⁊ imutabilem de punitione malorū et premiatione bonoꝝ sententiaꝫ. ¶ Sentētia in speciali. Transiliens ille vidēs tot impedimenta seculi deo se subdit ⁊ inferioribus se mundis trāsiluis se eū dolentibus ⁊ ruinā ei immi nentibus quasi de alto increpan do rñdet dicens. [Nonne deo] qui ē sup omnia [subiecta erit anima mea?] .i. obediens et mādata eius obseruās: eiq̄ fideliter seruiens et nihil preter eum cupiens. q. d. erit omnino: ⁊ si agitis vt mouear: ⁊ si multa trāsilio: hoc dicit ne trāsiliē do supbiat: non elatus ex his que infra sunt: sed humilis ex deo qui supra est: sciens qm̄ qui se exaltat humiliabit: et iustuꝫ est vt ei subij ciar [ab ipso enī est salutare meū] i. salus et saluatio mea in corpore ⁊ in aīa. Et hoc probat dicens

†etcm 2 † Nā & ipse † deus meus & salutaris meus: susceptor meus nō mo uebor amplius.

¶ [Nā ⁊ ipse] est [deus meus] qui me creauit [⁊ salutaris meus] qui me saluauit [susceptor meus] qui me de morte ad vitam de pena ad gliaꝫ suscepit: ideoq̄ [nō mouebor ampliꝰ] ⁊ de cetero ab ipso contra eius volūtatē faciēdo: licet enī ali qñ motꝰ fuerim nūc susceptꝰ ⁊ sa natꝰ ab auctore et redēptore meo iam vlterius nō mouebor. Et quia tantū habeo saluatorem / et ab eo amplius non mouebor: ergo o stul ti ⁊ miseri peccatores

3 Quousque † irruitis in hominem: † interfi- citis uniuersi uos tan- quàm parieti inclinato & maceriæ † depulsæ.

¶ [Quousq̄ irruitis] .i. ꝙdiu irra tionabiliter īpetū facitis [in ho minem] exteriorem q̄ vsq̄ ad ani mam ptingere nō potestis: sꝫ vos in eo qđ agitis: vestrū cogitare in teritū: q2 ī hoc [interficitis vniuer si vos] ipsos in anima. Quicunq̄ bonos a suo proposito nitimini re mouere siue dissuadēdo siue perse quendo vos ipsos in hoc intus oc ciditis: aīas vr̄as dānatis. Irrui tis inꝙ incumbentes ei [tanꝙ pa rieti inclinato] ad ruinam [et ma cerie] q̄ est ꝯstructio saxorū sine ce mēte ligamine: vt fit circa hortos ⁊ vineas [depulse] .s. a statu suo ⁊ casuꝫ mināti: q2 sic nos putatis fa ciles ad cadendū: ⁊ pronos ad rui nam tanꝙ omni destituamur au xilio sed non est ita. Et quamuis ita admoniti

4 Veruntamen † præ-

cium

cium meum cogitaue-
runt repellere: cucurri
in siti: ore suo benedi-
cebant & corde suo ma
ledicebant.

¶ [Uerũtamen] non ideo cessant mali: sꝫ [cogitauerũt] abscõdentes venenuꝫ in corde: et si non audent proferre [p̄cium meum rẽpellere] a me. i. deum meum et gloriã quam spero futurã meritũq; laboris mihi auferre: iõ [cucurri] in via p̄sentis vite ad p̄ciũ meũ obtinẽdũ nõ vt piger et fastidiosus sꝫ [i siti] sancta hoc est i ardore ꝛ desiderio magno tanq̄ sitiẽs iustitiã ꝛ eorũ salutem: sed ipsi quasi syrene diaboli nitentes cursum meũ impedire [ore suo bñdicebãt] vt adulatiõis me verbis deciperent [ꝛ corde suo maledicebant] iniq̃tatẽ ꝛ mortem machinantes. Iniqui eñi q̃n apte bonos non audent persequi ore loquũtur bonum: sed intus in corde latet venenũ. Ideo animam suam inter tot pericula exhortãs subdit.

5 Veruntamen deo
† subiecta esto anima
mea: quoniam ab ipso
† patientia mea.

†subijcietur. †est

¶ [Uerũtamẽ] q̃cquid illi faciant me impugnando [deo subiecta] et obediens [esto anima mea] sicut cepisti: recognosce te ab eo accepisse bona que habeo: humilia et illi q̄ntum potes: ꝛ merito debes subijci [q̃m] liter tot scandala [ab ipso] est [patientia mea] tãq̄ a cã exẽplar ꝛ ẽt efficiẽte: ip̄e eñi ẽ exẽplar totius patiẽtie: ꝛ ẽt ip̄e patiẽter facit in tribulatiõe. Nemo eñi p̄ se tãta vl' apta bella vel occultas isidias tolerare posset nisi oipotẽs de⁹ vi-

reo patiẽdi tribueret. Ideo etiam aia mea debet esse deo subiecta.

6 † Quia ipse † deus
me⁹ & † saluator meus:
† & adiutor meus non
emigrabo.

†quoniam †est †salutaris. †susceptor.

¶ [Quia ip̄e] est [de⁹ meus qui vocauit me ad fidẽ ꝛ cultũ diuinitatis sue [ꝛ saluator me⁹] q̃ me redemit ꝛ iustificat: ꝛ p̄ viã salutis ducit [adiutor me⁹] ad bñ operandũ: et me per opera meritoria ad patriã perducẽdo ac glorificando: ꝛ iõ [nõ emigrabo] i. nõ recedaꝫ a dei subiectiõe: nec ab eo separabor vita vl' morte. Utile est consiliũ in oi tribulatione deũ nostrũ saluatorẽ atq; adiutorẽ reminisci: quaten⁹ ab eo nullis tẽtationibus valeam ꝯmigrare. Unde adhuc subditur:

Cõsiliũ vtile.

7 In deo salutare meũ
& gloria mea: deus au-
xilij mei & spes mea in
deo † est.

†alia lr̃a nõ hꝫ est.

¶ [In deo] est hic [salutare meũ] i. p̄ deũ habeo saluationẽ ꝛ saluus ero. i. iust⁹ ex ipso [ꝛ gloria mea] ẽ in deo. i. in nulla re glorior nisi in deo: vt q̃ gloriatᷣ in dño glorietur. Uel [in deo] erit in futuro [salutare meũ] i. sal⁹ ꝛ saluatio: q2 tũc liberabimur ab oi miseria et malo [ꝛ gloria] i. gloriatio [mea] q2 per ip̄m gloria eterne vite tribuitᷣ. q. d. salu⁹ ꝛ gloriosus ero i eo. Interim nũciter tẽtatiões ip̄e est [de⁹ auxilij mei] in certamine. Dat eñi auxiliũ certãtibus: hoc dicit ne q̃d sibi hõ deputet [ꝛ spes mea i deo ẽ] do nec venerit res. Igitᷣ exemplo meo

8 Sperate in eo † omnis
congregatio populi: ef-

†oĩs cõsilium plebis

fundite coram illo cor-
da uestra: deus adiutor
noster † in æternum.

†nō h̄z. ℭ [Sperate in eo] transilientes eos qui i vanitate sperant [omnis congregatio populi] .s. fidelis .i. omnes q̄ cōgregati estis in vnitate fidei: et vt digne in illo positis sperare [effundite coram illo corda vestra] .i. occulta cordium ei reserate: et corda ab omni sorde vitioꝝ euacuate plangendo/ confitendo: deprecando: nam q̄ nō h̄z cor vacuū a malo si sperat non est spes s̄z p̄sumptio. q: [deus] est [adiutor noster in eternū] nō solū tēporaliter sicut homines adiuuāt: sed etiam ad eternitatē p̄merendā et p̄stādā: et q̄uis deus debeat esse spes nostra et sic operetur nobis.

y Veruntamen uani fi-
lij hominum : menda-
ces filij hominum in sta
teris ut decipiāt ipsi de
uanitate in † idipsum.

†vnū. ℭ [Verūtn̄ filij hoīz] .i. imitatores carnalr̄ viuētiū q̄ nō attēdunt sed sunt [vani] .i. dediti vanitatibus sperādo i reb⁹ trāsitorijs et caducis sunt ēt [mēdaces filij hoīm i statēris] .i. i libra iustitie: i boni maliq̄ꝫ deliberatiōe malū bono p̄pōderā tes vl' iusti videri volentes cū sint fallaces: vl' ad literā iniq̄s pōderibus vtētes [vt decipiāt ipsi de vanitate] .i. de reb⁹ vanis [i idip̄z] .i. iter se seu inuicē .s. vnusq̄sq̄ꝫ aliuꝫ. Vl' [vt decipiāt] alios [ipi] existentes et p̄uenientes [i idip̄m] .i. i vnū [de vanitate] q: et si varij et diuersi i studijs p̄uersi sunt i malitia: tn̄ et vanitate i vnū sunt et conueniunt. Sciens ergo cōuertit se ad eos .d.

Nolite sperare † in
iniquitate : & rapinas
nolite concupiscere: di-
uitię si aff.uāt nolite cor
apponere.

†supe iiq̄tatē et rapinas ne cōcupiscatis diuitie si fluāt ne apponatis cor.

ℭ [Nolite sperare i iiq̄tate] decep̄tiōis s̄z i deo mecū sperate [et rapinas nolite p̄cupiscere] auferēdo p̄ violētiā aliena. q. d. nec speretis nec cupiatis q̄ rapiāt alijs: ēt si nō habet̄ et q̄si ex necessitate rapturi sitis: et [diuitie si affluāt] aliūde q̄ p̄ fraudē et rapinas .i. si abundēt et exundēt tāq̄ de fōte currāt [nolite cor apponere] ardēter eas amādo et tenaciter custodiēdo i eis p̄fidendo et sperādo idē p̄sumēdo et superbiēdo. Nō dānat diuitias: s̄z cor vetat apponi et i eis figi. Et vt mag̃ eos auāritate dissuadeat p̄pōit duo q̄ꝝ alterū d̄terret: alteꝝ d̄mlcet. d.

u Semel locut⁹ est deus
duo hęc audiui: † quia
potestas dei est & tibi
domine mi̇a, quia tu red
dis unicuique † iuxta
opera sua.

†tm̄ †tm̄.

ℭ [Semel] .i. firmit̄ et imutabilr̄ [locut⁹ ē de⁹] q̄si vnica locutiōe et retractiōe nō idigeat: q: qd̄ loq̄t̄ de⁹: ē vnū et iuariabile. ℭ tn̄ li. semel nō ad nūerū referēdū ē: s̄z ad sūie firmitatē [duo h̄ ivalde necessaria q̄ vob̄ dicetur⁹ sū ibi [audiui] auditu iteriori i alto q̄ trāsiliui .i. spū ispirāte et reuelāte itellexi nō ex me loq̄. Audiuit forte alia mlta: s̄z nō ē op⁹ dici nob̄. Illa duo sunt ptās et mia d̄ q̄b⁹ sūt oēs scripture: q: docēt q̄ potēs ē vt penā ifligat et misericors vt rēuneret. Vn̄ seq̄t̄ [q: ptās] iudicādi et p̄amēdi [dei ē] ois ei pōt: et ois ptās a deo ē: et mutāo p̄sonā adiūgit aliud .d. [et tibi dn̄e] ē [mia] remunerādi: ptās ḡ timeat̄

mia amef: nec pro mia ptās cōtē-
pat̄: nec pro potestate de mia de-
spest. q: tu reddis vnicuiq; iuxta
opera sua. bonis quidem et mia
premium: malis vero ex iusta po-
testate supplicium. Oratio.

Ubde tibi domine aias no
stras qm̄ tu es patiētia no
stra: vt renuētes incerta di
uitiarum delectamenta te solum
contempta omni mundi vanita-
te sequi mereamur. Per dominū.

Psalmus de diuina consolatiōe ecclesiæ in ariditate huius seculi: uelut in deserto uel ueri anachoritę in loco solitario. Psalmus. LXII.

1 DEus deus me
us: ad te de lu
ce uigilo.

¶ Auctor psi pphe-
ta dauid. ¶ Titul⁹ talis est. psal
mus iste conuenit et attribuitur
dauid. i. eccl'ie que hic loquit̄ habi
tus de his que sustinuit ipsa eccle
sia cū esset in deserto idumee. i. in
ariditate hui⁹ scl'i ⁊ vite vbi sitit:
⁊ miam expetit donec eterna ca-
piat. Ecclesia em̄ fidelium de q̄ su
pra d̄r instruit nos hic suo exēplo
in erūnis ⁊ tētatiōib⁹ hui⁹ seculi
q̄ro supne patrie desiderio debea
mus estuare/ et ad deū festinare:
q̄taq; vigilātiā in eius volūtate
adimplēda hr̄e vt i futuro dei lau
dē mereamur acqrere. ¶ Mate-
ria: diuina cōsolatio ecclesie in ari
ditate huius scl'i velut in deserto
sitiētis ⁊ miam a deo expectātis.
¶ Intētio monere fideles vt solū
deū sibi eligāt: ⁊ ad eū oī d̄siderio
festinēt: ac recte ⁊ bn̄ cōuersari in
medio hui⁹ pverse ⁊ praue natio-
nis studeāt. ¶ Snia in gnali: pro
pheta in isto psalmo loqtur in pso
na eccl'ie quō in deserto huius se-
culi ⁊ vite se habeat: q: deū vide-
re desiderat quē ⁊ laudat: ⁊ in am
plius agere optat: vl' etiā mea est
diuina consolatio veri anachorite
in loco solitario. ¶ Intētio: mone
re fideles fugere mūdū prauum ⁊
peruersum/ ⁊ propter ɔsolatiōes
diuinas petere desertum. ¶ Snia
in gnali. pphta loquit̄ in psona
cuiuslibet veri anachorite. q. s. mū
dum fugiēs petit deserta vt diui-
na pcipiat bn̄ficia ⁊ hostium eua-
dat machīamēta. ¶ Snia i spāli.
Eccl'ia ergo necessitatib⁹ hui⁹ vi-
te estuans clamat. O [Deus] com
muniter oim per potētiā et creatio
nem qui es [deus meus] specialis-
ter per redēptionē ⁊ vocationem
et signanter per cultum ⁊ singula
rē dilectionē [ad te de luce vigilo]
ad literā i. summo mane ad tuas
laudes cōsurgo sez diluculo ⁊ ma-
tutinali hora quādo xp̄s surrexit/
et nos ad surgēdū et laudandum
exemplo sue resurrectiōis anima-
uit: vnde institute sunt laudes no Laudes no
cturne vt semp sint⁹ patri memo- cturne
res iudicij sm̄ quosdam hora qua quare
christus resurrexit affuturi pro q̄ sunt in
resurrectione laudes decātantur stitute
matutine. Uel moraliter [vigilo]
i. diligēter studeo ⁊ curiosus sum
vt bene operari icipiā [ad te] pro-
merendum/ ⁊ ad tuas volūtates
exequēdas/ ⁊ hoc [de luce] gratie
i. ex quo suborta est mihi lux gra-
tie que nos excitat et ad deum vi
gilare facit. Uel [de luce] i. p puri
tatem bone cōscientie. De qua vi-
gilatiōe dictum est in euangelio. Mat-
Beatus ille seruus quem cum ve thei. xx
nerit dominus inuenerit vigilan iiij.
tem: huius autem vigilie causam
ostendit cum subiungit.

2 Sitiuit † in te anima
ſitibi, mea: quàm multiplici-
ſtet ter tibi † caro mea.

¶ [Sitiuit in te aīa mea] .i. in te ſolū cōſolari & ad te venire tibiq; inherere beatifice ardēter deſiderat: deſideriū enim ſitis anime ē. Aīa quidem deſiderat deū multis de cauſis: ſed ad deſiderati finem puenitur laborib⁹ carnis q̄ deum deſiderat cauſis pluribus. Unde ſubditur [q̄ multipliciter] .i. multo amplioib⁹ cauſis q̄ aīa: ſubijciam enim amplioribus miſerijs [tibi caro mea]. Sitiuit vt videlicet in ea reſurrectiōe atq; īmortalitate quā pmiſiſti tibi appareat: q2 & ei pmittitur reſurrectio quomodo & aīe btitudo: caro itaq; multiplices defect⁹ patiť/ & q̄ multipliciter fatigať tam multipliciter ſit ita deo infatigabilem incorruptionē: & ideo multis modis deo deſeruit vt ad deſideratū finem et ipſa et anima peruenire poſſit. Deinde ſubdit vbi ſitiat.

Aīa deſiderat deum multis de cauſis.

3 In terra deſerta &
† inuia & inaquoſa ſic
ſ ſine in ſancto apparui tibi:
via & ſine aq. ut uiderem † uirtutem
ſpotentiam. tuam & gloriam tuam.

¶ [In terra deſerta & inuia & inaquoſa] ex ſe .i. in hoc pſenti ſeculo qđ eſt terra deſerta quātū in ſe eſt ab omni bono & [inuia] .i. ſine via nō habēs viā veritatis [& inaquoſa] id eſt ſine aqua nō habēs refrigeriū vere ſalutis [ſic in ſancto] ſcz deſiderio vt habitum eſt .i. per ſanctū deſideriū [apparui tibi] .i. vidiſti me [vt] et ego [viderē virtutē tuā et gloriā tuā] .i. te: nemo eīi videt deū niſi prius deo appareat .i. a deo videať. Ergo i ſancto deſiderio appareamus deo vt et ipſe appareat in nobis. Ad hoc etiam anachorite loca deſerta et inuia querūt vt deo perfecti⁹ inhereant/ & cōſolationes diuinas meli⁹ pcipiant. Jđ hec oia ſic ago:

4 Quoniam melior eſt
miſericordia tua ſuper
uitas: labia mea lauda-
bunt te.

¶ [Qm̄ melior eſt mīa tua] diuina [ſup vitas] humanas. Multe ſunt ſanctorum vite in hoc ſeculo. ali⁹ deo ſeruit in cōiugio, ali⁹ per cōtinētiam: ali⁹ per cōem vitam; alius per ſolitariā: ali⁹ p actiuā: ali⁹ p cōtēplatiuā. diuerſi diuerſo modo ſcđm menſuram gratie que vnicuiq; data eſt a deo. Quātūcū q; q̄ſq; perfecte viuat: q̄ ſancte & pure deo deſeruiat: tamen ad celeſte regnū non pducitur/ niſi diuina miſericordia cū bonis operib⁹ adiungatur: ideo [labia mea laudabūt te] id eſt laudabilē te alijs pdicabo. De tanta enim pij domini miſericordia: ne ingrati ſimus laudes & grās q̄s poſſum⁹ referre debem⁹. Et ſicut labijs laudo:

Sanctorum vite multe.

Sic benedicam te in
5 uita mea: & in nomine
tuo leuabo man⁹ meas.

¶ [Sic] etiā [benedicā te in vita mea] .ſ. tota .i. bene viuendo. Sic enim digne quiſq; laudat qū cum labijs vita concordat [et in noīe tuo] id eſt ad honorem & gloriam nominis tui [leuabo man⁹ meas] ad te in pcib⁹ & orationib⁹ Ad literā. Uel [man⁹ meas] .i. opera bona [leuabo] ab appetitu fauoris reſpectu ſuperne patrie bona opera exercēdo et non meam ſed dei gloriam in eis querēdo. Et vt lo-

bijs digne laudare et recte viuen do ac bene operando deum benedicere valeat ipinguari dono sue gratie postulat cum subiungit. Et vt hoc possim optinam.

6 † Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & † labijs exultatiõis † laudabit os meum.

†sanctꝯ †labia †laudabũt nomẽ tuum.

℃ [Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur] et reficiatur [aia mea] tua grã hic vbi ĩtus est. Adeps proprie vocatur pinguedo illa que est circa vitalia et intestina: sꝫ pinguedo dicitur q̃ est in carne ꝛ mẽbris exterioribꝰ. Sicut adipe ergo ꝛ pinguedine aia repletur qñ ꝛ charitas est in mente ꝛ foris alacritas spiritalis apparet in actione: hilarem enĩ datorẽ diligit deus. Unde et subdit [ꝛ labia exultationis laudabit os meũ] .s. te et nomen sanctum tuum: qꝛ in dño seruitute ꝛ ipsius laude non tristitia: sed gaudium haberi debet: nec solum laus dei dꝫ eẽ in ore: sꝫ etiã in meditatione ꝛ opere. Unde ꝛ subdit:

ij. Cori. ix. b.

7 Si † memor fui tui super stratũ meum: in † matutinis † meditabor in te: quia † fuisti adiutor meus.

†memoratꝰ sũz. †diluculo. †meditabar. †factꝰ es.

℃ [Si] .i. qꝛ [memor fui tui super stratum meũ] .i. in qete ne ipã dissolueret et faceret obliuisci deum [meditabor] etiã [in te in matutinis] .i. in opibꝰ lucis ꝛ actibꝰ bonis. Digna enim ꝛ bona debemꝰ opari tãq̃ in luce: ꝛ filij lucis sepe qñ quieti sunt hoies p qetem dissoluũtur ꝛ obliuiscunt deũ: hec sancta aĩa in qete sua deũ remiuit scit. vñ ↄstat: qꝛ ꝛ in actiõibꝰ suis in deo meditabit [qꝛ fuisti adiutor meꝰ] nisi eĩ adiuuet hic deus bõa iplere non possumꝰ. Uel per stratũ in q̃ qescimꝰ accipe ↄspera in qbꝰ ille ẽ memor dei qd vix hõ facit ꝛ per matutinos noctem et aduersa.

8 Et in uelamẽto † alarum tuarum exultabo † adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

†pennarũ. †agglutinata est.

℃ [Et] si qd occurrit [i velamento alarũ tuarũ] .i. in protectiõe potẽtie ac viscerose charitatis ꝛ clemẽtie tue [exultabo] .i. hilaresco i bonis opibꝰ nihil timẽdo: nec solum exultabo sed iã feruẽti desiderio ꝛ charitate [adhesit aia mea post te] vt sit post te .i. vt te sequatur q̃tidie ꝛ obediat tibi: ꝛ qꝛ sic adhesit [me suscepit] alias ↄregẽdum a prauis et ad regẽdũ [dextera tua] .i. ↄpiciatio tua diuia vl [me suscepit dextera tua] .i. virtꝰ ꝛ grã tua in magnã dignitatẽ a dilectiõe i q̃ ↄpter peccatum eraꝫ me sustulit.

9 Ipsi uerò in uanum quæsierũt animã meã: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij: partes uulpium erunt.

℃ [Ipsi vero] .s. persecutores ꝛ inimici [in vanũ] et frustra [q̃sierũt animam] ꝛ vitã [meã] pdere qꝛ ardẽter tibi adherẽdo euasi ꝛ non potuerũt iplere qd voluerũt: nec intentũ habuerunt. iõ [introibũt in inferiora terre] .i. in infernum vbi dãnabunt [tradẽtur in manꝰ gla

dis]. i. in ptātē ⁊ ppetuitatē tor-mentorū qb⁹ sunt detrūcati[par tes vulpiū]. i. dolosorū[erunt hoc est pticipes erūt pene dolosorum in inferno sepultorū: q: mō se dolosis prava volūtate cōiungūt. Uel [ptes vulpiū]. i. dmonū[erūt sortē eorū suscepturi: quia sicut boni annumeranť iuxta merita diversis ordinib⁹ angelorū: ita mali ordinib⁹ dmonū trāsformati i illos.

10 Rex vero letabitur in deo: † laudabuntur omnes qui iurāt in eo: † quia obstructum est os loquentium iniqua.

[Marginal notes: †laudabit omnis q iurat in ipo. †quia oppilatum ē.]

¶ [Rex xp̄o]. s. q̄libet iust⁹ ⁊ bon⁹ ē. hīn regēs ac sue regnū: mot⁹ carnales terrenos: et qcqd vitiosum est reprimēdo[letabiť in deo] ma-lis (vt dictū est) sepultis in inferno: ⁊ [laudabunť] i. in fine laudabiles apparebūt[oēs qui iurāt in eo]. i. q fidē dei pmittūt ⁊ seruant q sacramēta ei⁹ inuiolabiliter custodiūt: q aias suas ⁊ bonā vitā illi vouēt/⁊ reddūt: ⁊ vere laudabūtur q mō ab iniquis vituperanť[q: obstructū ē]. i. obstruet in iudicio vbi ois iniqtas victa obmutescet [os loquentiū iniq]. i. contra bonos: q2 iā qd dicere valeat nō habebit. Uñ nullo omnino cōtradicēte boni laudabuntur. Oratio.

Ad te de luce vigilantib⁹ lumē largire ppetuū auctor lucis eterne de⁹: vt te laudēt labia nr̄a: vita bñdicat te: meditatio nostra in matutino glorificet. Per dominum.

Psalmus de oratione Christi in sua passiōe ne cedat inimicis: & ut cōstātiā habeat liberetur-que finaliter ab eis.

Psalmus L X I I I.

1 Exaudi deus orationē meā cum † deprecor: à timore inimici † eripe animam meam.

[Marginal notes: †tribulor. †erue.]

¶ Auctor psalmi pp̄heta dauid. ¶ Titul⁹ hic ē. In finē ps dauid: hoc est ps ille cōuenit xp̄o dauid. i. xp̄o q hic loquiť adiūcta sibi vocē corpis dirigēs nos in finē. i. in sui cōformitatē. Docet ei nos suo exēplo q̄liter in deserto hui⁹ sc̄li (de q supra dcm̄ est). ter plecutores nos debeam⁹ hre: ⁊ q̄liter orātes debem⁹ in tribulatiōib⁹ pseuerare: hoc attēdētes: q: quāto fuerit asperior ⁊ iniqor tribulatio nr̄a: tāto in futuro maiorē habebim⁹ pfectū: illi xp̄o maiorē defectū. ¶ Materia: tribulatio a iudeis xp̄o neq̄ter illata: ⁊ ab ipso dulciter tolerata. ¶ Intētio: monere nos ad imitādū xp̄m i pstātia ⁊ tolerātia passionū: ⁊ i passiōib⁹ orādū/⁊ i dn̄o sperādū. ¶ Snia i gn̄ali: pp̄heta in isto ps i psona xp̄i orat ad deū pr̄em petēdo ab aduersarijs liberationē: describēdo eoꝝ malignitatē: ⁊ fruſtratā itētionē ⁊ sequentē ex his fructū ⁊ vtilitatē. Orat aūt i passiōe ad istructionē fideliū vt si ipe q psci⁹ erat futuri orare voluit: multo magis q icerti sunt sedule dent operam orationi ⁊ maxime tribulationi. Sicut enim caput nostrum: sic et nos in tribulatiōibus hic rogamus. ¶ Sententia in speciali. Orat ergo xp̄s in passione dicēs. [Exaudi deus orationem meam cum deprecor] id est corde ⁊ totis viribus precor. Nunc

te pater deprecor: nūc exaudi oratio⸗ nē meam que aūt sit ista oratio declarat cū subdit [a timore inimici].i. inimicorum .s. iudeorū [eripe aīam meā] non quidē vt non moriar: sʒ vt eos non timeam qui tm̄ corpus possunt occidere: sed te qui aiam ꝛ corpus potes perdere. Nō igit orat vt nō occidat/sed vt occidētē nō timeat ne forte timendo succūbat: nec hoc ideo postulat vt timore aliquo frāgi valeat/sed vt exēplo suo infirmantib⁹ mēbris orandi formam atq; in passione ꝛ tribulatione cōstantiam tribuat. Et ꝙ de exauditione securus sit ostendit dicens.

2 Protexisti me à cōuētu malignantium: à multitudine operātium iniquitatem.

¶ [Protexisti me à conuētu malignātiū] volūtate ꝛ ꝯsilio.i.a collectiōe mala ꝫ me cogitātiū ꝛ malū in corde machinātiū: ꝛ non solū a cōuētu malū volētiū: sʒ ēt [a mltitudine opantiū] in actu in me [iniqtatē] illā singlarē.s. crucifixionem. Iniqtas fuit occidere eū q̄ tot bōa eis fecerat: sʒ q̄mō ꝓtect⁹ sit ē ad uertēdū. Ipsi em̄ intēdebāt iferre xp̄o mortē ppetuā: sʒ tertia die resurrexit delere famā sʒ diuulgata fuit: auferre fidem a suis/sed dilatata inualuit. Exaudi inquit ꝛ necesse est vt exaudias.

3 Quia exacuerūt † ut gladium linguas suas intenderunt arcum rem amaram: ut † sagittent in † occultis immaculatum.

†tanꝙ †sagittare. †abscōdito.

¶ [Quia exacuerūt] .i. valde acuerūt [vt gladiū linguas suas] .i. sicut gladius acuitur vt magis incidat ita ipi acutissime excogitabāt q̄d in me pct⁹ dicere potuissent: ꝛ verba acuta apte mortē incl inādo ad me occidēdū ꝓtulerunt: ꝛ ita si nō manib⁹ liguis tm̄ occiderēt [itēderēt arcum] .i. dolos ꝛ occultas isidias pauerāt. Arc⁹ ē occulte: gladi⁹ ap te ferit [rē amarā] sʒ vt discipul⁹ ꝛ cōiuia ꝓditor fieret [vt sagittēt immaculatū] .i. quasi ignorantē occidāt innocentē: ꝛ hec [in occult] .i. latēter xp̄ū ad suā opinionē: Ad hoc quesierunt quomodo a discipulo traderet: a iudice romano dānaretur: ab ipsis romanis crucifigeretur: h̄ fuit acumē lingue: hoc arc⁹ ꝛ hoc sagitte: sic per alios christū sagittauerunt: sic gladio proprie lingue occiderunt. Unde et subditur.

Arcus occulte gladi⁹ aperte ferit.

4 † Subitò sagittabūt eum & non timebunt: † firmauerunt sibi sermonem † nequam.

†repente †obfirmauerunt. †malignum

¶ [Subito] .i. insidiose q̄si inopinate ꝛ improuise [sagittabūt eū] .i. occidēt q̄si nescientem vt eis videt: ꝛ scel⁹ implebūt vel iude [nec timebunt] deū vel iudiciū eius: qz [firmauerunt] obstinatione nō veritate nullo mō volētes obmittere [sibi] .i. ad malū suū dicēdo sanguis ei⁹ sup nos ꝛ sup filios nr̄os nō dn̄o cui nō nocuerūt [smonē nequā] vel malignū .s. q̄ ꝓlocuti sunt vt eū interficerēt: ꝛ postea obstinate mortē eius petierūt dicētes: expedit vt vnus homo moriatur pro populo: ꝛ reus est mortis et crucifige: crucifige ꝛ huiusmodi.

Joha. xviij.

5 Narrauerunt ut abscōderent † laqueos: dixerūt: qs uidebit † eos?

†muscipulas. †eas.

¶ [Narrauerunt] ⁊ apud se dispo-
suerūt [vt abscōderēt laqueos] et
pararent occultas fraudes inter
se tractātes quomodo dolose ⁊ ab
scōse christū caperent ⁊ occiderent
tradendo eū per discipulū: iudican
do per principē romanū: interficiē
do p milites eius. Talis fuit abscō
sio laqueorum de quibus etiā [di-
xerūt qs videbit eos] scʒ laqueos
istos ⁊ fraudes. i. quis poterit per
cipere vł cauere. q. d. nullus. Neqʒ
enim hoc ab aliquo deprehendi
posse putauerunt: nā ita effronite
mortem christi querebāt ac si deus
lateret ⁊ ipse nō videret vt puta-
bant/sed non profuit illis. Nam
sequitur.

6 †Scrutati sunt † ini
quitates: defecerūt scru
tantes † scrutinia.

†perscrutati. †iniquitatem. †scrutationes.

¶ [Scrutati sunt] i. inquesierunt
[iniquitates] scʒ quomodo p fal-
sos testes iniustū accusarent: ⁊ quo-
modo dolose eū pderēt/sed [defe-
cerūt] ab itēto: ipsi [scrutātes scru-
tinia] i. acerba ⁊ acuta cōsilia: hoc
est in ea subtili ⁊ frequēti inquisi-
tiōe nihil potuerūt pficere: quere-
bāt enim extinguere christi nomē
qd magis clarificatū fuit p suam
passionē. Quāto acutius et subti-
lius dolos cogitauerunt tanto pl⁹
⁊ grauius a veritate ⁊ equitate de
fecerant: ⁊ in tenebras mergeban
tur. Qz enim nō videbāt deū pu-
tabant se non videri a deo: scruta-
ti igitur sunt sed frustra. quia

7 Accedet homo ad
cor altum: & exaltabi-
tur deus.

¶ [Accedet] spōte ad passionē [ho
mo] scʒ christ⁹ q nō pateref nisi bo
ēēt [ad cor altum] i. pfūdū ⁊ secre-
tū: in hoc habebit vł ei erat qz hoc
faciebat ẜm altū ⁊ pfūdū dei cōsi
liū. Vel [accedet homo] scʒ xps in
passiōe [ad cor altū] i. pfūdū ⁊ se-
cretū dei cōsiliū: nā voluntarie acce
dens ad passionē perfecit pfundū
secretūqʒ diuinū mysteriū: quo di-
sposuerat de⁹ filiū suū pati p re-
dēptione mundi [⁊ exaltabit de⁹]
in resurrectione. q. d. occiditur vt
homo in passione: ⁊ ipse idem exal
tatur vt deus in resurrectione: et
acquiret nomē qd est super omne
nomen. Audi quomodo exaltatus
sit de⁹: ⁊ hi q psequebanf hūiliati.

8 Sagitte † paruulorū
facte sunt plage eorum:
& infirmate sunt con-
tra eos lingue eorum.

†infantium

¶ [Sagitte] humiles [paruulorū]
⁊ simpliciū scʒ apostolorum [facte
sunt plage eorū] q sagittabāt ⁊ nō
timebāt: qz iam verbis eorum fe-
riunf ⁊ psternūf. Infirma enī mū
di elegit deus vt confundat fortia
[⁊ infirmate sunt lingue eorum] i.
in sermones eorū facti sunt cassi
virtute resurrectōis sue in omni-
bus q contra eum dixerunt: ⁊ hoc
[cōtra eos] i. in malum ⁊ verecun
diā eorum q firmauerunt sibi ser-
monē neqʒ. Cessauerūt enī omne ⁊
blasphemie: cognouerunt sua scru-
tinia nō valere atqʒ a tanto stre-
pitu verborum siluerunt. Talis est
mutatio dextere excelsi: deo igif sic
exaltato: ⁊ visis miraculis.

s. eorū. s. d.

9 Conturbati sunt o-
mnes qui uidebant eos:
& timuit omnis homo.

¶ [Cōturbati sunt] ad penitētiā
⁊ cōpūcti corde [omnes] i. ex oī ge
nere homines [qui videbant] et in
telligebant [eos] scʒ iudeos defecis
se et confusos: et inefficacē eorum

esse fallaciam. O cor durum alij de illis turbantur & tamen ipsi nō penitēt [et timuit omnis hō] ratiōalis deum & sibi iudicium imminere diuinū: id est oīs vtens ratione ad intelligenda que facta erant timori domini se subdidit. Qui ergo non timuit non fuit homo id est vsus ratione. Sed si timet homo deum non eū terret hō quin annūciet sicut apostoli pħibiti pdicare de christo: non ideo destituerunt: & ideo isti sic eruti a timore inimici: sed deū timētes vna cū apostolis

10 † Annunciauerunt
tet opera dei: & facta eius intellexerunt.

[Annunciauerunt] alij s pdicādo [opa dei] scz necessitatē/passionē/resurrectionē/ascēsionē missionē spirit⁹ sancti/hūanitatē & diuinitatē/virtutesqꝫ et miracula [et facta eius] in celis esse diuina non puri hominis: & cur essent facta: qz factam nr̄am esse per deum redēptionem & salutē cognouerūt: qui prius vtilitatē operū eius nō intellexerunt. Intelligam⁹ & nos eū p facta nos redemisse: & studeam⁹ non solū ṽbis/sed etiam operib⁹ ipsum benedicere & laudare. & idē scz pro huiusmodi operib⁹.

11 Letabitur iustus in domino & sperabit in
eum † eo: & laudabuntur
qui omnes † recti † corde.
sunt

[Letabitur iustus] p xp̄m redēptus: & p fidem operum domini iustificatus [in domino] non in se ipso/non in mundo [& sperabit in eo] vitam eternam in futuro: & tūc qn̄ damnabuntur peruersi [laudabuntur] .i. laudabiles apparebunt adepta gloria [omnes] et quicūqꝫ sine psonarū acceptiōe [recti corde] q recte credūt & bn̄ viuūt: Illi sūt recti corde q ppria volūtate relicta: voluntati penitus se subijciunt diuine: qui rectam et iustam intentionem habentes per amorē recte tendunt in deū et quib⁹ per omnia placet deus. Sed curui corde sunt quibus nō placet qcquid deo placet.

Recti corde q sunt.

Corde curui q dicunt.

Oratio.

Tutela oīm credentiū deus custodi ecclesiam tuā a cōuētu malignātium: q eas occultis iaculis ipugnare nitūtur: vt te salubri rectoqꝫ retinēs intellectu iustorum meritis perpetuo lętetur. Per dominum.

Psalmus de laude dei ac potētia eius & uirtutibus: nec non de multiplicibus dei beneficijs in pręsenti collatis: & in futuro conferendis.

Psalmus.LXIIII.

1 TE decet hymnus deus in syō: & tibi reddetur uotum in Hierusalem.

Auctor psalmi ppheta dauid. Titulus talis est. In finē psalmus dauid &c. Hoc est psalm⁹ ille dirigēs nōs in finē .i. in christū et cōsummationē est dauid: & est cāticū .i. exultatio hieremie & aggei: q exponit nobis illud vn̄ exultauerūt illi reditū populi israel ne babylonia in hierusalem pphetantes cāticū inquā habitū de ṽbo pegrinatiōis .i. de reuelatiōe q facta est eis a deo p captiuorū pegrinatione cum incipereut proficisci .i.

reuerti de babylonia i hierlm. Uo rū eni exultatio prefigurauit nostrā peregrinationē quā habem⁹ cū spūaliter pficisci t e hac pegrinatiōe incipim⁹: t huic babylonie nō intēdētes deū amare intendimus. Est eni conceptio amoris initiū proficiscēdi: t incipit exire qui incipit amare. Exeuntium pedes sunt cordis affectus: charitas facit ciues hierusalem cupiditas babylonis / t si corpore adhuc sunt pmixti: desiderio tñ sunt separati. ¶ Materia: laus dei / multiplexq; eius bñficium t acceptum t accipiendum. ¶ Intentio: excitare ad dei laudē p multimodis beneficijs sue bonitatis nobis i redeūdo ad celestē patriā collatis et in peruētione pmissis. Quia eni (vt supra dictum est) letaf nunc iust⁹ in dño: t deinde laudabilis cōparebit in futuro. Intēdit hic pphēta cunctos in ecclia futuros admonere. vt attendētes qđ eis diuina misericordia in redeūdo ad celestē patriā cōferat: qđ in pueniōe pmittat nō ingrati existant / sz diuinis laudibus t grāz actionib⁹ decenter insistant. ¶ Sententia in generali. propheta in isto psalmo in persona ecclie vl' cuiuslibet fidelis suam orationē exaudiri postulat: potentiā t virtutes ac bona et multiplicia beneficia dei enunciat t cōmendat. ¶ Sententia in speciali: in voce ergo reuertentium propheta letus cantat dicēs. [Et] e[deus] non deos gentium [decet hymnus] .i. laus dei cū cātico quē cantat qui vere deum amat: t hoc [in syon] .i. in ecclesia presenti. naz syon interpretatur speculatio: et in ecclesia gloriam dei a longe speculamur: quasi diceret decet t iustuz est vt ecclesia sancta te laudet propter multa beneficia sibi collata [et tibi] de bonis operibus [reddetur] perfecte [votum] .i. id ē laus pro gratiarum actione [in hierusalem] .i. in visione pacis .s. in patria celesti. Nam hierusalez visio pacis interpretatur que ibi pfecte habebif. hic ergo in presenti vouemus bene operando et cogitando: ibi reddemus pro vtroq; deum laudando. Tunc nostrum desiderium adimplebitur: tunc reddetur et pficietur votum quod hic agere incipimus: sed ex toto adimplere nō possumus. Ad hoc suspirat ecclesia vnde t suppliciter exorat dicēs. Et iam nunc hoc.

Syon speculatio interpretatur.

Hierusalē visio pacis interpretaf.

2 Exaudi orationem meam: ad te omnis caro ueniet.

¶ [Exaudi orationem meam] parcendo mihi de omnibus offensis meis: vt mundus et sine macula securus ad te veniam: et in illa celesti hierusalē votū meū psoluā: q2 [ad te oīs caro] .i. oīs homo bon⁹ t mal⁹. t de oī genere statu t conditione hominū [veniet] in iudicio finali vt referat vnusquisq; quod gessit: q2 non es personarum acceptor. Ubi aperte propheta resurrectionem generalem ānūciat. Et necesse est vel exaudias. Quia

3 † Verba iniquorum preualuerēt super nos: & † impietatibus nostris tu ppiciaberis.

†sermones.

†impietates nr̄as.

¶ [Uerba iniquorum] scilicet diaboli et primorum parentum iniqua suadētium [preualuerunt] vt mare mergens [super nos] id est proiecerunt nos in hoc exilium et in peccatum dimerserunt [et] cum [impietatibus nostris tu propitiaberis] ignoscendo t condonando causas et venias dādo nobis.

Peccatū primū per verbum factū ē. Hieronymus. Primum peccatū per verbum factum est: et per verbum multa mala quotidie fiunt. Cauendū est igitur malū lingue ne loquamur qđ noceat: nec a verbis impiorum deprauemur cuiusliḃ ei fere vitij ministratrix est lingua. Unde Hieronymus Nullum membrum ita ab ineunte etate perhorruit quemodicum membrum est et inquietū. Et

4 Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Jo. xv. ¶ [Beatus] est omnio: ille [quem elegisti] id est per gratiam de massa peccatorum segregasti predestinando et ad finem vocando vñ dicit. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos [et assumpsisti] in adoptionē filij et in sortem tuam iustificando [quia inhabitabit] nō amplius mouendus [in atrijs tuis] id est in celesti hierusalem quā dicit atria pp amplitudinē et pluraliter: quia ibi sunt diuerse mansiones: et quilibet mansionem pro suo acceptarus est merito: et tunc ibi

Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templum tuum mirabile in † equitate.

†Iusticia

Esaie. lxvi.b. ¶ [Replebimur] vsq; ad summū [in bonis] eternis [domus tue] celestis scʒ hierusalem que sunt mira et ineffabilia: q; nec oculꝰ vidit/ nec auris audiuit nec i cor hois ascēdit. Oportet igit ea nūc esurire et sitire vt tantis postmodum bonis mereamur repleri. Et subiungit que sit hec domus dicens [sanctū est templum tuum] celeste et celestis glorie: q; sanctificatur p deuʒ a quo inhabitatur [mirabile] non in exterioribus vt domus terre q̄ columnis et marmoribus/ac ceteris vanitatibus nitēt: sʒ [in equitate] et iustitia: nam ibi apparent iudicia dei iustissima: q̄ modo videntur distorta: quam iustitiam modo debemus esurire: vt tūc ea satiemur. Sancta electorū ecclesia domus dicitur: q; a deo inhabitatur templum: quia per deum sanctificatur: hoc templum sanctum est in se et mirabile i equitate quo ad alios. Itā est equitas i his duobus pceptis est: qđ tibi nō vis fieri alij ne feceris que vultis ne faciant vobis homines et vos facite illis. Et illis bonis replcamur

Ecclia electorum domꝰ ē.

6 Exaudi nos deꝰ † salutaris noster: spes omnium finium terre & in mari longè.

†saluator.

¶ [Exaudi nos] o [deus] qui es [salutaris noster] scʒ Iesus christꝰ per cuius incarnationē saluati sumus: et sine cuius auxilio nihil boni possumꝰ: vt ab ista terrena domo ad illā celestē transeamꝰ tu q̄ es [spes] nō tamen iudeorum sed [omnium finium terre] et etiā eorum qui sunt [in mari longe] .i. omniū fidelium qui vbiq; habitāt in terra et in mari. In illo enim sperāt et illi qui i vltimis terre partibꝰ habitant: et illi qui longe in remotissimis insulis maris consistunt. Quomodo autem eaʒ longe fit factus: spes ostenditur cū subiūgit.

7 Preparans montes in † uirtute tua † accinctus potentia: qui conturbas † profundū maris sonū fluctuū eius †.

†fortitudie sua. †circūcinctꝰ i potētia tu. †fūdū. †quis sufferet.

¶ [Preparās] id est disponēs ad agendū et ad vsus cōpetētes [mōtes] id est apostolos et predicatores altitudine vite terrena oia

trāſcendentes] in virtute tua] nō ipſoꝝ ſcʒ vocādo iuſtificādo grā/ doctrina/ ⁊ moribus informando ⁊ per eos miracula faciēdo: ⁊ hū potes eos pparare: q2 tu es [accinctus] ⁊ munitus [potētia] magna ſcʒ deitatis vt qd hō ex ſe nō habuit deitas daret [qui] ſic accin/ctus [cōturbas] ad pniam p illos mōtes [pfundū maris] i. corda impioꝝ pfundius merſa in peccatis: ⁊ tunc ex conturbatione quod in imo eſt ad ſūmū reducitur: qñ malum qd in corde iacebat: oris confeſſionē aperit: ⁊ [ſonū fluctuū eius] i. ſonantes contradictiōe ⁊ fluctuantes perſecutione: quia

8 Turbabuntur gentes & timebunt † qui † habitant terminos à ſignis tuis: † exitus † matutini & ueſperę delectabis.

†oēs †habitāt fineſterre. †māe.

℄ [Turbabuntur] primo [gētes] xpe exiſtentes ad penitentiā ⁊ p peccatis voce apoſtolica ⁊ pdicatorū audita: ac viſis miraculis [⁊] deinde [timebūt] deū: vt credētes ſalui fiant etiā [qui habitant terminos] ⁊ i extremis terre ſcilicet lōge poſiti [a ſignis tuis] i. a miraculis que facta audiēt. ⁊ ſic nō videāt ⁊ poſtea [exitus matutini ⁊ veſpere] id eſt illi⁹ qui tpe iuuētutis ⁊ tpe ſenectut[is] exit p pniam a peccatis [delectabis] i. delectabiles facies tibi ⁊ angelis: vel ēt ipſi qui exit a peccatis. Uel [exit⁹ matutini ⁊ veſpere] i. pſperitatis ⁊ aduerſitat[is] hui⁹ ſecli [delectabis] i. delectabiles facies [ſ]. dī: dās ei exire ide ne capiat ⁊ extollat pſperis cui diuitie ſunt de⁹: ne etiā terreatur ⁊ frangatur aduerſis pro quo paſſus eſt chriſtus: ſed cūcta forti mente pertranſeat ac letus ac alacer ad finem tendat: delectare in domino ⁊ erit tibi mundus fa ſtidio. Qualiter autem hoc ſit factum ſubdit: quia

9 Viſitaſti terram & inebriaſti eā: multiplicaſti † locupletare eā. †ditare.

℄ [Uiſitaſti terrā] i. hominē peccatores et terrenū cum per tuam gratiā aſpirādo ⁊ a peccatis reuocādo [⁊ inebriaſti eā] gratiā infundēdo: ⁊ tāto amore tui replēdo: vt vita ⁊ morib⁹ ad melioꝛa immutetur: ſolet enim p ebrietatem bibentiū ſenſus mutari. Quedā eñ quaſi ebrietas videt contemptis diuitijs paupertatē amare: ſeipſ contemptui habere: tribulationibus gaudere/ mortē magis q̄ vitam diligere: ad ea que nō appa/rēt totis deſiderijs anhelare: hoc modo inebriata terra nō pōt eſſe ſterilis. Unde ſequitur [multiplicaſti locupletare] ⁊ ditare [eam] i. multiplicit er ⁊ multimodis donis ⁊ bonis ſpūalib⁹ ditaſti ⁊ honoraſti: hec autē vnde factum ſit declarat cum ſubiungit.

10 † Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum: † quoniam ita eſt pręparatio † eius.

†fluuius dei replet⁹ ē iaq̄ †quia †tua

℄ [Flumē dei] i. popul⁹ dei prior ſ[c]ʒ fideles primitiue eccleſie pfundi ad recipiendum egredientes a xpo tanq̄ flumen a fonte [repletū eſt aquis] i. ſpūs ſancti donis ⁊ gratijs: vnde alij potētur ⁊ irrigētur. Deinde poſt potum ſubdit de cibo dicens: tu [paraſti cibum illoꝛū] ſcʒ fideliū in cōmunione

corporis et sanguinis tui[quem ita] id est p te[Est pparatio eius]cibi: et sicut a re disponitur sine quo ni-hil fit. Est etiam scriptura sacra ci-bus noster ac panis vite et intelle-ctus: quo quotidie reficimur ne de-ficiamus in huius peregrinatiõis deserto. Unde scriptum est. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sz qz hec fragilis homo suscipere non valet nec meretur: nisi deus per mi-sericordiam det: ideo exorat.

Sacra scriptura est cibus nr̄.

Matth. iiij. Luc. iiij.

† Riuos eius inebria: multiplica † genimina eius: in stillicidijs † eius letabitur † germinans.

†flu- minis eos †genera- tiones †suis †cum ex- orietur

¶ [Riuos eius] fluminis scilicet doctores qui de eius plenitudine biberunt et per quos spiritus san-ctus ad audientiũ corda decurrit [inebrians] donis spiritus scilicet sapientie et gratie: vt sibi et alijs sufficiat. Sz vnde predicatores de9 inebriat: inde fideles multiplicat vnde sequitur[multiplica genimi-na eius].i. successionem inde pullu-lantem. s. filios ad fidem conuersos id est da imitatores prouectos ex riuis in fide generatos: vt ex credẽ-tibus alij credãt/ et per successio-nes predicatio nõ deficiat et [in stil-licidijs eius] fluminis.i. in guttis doctrine parue et tenuis. s. in ver-bis interpolate et modeste cadenti-bus a maioribus illius fluminis [letabitur] spiritualiter quia inde proficit [germinans]. s. incipiens et rudis in fide nouiter exortus qui magna adhuc capere non potest: sed minora que audit libenter susci-pit: atqz eos quos preualet fruct9 bonorum operum et virtutum pro-ferre studet.

12 Benedices † corone anni benignitatis tue: & campi tui replebuntur ubertate. †coro- nam.

¶ [Benedices] gratiam infunden-do [corone ãni benignitatis tue] id est collectioni et multitudini fide-lium de mũdi circulo acquisite spe gratie in quo benignus mũdo ap-paruisti. et dicitur corona: quia glo-ria victorie est vincenti diabolum. et dicitur benignitatis dei: ne quis glorietur de meritis suis. Deinde hanc benedictionem corone exequi-tur per partes dicens [et campi tui] id est homines equitate et iu-sticia plani: scilicet iusti [repleburit vbertate] bonorũ operũ vel imitatorũ.

13 Pinguescent † specio-sa deserti: & exultatione colles accingentur. †fines.

¶ [Pinguescent] etiam dulcedine gratie [speciosa deserti] id est pecca-tores et gratia deserti et steriles: vt vbi abundauit peccatum super-abundet gratia: qui a sordibus ex-eunt vitiorum ac speciosi fiunt fide morum honestate et decore virtu-tum [et colles] a terra se eleuantes vel quos deus erigit propter hu-militatem [accingentur] id est pre-parabuntur ad spirituale prelium vel confortabuntur ad predicandũ alijs: et hoc in [exultatione] quia ve-niunt ad regnum.

14 Induti sunt arietes ouium: & † ualles abun-dabunt frumento: cla-mabunt etenim hymnũ dicent. †cõual- les.

¶ [Induti sunt] etiam exultatio-ne gaudentes de fructibus suis. Uel [induti sunt] veste nuptiali.i.

charitate erga deum et subditos [arietes ouium].s.duces gregũ et prelati aliorũ[et valles].i.humiles populi doctrina de montibus fluẽte irrigati[abundabunt frumẽto] id est cibo spirituali a fruge boni operis ꝑpter ista beneficia eis collata[clamabũt]pre deuotione deũ laudantes[etenim hymnũ dicent]in gratiarum actione:dei beneficijs nõ ingrati:Uel accipiendo de futuro[Benedices corone anni benignitatis tue].i.sanctos tuos remunerabis ꝗ vt corona palme et victorie circa te stabunt et victorie signũ erunt et exequitur ꝑ partes dicẽs [et campi tui] i.ecclesie iudeorum quos spiritualiter extollebas sicut campos[replebuntur vbertate].i. eterna refectione [Pinguescẽt] interna satietate[speciosa deserti].i. ecclie gentiũ:q2 oia perfecte habebũt:et[colles].i.martyres:qui campis.i.iustis virtute preminent passionis[exultatione accingent].i.ex omni parte tam in anima ꝗ̃ in corpore ea circũdabunt[Induti sunt] i.inducũtur stola iocũditatis et exultatione[arietes ouiũ].i.duces animarũ:quia simul cũ grege suo gaudebunt in eterna pace[et valles habundabunt frumento] quia obedientes et humiles aie celesti reficientur alimento. Ipse dñs erit frumẽtũ eorũ:ipse est eñ vere cib9 animarum. Et ibi omnes non tam voce et verborũ strepitu ꝗ̃ mente et cordis affectu in leticia ineffabili [clamabũt]et eorum clamor nõ nisi laus dei erit:ideo subdit[etenim hymnũ dicent].i.laudes ꝑpetuas pro diuersorum munerum donis. Unde alibi dicitur. Beati qui habitant in domo tua domine:in seculum seculi laudabunt te. Ergo incipiam9 hic hymnũ dicere deo nostro quatenus perfecte illum laudare mereamur in futuro. Quicunq modo non incipit nec postmodum laudabit. Oratio.

Tribue rex celestis vt nos erepti ab ariditate peccati flumine misericordie tue copiosi9 irrigati pinguescere mereamur vel hymnũ cum sanctis tuis decantare possimus. Per dominũ.

Psalmus de laude & gratiarum actione propter opera dei mirabilia, ac pro gloriosa martyrum & tribulatorum victoria ac consolatione diuina.

Psalmus. LXV.

1 Iubilate deo omnis terra: † psalmum dicite † nomini eius: date gloriam laudi eius. †psallite. †laudes

¶ [Increpa feras arūdinis] .i. hereticos q̄ dicuntur fere: q2 dilaniāt aīas simplices sicut fere oues: et arūdinis seu calami q2 scripturas puertūt q̄calamꝰ flūt. Vl' q2 leues sunt ac mobil' et īstabil' sermonis. Vl' q2 sunt iter eos q̄ sicut arūdine rū oi vēto doctrine mouenť. q2 [cōgregatio taurorū] .i. supborū indomite ceruicis .s. hereticorum [est] [in vaccis populorum] .i. inter eos quos inueniūt quasi vaccas .s. simplices et lasciuas aīas q̄ facile audiendo seducūť ꝛ sequūť [vt excludāt eos] a vaccis [q̄ pbati sunt argento] .i. eruditi diuino eloquio .s. bonos doctores: hec est eīm hereticorum intētio de quibus hereticis: ne preualeant postulat.

†Di 54 spgere. † Dissipa gētes quæ bella uolunt uenient legati ex egypto. ethyopia præueniet manus eius deo.

¶ [Dissipa gentes] .i. hereticos et eis ꝯsentiētes ac q̄scūq3 xpianę fidei īimicos: q̄s vocat gētes pp sectarū nō familiarū ḡnationes vbi series successionis ꝯfirmat errores [q̄ bella volūt] q2 nō correctiōi: s3 ꝯtētiōi studēt ꝛ regnū xpi dissipare affectār. vide ordinē. priꝰ eīm sūt īcrepādi postea icorrigibiles dissipandi: ne colloq̄ndo inualescāt: ꝛ ēc icarcerādi vt vl' sic resipiscāt. Et b̄n sīet q2 [venient] ad xpm tāq̄ dona ferētes fidē credētiū [legati] .i. pdicatores recōciliatiōis tua legatiōe fungētes [ex egypto] .i. ex synagoga q̄ erit i teneb̄. ꝛ [ethyopia] .i. gētilitas magna i pctis [do credēs ꝛ fide herēs [pueniet] ꝛ anteced et p ꝯuersionē ꝛ ꝯfessionē [manus ei9] .i. dei vindictā ne in pctis remanēs puniať. ꝛ ita ex iudeis ꝛ ex gentibꝰ futuros precones veritatis pphetat p q̄s deꝰ hereticos dissipabit. Et quia ita est vt diximus ergo.

35 Regna terræ cantate deo: psallite domino.

¶ [Regna terre] .i. habitantes in oībus regnis terre et hoies de oi genere terre [cantate deo] voce et corde ipsum deuote laudando qui vos creauit [psallite domino] bona operatione qui in omnes vos potestatē hз. Nō vnū regnū: non vnā gentē3 tīn inuitat ad laudem dei. Neminē eīm vult misericors deus perire: sed oēs ad cognitionem sui nois venire. Et vt magis ad laudandum deum excitet et quantus sit ille qui laudandus est commendet replicat dicens. Deꝰ neminem vult perire.

36 Psallite deo qui ascēdit super cælum † cæli: ad orientem. †celorum.

¶ [Psallite] iquā [deo] .i. xpo deo dico [q̄ ascendit] ſm ꝙ homo non ſm ꝙ deꝰ patri est qualis super celum celi] .s. celū empireū quuslibet celi contētiuū .i. sup oēs celos et excelsiores creaturas ad dexterā prīs .s. vt nihil supra se habeat nisi illū q̄ creauit illū [ad orientē] i. de mōte oliueti q̄ est ad orientem respectu hierusalē: ꝛ sic etiā ip3 locum expssit vñ ascēdit. Vl' [ad orientē] .i. vsq3 ad equalitatem patris a quo genitꝰ est. Et quia ad iudicium iudex vēturus est subdit. et

37 Ecce dabit † uoci suę uocem uirtutis date gloriā deo super Israël magnificentia eius: & uirtus eius †voce3 suam.

tus eius in nubibus.

¶ [Ecce] qui ascēdit [dabit] i iudicio [voci sue] scʒ voci tube [vocē virtutis]: idest efficaciam resuscitandi omnes mortuos q̇ pri⁹ vt agn⁹ sine voce corā tondente se siluit voce enim domini tūc vox virtutis dabit/cū illud qđ precipitur efficitur. ideo [date gloriam deo super israel] .i. voce et corde ostēdite deū esse gloriosum super eos qui sunt spiritualiter ꝛ vere israel: quia iā nō erit cōmixtio malorū cū bonis ꝛ tunc erit [magnificētia ei⁹ ꝛ virtus ei⁹ in nubib⁹] quādo videbūt filiū hoīs venietē in nubib⁹ cū potestate magna et maiestate et virtutes celorū mouebuntur. Et tunc

38 Mirabilis deus in sanctis suis: deus Israël ipse dabit uirtutem & fortitudinē plebi suæ: benedictus deus.

¶ [Mirabilis de⁹ i sanctis suis] erit quando per sanctos suos cum quibus veniet mundum iudicabit qñ iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorum: quando ipse de⁹ erit oīa in oibus. bene autem subditur [de⁹ israel] qꝛ tūc nomē ipsum qđ interpretaꝩ videns deū verissime implebiꝩ: et tūc vere oīs bon⁹ erit israel: qꝛ videbimus deū sicuti est [ipse dabit virtutē] resurrectionis [ꝛ fortitudinē] imortalitatis. Uel [ipse dabit ꝟtutē] quātū ad aīam faciēs eā diuinā ꝛ beatā: ꝛ fortitudinē quātū ad corpus faciēs illud incorruptū ꝛ eternum [plebi sue] i. sibi vsq; i finē famulāti: nūc fragili ꝛ ifirme. ergo [bñdict⁹] sit [de⁹] ꝓ tātis bñficijs suis ꝛ donis. Orō.

Dominator dñe q̇ iustis spūale epulū tribuis et facis eos in letitia dele-

ctari: ꝯcede gregi tuo mortē tuam intelligere: teq; triumphatorem mortis sedentem ad dexteram patris confiteri. Per dñm.

Psalmus de oratione Christi ad patrem pro auxilio & liberatione in sua uehementissima passione: ac de aduersariorū deiectione & punitione.

Psalmus. LXVIII.

SAluum me fac deus quoniā † intrauerunt aquę usquè ad animam meam. †introierunt.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titul⁹ talis est. In finē ꝓ his q̇ ꝯmutabūꝩ ipi dauid. hoc est ps ille ꝯuenit ipi significato dd. .i. qui hic loq̇ꝩ ꝛ dirigit nos i finē. .i. in se ipʒ. ps iquā habit⁹ ꝓ his exhortādis q̇ ꝯmutabūꝩ: vl' ꝓ his .i. de his. i. de cā ꝯmutatiōis eoꝝ. s. de passione xp̄i q̇ ꝯmutabūꝩ de ifidelitate ad fidē: ꝺ vetustate ad nouitatē: de corruptiōe ad icorruptionē. Postq̄ ḡ supra diuersa bñficia ꝓ mysteriū nr̄e repatiōis nob collata memorauit spālr: h̄ exeq̇ꝩ passionē ꝑ mltas ptes psalmi vsq; ad ꝯsūmationē. ¶ Materia. ōpcatio xp̄i ad patrē ƀʒ fragilitatē hūane nature i sua vehemētissima passiōe. ¶ Intētio: nos ad suā iuitare patiētiā: ꝛ monere vt attēdēdo illā acerbissimā passionē ei ex itimis cordis ꝛ aīe ꝯpatiamur vt postmodū fructū ꝛ gliā sue gliose resurrectiōis ꝯsequamur sicq; ei ꝯformemur i h̄ seclo

F

& coheredes eẽ mereamur ĩ regno. ¶ Sũia ĩ gñali. pphera ĩ isto psal mo loqt̃ in psona xp̃i & petit a deo pr̃e de magnis & innũis tribulatiõi bus ac penis p celerẽ resurrectio nẽ liberari: allegãs suap̃ penap̃ & aduersantiũ multitudinẽ: ac diui ne mie benignitatẽ: predicitq̃ iu deop̃ punitionẽ et subiũgit grãrũ actionẽ inuitãs oẽs creaturas ad dei laudationem: ¶ Sũia in spũli xp̃s ergo fm q̃ hõ in passione cla mat ad patrem o[.Saluũ me fac] õ[deus]pr̃: & necesse est[qm̃ intra uerunt aq̃]vehementissimarũ pas sionũ & tribulationũ[vsq̃ ad aias meã]tollendã.i.a corpore separan dã vel vsq̃ ad sensualitatẽ turbã dã qr̃ sic nõ solũ ĩ corpore s; & ĩ aĩa patiebat. Sic autem clamãdo dat formã mẽbris suis vt clamẽt: ne ĩ pssuris cedãt et iniq̃tati ɔsentiãt: sicq̃ in passione orando nos qui bus viam demõstrauit: et quibus presertim necessarium est: docet in tribulationibus suo exẽplo orare.

2 Infixus sum in limo profundi: & nõ est sub- stantia.

¶ [Infixus sum].i.detẽt⁹ corpore [in limo pfundi].i.iudaice iniq̃ta tis. homo enim limus est & de limo fact⁹ & non de profundo.i.de corru ptõ: s; cadẽdo a iustitia p originã lia & actualia pctã fact⁹ est limus pfundi.i.iniquitatis Uel terreni hoies dum ima appetũt lim⁹ sunt ĩter quos sunt nõnulli sceleratissi mi q̃ nõ solũ lim⁹ sunt/ s; etiã pro fundi & tales erãt iudei[et non est mihi substãtia].i.vit⁹ carnis cuã dẽdi passionem vel status et stabi litas vite quia.

hoies terreni limus sunt.

3 Veni in altitudinem maris: & tempestas di- mersit me.

¶ [Ueni]spõte[in altitudinẽ ma ris].i.ĩ pfundũ seculi hui⁹ & insani ppl̃i: vl̃ ĩ pfũdũ tribulatiõis & ama ritudis: spõte eñi meips̃ obtuli[et tẽpestas].i.ipetuosus furor & sedi tiosa cõmotio iudeorum[dimersit me]in mortẽ & extinxit. Cõpletum est in me signũ ione: qr̃ sicut ionas a ceto absorpt⁹ id est morti & sepul ture dat⁹. Et in hoc eos inexcusa biles ostendit cum subdit.

4 Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei † dum spero in de- um meum.

† ab spe rando.

¶ [Laboraui clamãs]sepe eos ad monẽdo: & hoc maxie fecit ĩ septi mana sibi penali & nobis pniali p pterea laborabat: qr̃ parũ ĩ eis fru ctificabat: clamãs eñi laborat q̃ nõ audit: nõ laborat cui⁹ votus iplet [rauce facte sunt fauces mee]quã tũ ad illo: qr̃ noluerũt itelligere & credere[defecerũt oculi mei]quia ipsi etiam apostoli qui tãq̃ lu cerne preeminebant in corpore du bitauerunt/ dum in passione per seuerans[spero in deum meu;]vt a mortuis resurgam. Ad literam etiam sic exponitur.[Laboraui cla mans]in cruce ad patrem vocife rãdo[rauce facte sũt fauces mee] propter magnitudinem penarum et desiccationem humorum.[defe cerunt]et extincti sunt[oculi mei] corpales ĩ morte.i.mortu⁹ sum[cũ spero in deũ meũ].i.quia prestolor misericordiã & nõ exero potẽtiam.

5 Multiplicati sunt su- per capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

¶ [Multiplicati sunt] vt et disci-
pulus cum eis esset [sup capillos
capitis mei] i. sine numero creue-
runt: et innumerabiles et infiniti
facti sunt aduersarij mei [qui ode-
runt me gratis] id est sine causa
cum econtrario deberent me dili-
gere propter multa bona eis fa-
cta. Odium de inimico videtur q-
si naturale: quod tamen ex corruptio-
ne contingit nature. Odium vero
de innocente contra naturam est
primum facit infirmitas: aliud so-
la instigat malitia. Et non solum
sunt numerosi: sed etiam noxij. vn-
de subdit.

Odiū de inocēte cō tra naturā ē.

6 Cōfortati sunt † qui
persecuti sunt me inimi
ci mei iniustè: quæ non
rapui tunc exoluebam.

† alia lit te: a inimici mei q perse quunt me.

¶ [Confortati sunt] etiam et ani-
mati ad nocendum et hoc vt odiū
conceptum in corde etiam perse-
quendo ad impletionem in opere.
[Inimici mei] qui etiam [persecuti
sunt me iniuste] hoc est quod dixe-
rat gratis: quia causam in me nō
inuenerunt. [que non rapui tunc
exoluebā] quia minime peccauit: et
tamen peccati debitū. i. mortē exoluit. Adā
rapere voluit diuinitatē et amisit
felicitatem: vterque exoluit mortē
que est debitū peccati adam et xp̄s: sed
mors ade fuit pena peccati. mors xp̄i
facta est hostia pro peccato. Sed
hunc fructum mortis christi mun-
dus non intellexit: ideo hanc pro
stultitia reputauit: sed quod non
nouit mundus agnouit deus. vn-
de subdit.

7 Deus tu scis † insi-
pientiam meam: & deli
cta mea à te non sunt
abscondita.

† stipu- ditiā.

¶ [Deus tu scis] et probas [insipiē-
tiā meam] i. quod de me insipiētia a
quibusdā reputatur qui sibi sapientes
videntur. Ex his verbis instruimur vt
in cunctis que agimus semp plus dei
voluntatem quam hoim attēdamus:
et ea sit nr̄a actio quā deus appro-
bat: etiā si nō approbet hō. Vnde
est quod Paulus nos admonet quod stul
ti simus ante hoies vt an deū me-
reamur esse sapientes [et delicta
mea] i. meorum que ad delendum
suscepi nō que cōmisi que reputo mea
quia in me punienda [a te nō sunt
abscondita] et scio qualis sit pro
eis emenda facienda. Et quia pro
alijs solui et tanta tuli ideo.

8 Nō erubescāt in me
qui expectant te domi
ne † domine uirtutum.

† deus

¶ [Non erubescant in me] i. non
frustrentur in me mouēte s. sua ex-
pectatiōe [qui expectant] in limbo
cū desiderio [te dn̄e] liberatorē su-
um per me et remuneratorē pro fide
quā hn̄t in me scz prophete et antiq̄
iusti cupiētes videre quod oculis
non viderunt. [dn̄e virtutū] cele-
stium: id est angelorū cui nihil est
impossibile. Deinde precatur pro
modernis dicens.

9 Non confundantur
super me: qui quærunt
te deus Israël.

¶ [Nō cōfundantur] insultatiōibus
improborum [sup me] morientē in
cruce quod fieret nisi cito resurgerē
[que querūt te] fide: spe et charitate
ac bene viuendo et amando quere-
re non cessant scz moderni fideles
[deus israel] i. per fidem et chari-
tatem spiritaliter deum videntiū.
Supra dixit dn̄e virtutū et hic di-
cit deus israel: quia idē dn̄s et deus
est angelorum et hoim. Vel [Non

erubescāt in me [hoīe hūili et cru-
cifixo et ignominiā crucis audien-
tes a fide quā hr̄e ceperūt recedāt
[qui expectant te dn̄e] vt venias
[dn̄e virtutū] q: qui despect⁹ ap-
paruisti in carne virtuosus ⁊ glīo
sus apparebis in diuinitate. Et
[Non cōfundant sup me] depres-
so [qui querūt te deus israel] .i. vi-
dentiū deū: vt qui deitatē nō pn̄t
intueri nō seducantur infirmitate
carnali: q: cū futurū erat vt tan-
tō pro stultitia improperaret̄ chri
stianis φ in hominem crederent
mortuū et crucifixum: ideo sic pro
eis rogat. Et merito nō erubescēt
nec confundentur.

10 Quoniā propter te sustinui † opprobriū: operuit † confusio faciem meam.

†exprobrationem. †irreuerentia.

¶ [Qm̄ ego [ppter te] ⁊ tuā obe-
dientiā nō pro mea culpa vl're alia
[sustinui] ab aduersarijs [oppro-
briū] multiplex in cōuitijs [operuit
cōfusio faciē meam] vt videbat̄: si-
gnū habuit verecūdie immota tn̄
mēte: q: cū in passione sua multa
opprobria audiebat ⁊ tacens pro-
pter deum oia tolerabat: quasi ve
recundus in facie apparebat: ⁊ sic
illi v̄tutē māsuetudinis pro signo
habebāt cōfusionis. Et bn̄ dt̄ pro-
pter te q: nō est magnū φ ait su-
stinui nisi adiūgeret ppter te. Si
enim sustines q: peccasti: propter
te sustines non propter deum. fe-
lix miseria cuius deus est causa.

11 † Extraneus factus sum fratribus meis: & † peregrinus filijs matris meę.

†alienatus. †hospes

¶ [Extrane⁹ fact⁹ sum] q: nō cre
dūt mihi [frībus meis] cognatiōe
carnis .s. iudeis sic ioseph suis. vel
[fratribus meis] .s. apl̄is ab eo fu
giēnb⁹ et qn̄ iā nō credebatur ab
ipsis [et peregrin⁹] vel hospes qui
ad tps in domum recipitur nō vt
frater charissimus [filijs matris
mee] scilz sinagoge de quibus s̄m
carnē erat. nā quasi extraneū ⁊ pe
regrinum abiecerūt eum dicentes
vilipēdēdo hunc nescimus vn̄ sit.
hec autem ideo mihi contigerunt.

12 Quoniam zelus domus tuæ cōmedit me: & opprobria exprobrātium tibi ceciderunt super me.

¶ [Qm̄ zelus] .i. feruens amor ⁊
dilectio [domus tue] .s. eccl'ie sctē
[cōmedit me] ⁊ accendit. q. d. inte-
ri⁹ vrebar zelo dei cū psequēs ini
qtates eoꝝ flagellaui male v̄san-
tes in tēplo ⁊ inde eieci. Uel [com
medit me] .i. fuit cā passiōis mee.
⁊ ppter hūc zelū [opprobria expro
brantiū tibi] me negando: maiora
eñ opprobria deo inferre nō pote
rāt φ φ xp̄m filiū ei⁹ denegabāt
vel [opprobria exprobrantium ti-
bi] in me: q: qcūqz exprobrat xp̄o
⁊ pr̄i [ceciderunt sup me] q: in me
effectū habuerunt quando hi qui
exprobrabāt etiā me occiderunt: sz
inter hec pius dn̄s mansuetudinē
suam commendat cum subiungit.

13 Et † operui in ieiunio animam meam: & factum est † in opprobrium mihi.

†cooperui. †mihi.

¶ [Et operui] id est celaui [in ieiu
nio] salutis eorum [animā meam]
me humiliando. fidē quippe eccle-
sie ⁊ salutem humani generis chri
stus esuriebat: et ideo ieiuniū ei⁹

spiritale erat quando defecerunt oēs q̄ in eū crediderāt. in hoc ieiunio operuit hūilitate q̄si quodam pallio aiam suā. i. virtutē et deitatem sibi vnitā nō exercendo potētiā et vindicando seipm: & sic hūilitas erat xp̄i operimētū. nā q2 humiliabat nō agnoscebatur [et] hoc ipm [factū est mihi in opprobriū] detractionis/irrisionis/& cōuitij: qd patuit in sputis colaphis & huiusmodi. Quāto eni3 humilior erat tanto apud reprobos despectior apparebat

Et posui uestimentū meum † cilitium: & factus sum illis in parabolam. 16

¶ [Et posui vestimentū meū aliū] i. occultam diuinitatē meam sacco carnis: & opposui illis mortalem carnem meā in qua seuirent. Cilitiū enim quo pctōres penitētes vestiunt est mortalis caro quā xp̄s induit vt de pctō dānaret peccatum: nō q caro christi peccatrix fuerit/sed quia similitudinē carnis pcti habuit [et] ex hoc etiā [factus sum illis in parabolā] i. in similitudinē maledicti & irrisoriam vt cuilibet maledicendo dicerent sic tibi contingat vt christo crucifixo. Parabola enim hic dicitur similitudo que datur de aliquo quādo illi maledicit. sic ille (verbi gratia) pereat quomodo ille.

† Aduersum me † loquebantur qui sedebāt 17 in porta: & in me psallebant qui bibebant uinum.

¶ [Aduersum me loquebant qui sedebant in porta] hoc est in publico & publicis conuentibus publice de me loquebantur. publice aduersabant: coram oib9 diffamabāt. Dicit ergo passionem suā communē iudeorū esse fabulā vt null9 exciperetur qui huius locutionis expers esset [& in me] id est de me [psallebant] derisorie. i. in me conuertebant cantilenas suas et cātica meq3 deridebant [qui bibebant vinum] i. instruabant voluptate & iucūditate temporali. Inter tot scandala & opprobria: inter tātas psecutiōes et tribulationes quid tu agebas mitissime iesu?

Ego † uero oratio- nem meam ad te domi ne: tempus beneplaciti deus. *(marg.: s. autē oratio mea.)*

¶ [Ego vero] dū impij ita seuirēt cōtra me dirigebā [orōnē meā ad te dñe] etiā pro eis. illi deridebāt. iste orabat. illi infestabāt. iste amabat. Hec est eni pfectio charitatis diligere inimicos et orare pro illis qui maledicerīs & qd agas non habes: nihil tibi restat nisi vt ores hec iustorū arma sunt vt orādo vincant & nō rixas s3 orōnes iurgijs opponāt. Jō aūt oraui ad te quia nūc est tempus [bñplaciti] o [de9] i. gratie & recōciliatiōis per mortem: nūc tp̄s est orandi & placandi deū. nūc tp̄s est acceptabile: nunc dies salutis: et q2 oraui et tp̄s est complendi beneplacitū tuum scilicet per me redimi hominem. Jō *(marg.: Charitatis perfectio.)*

In multitudine misericordię tuę exaudi me: in ueritate salutis tuæ.

¶ [In multitudine mie tue] que est cōtra multitudinē iniquitatis nr̄e nō i meritis hominū: nā si nō eēt mltitudo mie tue quid nos fa

terem⁹ de multitudine iniquita‑
tis nr̄e:[exaudi me in veritate sa‑
lutis tue].i.a te promisse vt verax
appareas īplēdo salutē quā ꝓmi‑
Veri‑ sisti.veritas eī est in reddēdo ꝓmis
tas est sa.Et nota ꝙ cum ꝓmisit de mia
in red‑ subiungit de veritate:q2 vniuerse
dendo vie dn̄i mia qua dimittit pctā et
promis veritas qua reddit ꝓmissa.Et sub‑
sa. iūgit in quo velit exaudiri dicens

18 † Eripe me de luto
†saluū ut non † infigar: † libe
me fac ra me ab his qui ode‑
†inhe‑ runt me: & de † profun
reant. dis aquarum.
†seruar
ex
†ꝓfun
do.

¶[Eripe me de luto]et puluere mortalitatis[vt nō infigar]ꝛ inherēā in eo p incinerationem.i.vt nō in luto ꝛ puluere sicut oē hūanum gen⁹ dissoluar remanēdo in morte.q.d.corpus meū nō diu remaneat in terra q̄si infixum in ea vt inde extrahi nō valeat sed cito resurgat.Si eī in cinere suo dormiuisset null⁹ in eū credidisset[libera me]per resurrectionē[ab his q̄ oderūt me].s.iudeis q̄ nunꝙ eū dilexerūt a quorum potestate fuit totaliter liberat⁹ in resurrectione[ꝛ de profundis aquarū].i.ꝑsecutionū et tribulationū:vel de profunda malitia pplōꝝ vel in persona mēbrorum[eripe me de luto vt non īfigar].i.de lutosis desiderijs ne mēte cōsentiam[libera me ab his].i.a malis ne eis cōsentiendo adhercam. vnde subdit.

19 Non me demergat
†coar‑ tempestas aquę:neque
tet absorbeat me profun‑
dū: neque † urgeat su‑
per me puteus os suū.

¶[Nō me demergat]irrecuperabilr in morte[tēpestas aque].i.impetus et seditio cōmoti ppl̄i.s.iudeoꝝ hec est nen diu in morte me teneat[neq3 absorbeat]ꝛ deuoret[me profundū].i.abyssus infernalis[neq3 vrgeat].i.claudat[super me puteus]id est limbus ꝛ adit⁹ infernalis[os suum]ad retinēdū me cū descendero ad spoliandū eū.Vel in ꝑsona mēbroꝝ[Nō me demergat tempestas aque].i.peccati cōsuetudo[neq3 absorbeat me ꝓfundū].i.pcī ꝯsperatio[neq3 vrgeat].i.claudat[sup me pute⁹ os suum].i.pctō obstinatio nō claudet super te pute⁹ os suū si nō clauđis tu ad cōfitendū os tuum:et ideo confitere et dic de profundis clamaui ad te dn̄e et exadis.Deinde pōit cām quare debeat exaudiri dicens.

20 Exaudi me domine
† quoniā benigna est †suauis.
misericordia tua:secun
dùm multitudinem mi‑
serationum tuarum re‑
spice me.

¶[Exaudi me dn̄e]poti⁹:ꝛ hec ē cā exaudiēdi[qm̄ benigna]ꝛ suauis[est mia tua]tribulato vt panis esuriēti.q.d.ea q̄ tibi naturaliter iest mia beniuolētie ꝛ grē et plena.et ideo es pronus ad exaudiendū[ꝛ ẜm multitudinē miserationū tuaꝝ] quā exhibuisti mult[respice in me]oclo mie tue.Ac si diceret/ꝓpter miam tuā ꝛ miserationes tuas exaudi me ꝛ respice in me:quarū vna est naturaliter in te/alia in beneficioꝝ exhibitione. Vel in persona membroꝝ.[Exaudi me]nō quia merui ẜ3[qm̄ benigna est mia tua]pctōi[ẜm multitudinē miserationū tuarū]qb⁹ pctā l3 iniuriosa cedūt[respice in me]non in peccata respice inquā.

21 † Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor uelociter exaudi me.

† alia lra nō habz ?.

¶ [Et ne auertas] tanquam ira tus et nolens me audire [faciem tuam a puero tuo] scz a me xpo filio tuo q formam serui accepi ꝛ vsq ad mortem obediui. dns noster etiam dictus est puer a puritate: a simplicitate: ab innocentia. deinde ponit et aliam causam dicens [quoniam tribulor] in anima ꝛ corpore/ideo [velociter exaudi me]. s. vt cito liberer non est quo differas. Moueat te mia tua: moueat miseria mea. Adest mea afflictio ꝛ tribulatio pp h opus e vt velox veniat tua misericordia ꝛ cōsolatio. Vl' in psona mébrorū [Et ne auertas faciem tuam a puero tuo] par uo ꝛ humili non superbo/sed [velociter exaudi me quoniam tribulor] cuius tribulationis disciplina tollit a me superbiam. Ne inq̄ auertas faciem tuam sed potius

22 Intende anime meæ & † libera eam: propter inimicos meos † eripe me.

† redime. † serue.

¶ [Intende anime mee et libera eam] quia tristis est vsq ad mortem: et non propter me tantum sz etiam [propter inimicos meos] liberatione et glorificatione mea conuertendos si volunt corrigi: vl' confundendos si manserint obstinati [eripe me] vt cito resurgam et ascendens spiritum sanctum mittam. Dicendo libera orauit pro occulta liberatione in anima quam semper habent sancti lz occidant. Subiūgēdo eripe me: orat p manifesta fm corpus: vnde inimici q dam sunt conuersi ꝛ quidam confusi. ꝛ debes eripere quia

23 Tu † scis improperium meum & confusionem meam: & † reuerentiam meam.

† cū sis cognos. † scis: opprobriū. † verecūdiā.

¶ [Tu scis improperiū meū] qd sit in xbis. i. q̄ turpia ꝛ iniuriosa xba mihi intulerūt [ꝛ ɔfusionē meā] q ex improperio mihi est fm illoꝝ opinionē ꝛ quā mihi iputauerūt [ꝛ reuerētiam meā] id est ignominias scz q̄ ignominiose me tractauerunt. q. d. quanta p tuo amore sustinui ꝛ quare sint ista tu nosti. hec ei omia nō p suo reatu sz p nob sustinuit vt in talibus nos instrueret ꝛ suo exemplo confortaret. Et etiam ideo eripe me quia

24 In cōspectu tuo sunt omnes † qui tribulant me: † improperium expectauit cor meum & miseriam.

† tribulāteo. † opprobrium.

¶ [In conspectu tuo sunt omes q tribulāt me] i. inimici mei. q. d. sicut scis meā innocētiam ita nosti eorum malitiam ꝛ potes eis iuxta merita sua retribuere: quia tantū scelus committunt te presente et vidente. Timeant ergo omnes qui alios tribulant quoniam in conspectu dei sunt cuius vindictam euadere nō pñt. Et ne videret tribulari tāq̄ ingratus ꝛ nolens ɔtinuo adiecit [improperiū] coꝝ i dictis [expectauit] q: hec futura p̄uidit ꝛ p̄dixit ꝛ ad h venit [cor meū] ꝛ volūtas q: volūtarie sustinuit [ꝛ miseriā] eoꝝ i factis nō suā. In illis em̄ erat miseria in ipo autem misericordia qui eorum miseriam miseratꝰ dixit pr̄ ignosce illis ꝛc.

25 Et sustinui qui simul contristaret̃ & non fuit: & † qui consolaretur & non inueni.

†cōsolātes.

❡[Et sustinui].i.expectaui attendēdo[q̄ simul].i.similiter sicut ego [contristaretur]de tanta multitudine et compateretur mecum de cecitate nō credentium[⁊ nō fuit] aliquis[et]expectaui [qui cōsolaretur me]credendo et proficiendo: nam qui proficit cōsolatur medicū[et non inueni]aliquez.Multi enī scꝫ discipuli ⁊ mulieres cōtristati sunt carnaliṫ ⁊ de morte carnis eius:solus vero dn̄s contristatus est spiritaliter ⁊ de morte aīe: et hoc videlicet ꝙ oēs ꝑmanebāt in infidelitate.Un̄ non ait qui contristaretur sed qui simul.i.siliṙ sclꝫ spiritaliter cōtristaretur.Magna quoqꝫ illi ꝯsolatio esset:si quos in se credentes inueniret:qđ quia nō inuenit quasi conquerēdo ingemiscit.vnde adhuc subiūgit.

26 Et dederūt in escam meam fel:& in siti mea potauerunt me aceto.

❡[Et dederunt in escam meā fel] q̄si illud tanꝙ escam cōmedere deberem[⁊ in siti mea]qua fidem et salutem eorum desideraui[potauerūt me aceto]cum felle mixto:hoc facto mores suos amarissimos iudicantes fel ⁊ acetū adhuc in escā ⁊ potum corporis christi ponunt ⁊ christo offerunt qui veritati resistunt ⁊ euangelio contradicunt:et qui male viuendo scandalum ecclesie inferūt. Grauius enī peccāt qui contemnunt in celo residentem ꝙ qui crucifixerunt in terra ambulantem:⁊ maius peccatum est christum tradere peccatoribus membris ꝙ crucifixoribꝰ iudeis.Et qꝛ malam escam ⁊ malum potū dn̄o dederunt merito i his puniti sunt. vnde et sequitur.

27 Fiat mēsa eorum coram ipsis in † laqueum & in † retributiones & in scandalum.

†muscipulam †retributionem.

❡[Fiat mensa eorū].s.scriptura sacra quam ad aīarum refectionē parauerat eis deus[coram ipsis in laqueum]qꝛ ex ipsa sua lege capiūtur a christianis ⁊ cōuincunt̃ errare.[⁊ in retributiones]vt mala recipiāt ꝓ malis:⁊ q̇ per legē peccauerūt ꝑ legem puniant̃.[⁊ in scādalū]ruine vt nō intelligāt inibi dn̄m nūciatū ⁊ sic ruāt de pctō in peccatum ⁊ tandē in infernū.dicit aūt hoc nō optando sed prophetisando:nō vt fiat sed qꝛ fiet.Cū hoc audimꝰ dici per spm̄ dei talia euētura malis adhuc i illis hoc intelligamus vt nos talia deuitemus. Ad lr̄am etiā Mensa iudeorum facta est corā ipsis in laqueum:qꝛ eis paschale cōuiuium in hierl̄m celebrantibus fuerunt a romanis circumclusi ⁊ sicut aues illaqueati [⁊ in retributionē]scꝫ penarum ꝓpter mortem xp̄i debitarū[⁊ in scādalum]qꝛ deserentes pacis auctorem rixas sibi concitant.

28 Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua.

❡[Obscurent̃ oculi eoꝝ]interiores [ne videant]⁊ agnoscāt veritatez ⁊ verū solē scꝫ diuinitatē sub fragilitate latentē.Qꝛ enī sup bierūt ceci facti sunt.[⁊ dorsuz eoꝝ semꝑ incurua].i.statū mentꝭ ad terrena curuari ⁊ i inferioribꝰ flecti ꝑmitte

te. Hoc enim semper subsequens est ut si oculis mentis superno lumine priuetur et superna non videat statim animus ad ea que retro sunt appetenda inclinetur et de inferioribus cogitet. Reuera obscurati sunt oculi eorum qui sunt in sua infidelitate excecati et dorsum eorum est incuruatum ut gentibus seruiant et onera legis et peccatorum portent. Sequitur alia pena.

29 Effunde super eos iram tuam: & † furor ire tue comprehendat eos.

[Effunde] copiose in more fluminis [super eos iram tuam] ut eos obruat i. exerce multipliciter super eos vindictas. [et furor ire tue] i. districta animaduersio future vindicte [comprehendat eos] tanquam fugitiuos ut non liceat eis fugere. Ira ad presentem percussionem pertinet: furor ad futuram damnationem. Ideo furor quia nullum ibi remedium/nulla ibi misericordia hic persequitur: ibi vero comprehendit ubi non licet fugere. Iam enim non erit euadendi locus quando eos eternus absorbuerit cruciatus hoc et ad literam factum est in destructione et captione eorum per romanos.

30 Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

[Fiat habitatio eorum] s. domus priuate quas inhabitant [deserta] ab eis [et in tabernaculis eorum] habitationibus scilicet iocundis ut in templo: synagoga: et palatio regio [non sit qui inhabitet] de numero eorum: hoc in aperto est. perdiderunt enim locum et gentem in quibus superbierunt contra deum: loca illa et hominibus sunt plena et iudeis inania. Vel habitationem dicit ipsam ciuitatem hierusalem in qua communiter habitabant: tabernaculo vero singulas eiusque domos designat. hoc autem ideo eis.

31 Quoniam quem tu percussisti † persecuti sunt: & super dolorem uulnerum meorum addiderunt. † ipsi

[Quoniam quem tu percussisti] i. percuti voluisti pena et passione non pro sua culpa sed pro mundi salute scilicet me [persecuti sunt] crudeliter eum occidendo. q. d. quod deus fecit ad bonum hoc illi crudeli voto exercent ad malum [et super dolorem vulnerum meorum] quem sustinui in toto corpore [addiderunt] mortem et vulnus latere. Vel super mortem addiderunt blasphemiam et militum custodiam et alia mala huiusmodi. vel super penam que mihi erat pro peccatis meorum membrorum addiderunt persequendo fideles et ecclesiam. vel [super dolorem] qui mihi erat pro perditione illorum [addiderunt] inferre mortem. Et quia apposuerunt dolorem super dolorem. ideo sicut iustum est.

32 Appone iniquitatem super iniquitatem † eorum: & non intrent in † iustitiam tuam. † ipsorum † tua iustitia.

[Appone] i. apponas s. permittendo vel gratiam subtrahendo: tunc ei adderetur miseria super miseriam [iniquitatem super iniquitatem eorum] i. vitium vitio. ut sicut alibi dicitur qui nocet noceat adhuc: et qui in sordibus est sordescat adhuc: quia super peccatorum commissionem apposuerunt obstinationem [et] sic: quia nimis gloriabantur de iustitia sua [non intrent] per penitentiam [in iustitiam tuam] i. in viam veritatis et iustitie rectam ad te venien- Apocal. xxii.

do: & iustitiam suã que ex lege ẽ relinquẽdo. Culpa enim excitat culpã: & cũ vna nõ corrigitur exinde altera generatur: & quãto plus refrigescit charitas tanto amplius abundat iniquitas.

Culpa excitat culpã.

33 Deleantur de libro uiuentium: & cum iustis non scribantur.

¶ [Deleãtur de libro viuẽtiũ] .i. ex memoria tua in qua soli iusti semper viuẽtes cõtinẽtur. Liber vite est noticia dei qua predestinauit electos ad vitã. Non ergo sic accipiendũ est tanq̃ in hoc libro aliquẽ scribat deus quem postea deleat: sed deleant̃. s̃m spem et opinionez illoꝝ dictũ est: q2 ibi tanq̃ merito iustitie sue scriptos se putãt. q.d. cõstet etiã ipsis: & cognoscãt in dãnatione sua non ibi se esse scriptos & nũq̃ scriptos fuisse ostẽdatur: et appareat qđ subsequẽter exponit dicẽs [& cũ iustis non scribãtur] .i. iustoꝝ ordini s̃m eq̃tatẽ tuã non apponant̃: q2 nec digni sunt. Audiuimus qđ nobis cauẽdum sit in malis nũc audiam⁹ qđ imitandũ sit in xp̃o. Illi tales fuerũt & sic perierũt. Tu benigne domine quid dicis de teipso?

Liber vite qđ est.

34 † Ego sum pauper & dolens: salus † tua deus suscepit me.

†paup & dolẽs ego sũ et †vult⁹ tui Mat. v.

¶ [Ego sum pauper] .i. humilis [& dolens] in passione pro omnibus [salus tua deus suscepit me] de oĩ angustia in resurrectione. hoc idez dicit corpus. Beati enĩ pauperes spiritu: qm̃ ipsorum est regnũ celorũ. & Beati qui lugent. qm̃ ipsi consolabuntur. Exemplo ergo domini discamus pauperes esse et dolentes. Nec enim deserti sunt tales: sz salus dei suscepit eos vt iam non sunt pauperes et dolentes, sed potius beati et letantes. Ad litterã etiam christus pauper fuit: quia in paupertate nat⁹ / cõuersatus / mortuus / & in alieno sepulchro positus. Et quia sic sum saluatus ideo

35 Laudabo nomen dei cum cantico: † & magnificabo eũ in laude.

†talis. Ira nõ habz ꝗ

¶ [Laudabo] in me et in mẽbris [nomen dei cum cantico] .i. cũ iocunditate & delectatiõe: cũ mẽtis leticia / & vocis exultatione: q2 & si omnia desunt deus tamen mecum est [&] exultãs i meipso [magnificabo eum in laude] .i. magnifice laudabo: et magnum predicabo ad alios vt per exemplum proficiant ac deum similiter laudent et magnificent: he sunt diuitie mee scz vt cũ gaudio & hilaritate nõ cessẽ deũ meum laudare & magnificare.

36 Et placebit deo super uitulũ nouellũ: cornua producẽtẽ & ungulas.

¶ [Et] laus illa [placebit deo] [super omne legale sacrificium: et hoc ostendit per partem cum subiungit [super vitulum nouellum cornua producentẽ & vngulas] Talis enim q̃rebatur vitulus in sacrificio qui & nouellus esset: & tam magnus vt cornua mitteret atq3 vngulas fortes haberet. q.d. sacrificium laudis diuine magis est deo gratum & placitum q̃ sacrificium quodcunq3 quod offerebatur in lege. laus enim puri cordis plus placet q̃ mactatio pecudis. hoc ergo

Vitul⁹ qlis q̃rebat in sacrificio.

37 Videant † pauperes & letentur: querite † deũ & uiuet aĩa uestra.

†inope pes †ꝯsiliũ

¶ [Videãt] oculo interne ꝯsidera

tionis ꝛ intelligāt ac credāt [pau perfecti] imitatores mei scȝ ꝙ obla tio nō iā in facultatib⁹ ꝛ reb⁹ ex teriorib⁹ posita est: sed in mente vbi pauper diuiti equatur [et lu de [letētur] et spe gaudeant ac ma gis paupes sint vt ditari mereāt. Et cōuertit se ad eos admonēdos dicens. O vos pauperes [querite deū] fide: deuotione: ꝛ bona opera tione. id est esurite ꝛ sitite deū tm̄ nihil aliud: ꝛ sic [viuet aīa vestra] ne moriatur peccatis: qꝛ de⁹ est vi ta aīe ꝛ cibus mētis. Queritis pa nē vt viuat caro vestra: deū queri te/ ꝛ viuet aīa vestra. hic vita gra tie ꝛ tandem vita glorie. Querite inquam

38 Quoniam exaudiuit pauperes dominus: & † uinctos suos non † de spexit.

†cōpeditos. †spuit

¶ [Qm̄ dn̄s exaudiuit]. i. exaudi re semꝑ ꝯsueuit [pauperes] aliter nō audiret. ita ꝛ vos audiet. si er go vis exaudiri paup esto: noli de te presumere: nec aliud pͥter deum tuum q̄rere. Si pctōr es nō ideo desperes qꝛ [ꝛ vinctos] vinculis peccatorū per que videntur repu diari a deo [suos]. i. a se soluendos [non despexit] quia diruptis dia boli nexib⁹ eos regno suo asseruit. Illos vinctos non despicit deus qui sui sunt: id est qui per penitē tiam ꝛ satisfactionē nō requirunt. Vel [vinctos suos] id est vinculis mortalitatis ꝛ penalitatis seu ꝑ ceptiōis: ꝛ cōsilij arctioris ac suis legibus astrictos [non despe xit] minus dicit ꝛ plus intelligit quia plene liberauit: Quapropter

39 Laudēt illum celi & terra: mare & omnia † reptilia in eis.

†reptilia.

¶ [Laudēt illū celi ꝛ terra: mare ꝛ oīa reptilia i eis]. i. celestia/ ter restria ꝛ oia vertantur homini in materiam laudis: ꝛ de oīb⁹ lau det deū homo rationalis creatura laudet deū ꝛ ꝑ hoīeȝ oīs creatura quoniā ipse species ꝛ materie re ruȝ sunt hominū causa: vt ipse lau det auctorem ꝛ saluatorem suum. Omnis ergo creatura ad laudem dei inuitatur: quia sunt hoi mate ria diuine laudis qui deuȝ laudat ex suis creaturis. Et sic hec laudāt deū dn̄ ex eis laudatur creator eo rū. Iste sunt vere diuitie paupe ris scȝ videre creata ꝛ inde lauda re creatorem: Ideo etiam laudēt:

40 Quoniam deus saluam faciet syon: & edifi cabūtur ciuitates iude.

¶ [Quoniā de⁹ saluaȝ faciet] nūc a culpa purgādo ꝛ post in eternū glorificando [syon] id est ecclesiaȝ deum speculantem modo per fidē deinde contemplantem per spe ciem [ꝛ] nunc [edificabuntur ciui tates iude]. i. anime: sua peccata confitentes in quibus deus habi tat que nūc per cōfessionem humi litatis disponuntur: ꝛ aptantur ad habitanduȝ in syon vt foris re maneant qui confiteri erubescūt. Bono rū initium enī bonorum est confessio iuȝ isti peccatorum: ꝛ iustus in principio uȝ ꝯfes accusator est sui. primum ergo de sio est bent homines mala sua confiteri pctōꝝ. atqꝫ moribus in melius commu tari: ꝛ sic in ciuitatem dei edifica buntur: quia anime sanctorū per confessionem in templū sanctum tanq̄ viui lapides deferentur.

41 Et inhabitabūt ibi: & hereditate acqrēt eā.

¶ [Et inhabitabunt] nunc constā ti mente [ibi] id est in ea syon scʒ in ecclesia speculante deum per fidem [⁊ hereditate acquirunt eā] ⁊ perseuerabunt in ea: qꝛ descēdētibꝰ p̄rimis alij quasi hereditarie succedēt eis ⁊ etiam in futuro [inhabitabūt ibi] .i. in illa excelsa syon scilicet in ecclesia contēplante deum per speciem quando ad illā beatam ciuitatem celestem hierusalem peruenient: ⁊ non ad tempus sed [hereditate acquirent eā] vt possideant illam in eternū. Et nō vna sola generatio iustoꝝ: sed per omnes successiones. Et hoc est quod subdit:

42 Et semen seruorum eius † possidebit eam: & qui diligunt nomen eius † habitabunt in ea.

[Margin: † obtinebit. † inhabitabūt.]

¶ [Et semē seruorum eius] id est imitatores fidei: et boni operis [possidebit eā] .s. syō quasi iure hereditario hic: ⁊ in futuro. Et qꝛ fides vel opus sine dilectione non valet cōtinuo adiecit quasi expendēdo qd̄ dixit [⁊] oēs [qui] [diligūt nomē eius] .s. q̄ sunt in charitate ⁊ q̄ nō ex timore sed ex amore deo seruiūt. hi enī sunt semen seruoꝝ nō qui carne filij sunt [habitabūt in ea] hic ⁊ in futuro tanq̄ in hereditate sua nullus in ea hereditabit nisi per dilectionem: quia sola dilectio diuidit inter filios regni ⁊ perditionis. Qui ergo nō diligūt nec hic merito nec ibi premio in ea habitabūt. deꝰ est dilectio: ⁊ q̄ manet in dilectiōe in deo manet: ⁊ deus in eo. Hic est finis/ hec est hereditas.

[Margin: Fides sine dilectione nō valet.]

Oratio.

Magnissime domine exaudi nos in veritate salutis tue: vt eruti a sq̄lore peccati mereamur au libro vite regni celestis conscribi. Per dominum.

Oratio uiri iusti, in tribulatione positi: ut liberetur à periculis & specialiter a persecutione iniquorū ipsum malitiose persequentium.

Psalmus. LXIX.

1 Deus in adiutorium meū intende: † domine ad adiuuandum me festina.

[Margin: † alia litera nō hʒ residuum versiculi]

¶ Auctor psalmi p̄pheta dauid. ¶ Titulus hic est in finē .i. in xp̄ʒ nos dirigēs. psalmꝰ iste attribuitur dauid .i. cuilibet iusto habitus in rememoratione .i. agens de memoria huius rei. eo q̄ saluuʒ fecit eū dn̄s spe ⁊ certitudine. Memor enī saluationis ⁊ bn̄ficioꝝ que deꝰ mūdo contulit sicut in p̄senti psalmo monstratū est securus petit liberari: licet multis malis vrgeat q.d. ⁊ si cōmutati sint in meliꝰ vnde in titulo p̄sentꝭ psalmi agit̄ nō tm̄ in se/ sʒ in dn̄o q̄ saluat gloriētur. ¶ Materia. petitio viri iusti vt liberet̄ a p̄iculis ⁊ miserijs huiꝰ mūdi. ¶ Intētio monere vt vrgētibus malis nō diffidamꝰ: sʒ dei adiutorium inuocemꝰ: ⁊ nō in nobis sʒ in diuino auxilio ꝯfidamꝰ: ⁊ in dn̄o gloriemur. ¶ Sn̄ia in generali p̄pheta in isto psalmo loquit̄ in p̄sona cuiuslibʒ iusti: ⁊ fidelis dep̄cātis vt liberet̄ ab huiꝰ mūdi p̄iculis ⁊ miserijs. sp̄alr̄ a p̄secutiōe iniusti ⁊ iniq̄ ipʒ maliciose p̄sequētiꝭ. Quāuis enī ille psalmꝰ attribuat̄ xp̄o siue cuilibet iusto i tribulatione posito: cōmuniter tn̄ de iusto ex

ponitur in cuius psona hic loquitur totus & hic psalmus effectualiter continetur supra in psalmo expectans expectaui dnm ab illo loco. s. cōplaceat tibi dñe vsq3 ad finē q ibidē ptim de xpo & partim de mēbris eius exponitur. ¶ Omnia in speciali in persona ergo oim iustorum ait/o [Deus] creator meus qui soles iuuare [in adiutorium meū] misericorditer [intende] & respice pstādo mihi auxilium gratie tue: quia nec mala declinare nec bona agere valeo sine te: et quia periculū est in mora [domine] gubernator meus qui omnia potes [ad adiuuandum] me festina] id est cito et festinanter adiuua: primum inspice instantem necessitatem. Deinde accelera auxilij consolationē: q2 si tardat misericordia crescūt pericula. Hic versiculus in principio horarū premittitur vt per adiutoriū diuinū preualeamus cōtra diabolū q magis isurgit qñ ad op9 bonū accedim9 & maxie cū orare debem9: sed i hoc ɔfundimur orātes: q2 deum nobis intendere volumus cum oramus: et nos nec deo nec nobis intēdim9. Hic versiculus depcatio vtilis est ɔtra oēm aduersitatē & tentationē ac maloꝝ ipugnationē: & nihilominus ad oēm virtuosam operationē & bonorū impetrationē: nā et cū tribulamur et cū operamur diuino adiutorio semper opus habemus: deinde orat etiam pro persecutoribus cum subiungit.

Confundantur & reuereantur: qui quærunt animam meam.

Reuereri q̄ est. ¶ [Cōfundantur] i seipis de pctis cognitione sue turpitudinis q prius pctā sua defendentes quasi gloriabātur de eis [reuereant] id est timeant te iudicē ne p culpa cōmissa puniātur reuereri enim est timere ne p lesa iusticia pena sequat [q q̄rūt aiam meā] .i. vitā ad opprimēdū & pdēdā non ad imitādum. Hec vox pprie ad martyres ptinet qui ad hoc querebantur vt occiderent. Et cum orāt pro suis inimicis perfectionē nobis insinuant charitatis Ideo adhuc subditur.

3 Auertantur retrorsum & erubescant: qui †uolunt mihi mala. †Cogitant.

¶ [Auertantur retro: sū] sc3 ab intētiōe sua: nō pcedāt sed sequant: nō suo consilio viuāt sed sanctorū [erubescāt] sc3 pseq qd itēdebāt & etiā de ɔmissis pctis [q volūt] .i. cogitāt [mihi mala] & si non possunt pctōr em & penitēs q pl9 defert verecūdie de recordatione delicti co liberior ē a dño ɔmeret grām. Nā hoc pretulit publican9 q nec audebat oculos ad celū leuare ideo iustificat magis dñi iudicio q phariseus quē deformauit psūmptio: similiter

4 Auertantur statim erubescentes: qui dicūt mihi euge euge.

¶ [Auertantur] a sua iniquitate [statim] i. dilate vt coꝝ cōuersio nō moret facile em emēdat culpa q cito corrigit [erubescētes] de malis suis [qui dicunt mihi euge euge] adulatorie vel irrisorie lingua em adulantiū & vituperantiū nos psequit & sicut aurū igne sic hō vtraq3 lingua pbatur. Duo qppe sunt bona euge vnū adhortatoriū alterum aggratulatoriū duo et sunt mala vnū detractoriū alterum adulatoriū de qb9 vltimis hic est dictum. Tribus versibus pdictis tria genera psecutoꝝ notant .i. malefactores maliuoli: adulatores. Quoꝝ primū fit ope: alterū cogitatiōe: tertiū lo- Persecutorū tria genera

cutione. Reprobi enim mala que possunt bonis inferre non desistunt: et cum non possunt malum quod volunt agere non cessant illud cogitando tractare. et cum nocere non valent aut non audent in aperto faciunt quod possunt detrahendo vel simulando et adulando ac falsis laudibus seducendo. Et quandoque plus nocet lingua adulatoris quam manus persecutoris et ideo valde est cauenda et subito repellenda. Unde Gregorius adulatio si vel ad tempus patienter suscipitur augetur et paulisper demulcet animum vt a rigore sue rectitudinis mollescat in delectationem sermonis sed ne crescere debeat statim est sine mora ferienda pro his tamen persecutoribus orat ecclesia vt conuertantur et fiat quod subiungitur.

Gregorius.

5 Exultent & † lætentur in te omnes qui quęrunt te: & dicant semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.

†Iocundētur.

¶[Exultent] secundum corpus hilares se ostendendo [et letentur] secundum animum in tuis gaudendo [in te] in tua bonitate non in se nec in alio quocumque. q.d. non de se gloriantes sed in te a quo habent letari et exultare [omnes qui] per lachrymas penitentie ac per cognitionem et amorem diligenter [querunt] non homines sed [te] qui misericors es et pius eos qui ... et dicant semper] laudando te: quia nunquam debet cessare a tua laude [magnificetur dominus] id est laudibus extollatur et maximus predicetur: quia peccatorem vocat: confitenti ignoscit inde iuste viuere facit et tandem glorificat. hoc inquam dicant [qui diligunt salutare tuum] intelligentes se inde sanatos quasi ipsi de se non saluentur: quia domini est salus et ab illo est salus eius non a se dicant magnificus est dominus qui nos tam potenter saluabit. De se autem dicat vnusquisque quod subdit.

6 Ego vero egenus & pauper sum: deus adiuua me.

¶[Ego vero egenus] vel mendicus id est petens scilicet mendicans meam salutem vel aliorum [et pauper sum] id est nihil habens ex me: et insufficiens per me ad eam inquirendam. Egenus enim dicitur qui aliquid habet et aliud indiget. Pauper qui nihil habet de me quidem nihil presumo nec tamen ideo diffido: nam deus adiuuat me vt possim quam desidero salutem possidere: vnde ad ipsum se conuertens ait [deus adiuua me] ita affectum. Sic vtique deum laudare nos docet vt cum illius put possumus magnificamus nos metipsos infirmos et inutiles iudicemus. Ille enim abundans: nos egeni: ille diues: nos pauperes. Cum hec recognoscimus et de nobis diffidentes in ipso solo confidimus tunc nos tanquam paupes et egenos adiuuat deus. Adiuua igitur quia

Egen⁹ quid hʒ. Paup qui nī.

7 Adiutor † meus & liberator meus es tu † domine: ne † moreris.

†et erũtor.

†alia litera non hʒ me⁹ et liberator meus

†tardaneris.

Tardam videtur quod magno desiderio queritur.

¶[Adiutor meus] in bonis et vt vicam [et liberator meus] a malis et ne cedam [es tu] et non alius: quia non alia spes mihi est: et ideo contra tam mihi restat petere [domine ne moreris] et differas mihi succurrere: sed fac quod facturus es me adiuuando ac liberando necnon in gloriam tuam ducendo. Tardum enim videtur quod magno desiderio queritur imploremus et nos domini dei nostri adiutorium et liberationem et gloriam atque ex toto corde dicamus illud: domine ne moreris. Oratio.

Inexhaustibili adiutorij deus eterne ad adiuuãdũ familie tue supplici festinus occurre: vt euictis malorũ opprobrijs tuis sp auxilijs muniamur. Per dominũ.

Oratio ecclesie & cuiuslibet fidelis in magna tribulatione existentis quatenus liberetur de multitudine tribulationum ut possit laudare deum.

Psalmus. LXX.

†deus. †spera ui dñe. †tua iustitia †erue †eripe me Jonadab spõtaneus interpretatur.

1 IN te † domine speraui non confundar in eternũ: in † iustitia tua † libera me & † eripe me.

❡ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ❡ Titulus talis est psalmus dauid filiorũ ionadab ⁊ pmorũ captiuorũ Jonadab interptatur spõtaneus: ⁊ significat ip̃ spũ obediẽtẽ. Psalmus ĝ iste ẽ dd ꝓphe ad vtilitatẽ filiorũ ionadab. i. obediẽtie seu imitatoꝝ xp̃i ⁊ prioꝝ captiuoꝝ q̃ nũc filij xp̃i ⁊ liberi prius filij adã a diabolo captiui sũt ducti. istis eñi vt psẽuerẽt hic psalmus cãtaẽ: i q̃ gratuita dei grã q̃ nos nõ pp nos: sed pp se liberat ꝯmẽdaẽ: ❡ Materia excitatio filioꝝ ecclie ad spẽ ⁊ ꝯmẽdationẽ grẽ diuine: ⁊ descriptio multoꝝ dei bñficioꝝ circa sperãtẽ i eũ. ❡ Intẽtio: monere ne falso de nobis p̃sumamus: sꝫ in deo solo ꝯfidamus. ❡ Snia i gñali. ꝓpheta i isto psalmo qui attribuitur christo et cuilibet iusto speranti in deo loquitur partim de christo et partim de membris eius. maxime tamen loquitur in persona cuiuslibet iusti et fidelis in magna tribulatione existens qui totam spem in deo ponens. Consequẽter in hoc psalmo sicut ⁊ in precedenti petit a periculis imminentibus velociter liberari vt possit deum deuote laudare: et ei fideliter regratiari. ❡ Sententia in speciali. Generalis itaq̃ iustus clamat ad dominum. o. [In te domine] solo tanquã in adiutore potenti non in me vel alio quocunq̃ [speraui] et totam spem meã posui ⁊ ideo [non ꝯfundar in eternũ] i. finaliter ⁊ in futuro: ⁊ si ad tempus de peccatis cõfundar: ⁊ in p̃senti ne ꝯfundi valeã [in iustitia tua] q̃ mihi est a te non mea quam non statuo: q: nulla vel sꝫ q̃ iustitia tua exigit: q: sicut iustũ est non parcere impenitẽti ita iustum est parcere penitenti / ⁊ orati / ⁊ retribuere permanẽti [libera me] a peccatis [et eripe me] a penis: duo eñi sunt que in seruitutem nos redigũt: peccatũ. s. ⁊ pena peccati: ⁊ ab vtroq̃ petit liberari et eripi. Et si sum ego indignus

2 Inclina ad me aurem tuam: & † saluũ me fac. †salua me.

❡ [Inclina] tu excelsus [ad me] humilem et iacentem [aurem tuã] idest condescende mihi per tuam clemẽtiã: q: merita mea digna nõ sunt vt ad tuã altitudinem perueniant. non eñi possumus accedere ad deum nisi ipse velit accedere ad nos: et hec est ꝯfessio humilitatis. Qui eñi dicit inclina ad me cõfitetur: q: iacet velut eger prostratus in modico stãti [et salua me] ab omni malo intus et extra totaliter ⁊ pfecte. Et subiungit quomodo. Accedere ad deũ nõ possumus nisi ad nos accedat.

3 † Esto mihi in deũ protectorẽ & in locum †mihi esto.

munitum: ut saluum me facias.

¶ [Esto mihi in deum protectorē vt me ꝓtegas cōtra iacula inimicorū ne ad me pueniāt: vl' saltē ne me ledāt. ego eīm ꝓtegere me nequeo [et in locum munitū] scʒ refugij ad quē q̄ refugit tut⁹ est vnde subdit [vt saluū me facias] in alio eīm saluus eē nō potero. nā absq; te nec ꝓtectio nec refugium nec munitio nec salus a quoq; prestari pōt: vbi tentationē esse ꝯspiciens q̄siuit locū quo fugeret: sʒ sine deo munitū inuenire nō potuit: ex qua re et ipʒ sibi locum fieri petijt ꝓpter quem locū quesiuit. Ul' [in locū munitū] in futuro vbi plene securi et salui erimus quia nos aggredi null⁹ valebit inimicus.

4 Quoniam firmamē-tum meum: & refugiū meum es tu.

¶ [Qm̄ firmamentū meū] et fortitudo mea i pugna vt per te sim fortis contra oēs tētationes: et si multe sunt et turbāt me [refugiū meū] in fuga [es tu] saluās me sicut loc⁹ refugij saluat fugiētes ad se. Ex te eīm et per te sum firm⁹. et sicubi fuero infirmat⁹ i me refugiam ad te: Quātūlibet eīm ex gratia dei si q̄s firmus tn̄ adhuc formidādū est ex corruptione carnis. deinde magis determinat a quibus eripi desiderat dicens:

Deus me⁹ † eripe me de manu peccatoris † & de manu † contra legē † agentis & iniqui.

ferueʒ nō hʒ nō hʒ ꝑteruētis.

¶ [Deus meus eripe me de manu pctōris] .i. de ptāte diaboli ne me vi vel insidijs ducat ad peccatum vel supplicium qui specialiter dicitur peccator; quia ipe est omnis peccati persuasor. Et non solū [de manu inuisibilis inimici sed] [et de manu] .i. de potestate [contra legē agētis] .i. transgressoris [et iniqui] i. simpliciter sine lege peccantis: Hic notatur omne genus peccatorum. scilicet aut legis trāsgressor si accepit legē vt iude⁹ et falsus christianus: aut tātūmodo iniquus sine lege si legem non accepit vt pagan⁹: iter vtrūq; gemit corp⁹ christi: et ab vtroq; affligit' nec se vindicat: sed patiēter tolerat et orat. Ideo autem me debes eripere.

Pctōꝝ oīe genus.

6 Quoniam tu es pa-tientia mea domine: domine spes mea à iuuentute mea.

¶ [Quoniā tu es patiētia mea domine] .i. causa et fructus patientie mee: ꝓpter te enim grauiter affligor: propter te equanimiter patior nec solum patientia mea: sed es o domine et [spes] .i. certitudo [mea a iuuentute mea] id est a tempore virtutis et fortitudinis mee: non eīm dt iuuētutē quātū ad etatē: sʒ quātū ad aīe virtutē et iuuētute idē ex quo me aduersus diabolū armasti cepi in te sperare vt munitus side / spe / et charitate: ceterisq; spiritalibus armis cōtra aduersarios tam inuisibiles q̄ visibiles dimicarem: nec solum a iuuentute: sed ēt ab infantia mihi posuisti. quia

7 In te cōfirmatus sum ex utero: de uentre ma-tris meę tu es protector meus.

¶ [In te confirmatus sum ex vtero] .s. ecclie dū rudimēto fidei conceptus sum. vtē ꝑ ecclesie parationē illā dicit qua instruit' hōcū credere

dere icipit ⁊ ante i eo vtero spiritaliter formatur vt deinde in lucem vere cognitionis pariatur. In vtero enim ecclie rudimēto fidei concipimur: post ex aqua ⁊ spū sctō regeneramur vn̄ subdit et vt natus exiui [de ventre matris mee] ecclesie: id est ex quo fui renatus de baptismate [tu] etiā [es protector me⁹] a malis imminentibus qui me saluum duxisti ad tempus in quo in te disceres sperare. Et propter hec gratie tue beneficia.

8 In te † cantatio mea semper: tanquam prodigium factus sum multis †: & tu adiutor fortis.

†decātatio. †sed

¶ [In te] ⁊ de te est [cātatio mea] idest laus oris et exultatio cordis: et hoc semper et assidue: idest omni tempore et in prosperis et in aduersis laudabo te: quia iugiter habeo in te materiā laudis propter beneficia tua continua: et propter hoc tanquam [prodigium] et portentum [factus sum multis] mirātibus de me sicut solent homines mirari de prodigio vel portento. Multi enim amatores seculi putant me insanū ⁊ prodigiosum cū vident me inuisibilia que ipsi ꝯtēnūt laudare et appetere: visibilia vero que ipi appetunt me cōtēnēdo vitare: ⁊ tu cōtra oīa opprobria factus es mihi [adiutor fortis] tu enī ministras spiritalē fortitudinem ad contemnendas hominum insultationem. Et ideo.

9 Repleatur os meum laude ut † cantem gloriam tuā: tota die † magnitudinem tuam.

¶ [Sacerdotes eorū in gladio ceciderunt] .i. filij hely scz ofni ꝛ phinees [et vidue eoꝝ nō plorabanť] sicut vxor phinees viduata et mox in partu mortua ꝑpter perturbationē plangi non potuit more funeris: intantum enī dolebāt pro captiōe arche: q̄ nō vacabat ꝑ ꝑpulo alia mala deflere: sic ꝛ sacerdotes q̄ bene docent ꝛ male viuunt cadunt in gladio oris sui: ꝛ vidue .i. q̄ renūciauerūt seculo cū nō ꝑseuerāt nō ploraňť: qz spūales viri de hmōi desperāt. Sed vt vtinam in nobis hec dn̄o cooperāte fiāt vt cōcupiscētia capta decidat: erecta ꝑtāte v̄tutē: forma iniq̄tatis corruat: electa eccl̄ia pulchritudīe intermatť populus vitiorum: viuificata numerositate virtutū respuatur terrena h̄rditas acq̄ratť regnū dei iuuentie .i. insipiēs pctīn a virtute spūſſcti exurať: ꝛ ergo aīa tollereť incētores vitiorum gladio .i. verbo dei trucidenť vt exulēt mētes ab his viduate cū xp̄o. Deinde ostendit vltionem in ipsos aduersarios detortam. dicens

71 † Et excitatus est tā quam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus à uino. †nō habet et

¶ [Et] post has miserias [excitatus est dn̄s] ad vindictā hostib⁹ inferēdā cū malis actib⁹ ꝛ periis ipoꝝ hostiū cū planctu ꝛ miserijs suorū [tāq̄ dormiēs ꝛ tāq̄ potēs] .i. fortis [crapulat⁹] .i. ebri⁹ [a vio] q̄ qū sopit⁹ ē a vio nō pōt vti sua fortitudine: dixit sic vt demētib⁹ ꝛ impijs isultātib⁹ q̄b⁹ vr̄ dn̄s velut ebri⁹ diu dormire: qn̄ pplm suum dat in man⁹ eoꝝ q̄s odit: ꝛ qū pi
clitātib⁹ n̄ tā cito q̄ putāt hoies subuenit: ꝛ reuera sic demēter putantib⁹ dormit ꝛ est alien⁹ ac negligentibus ꝛ infidelib⁹ nulla voce laudis vł opis eoꝝ excitātibus.

72 Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

¶ [Et percussit inimicos suos] scz philisteos [in posteriora] .i. i secretiori pte natiū vbi mures rodebāt prominētes extales eoꝝ ꝛ cōputrescebāt [opprobriū sēpiternū dedit illis] qz pena eoꝝ ꝑbrosa ē i sēpiter

na memoria. Qui mittētes manū ad aratrū posteriora respiciunt q̄ vt stercora estimari debent percutiē tur in posteriora mersi in gehen nā. Qui eñ posteriora diligūt op probrium sempiternū. i. eternā pe nā habebunt: quia ex ipsis iustissi me cruciabūtur. Ita inimicos per cussit: sed suos reedificauit quod factum est in dignitate regia eis collata: et hoc volens ostēdere sub iungit.

73 Et repulit tabernacu lum Ioseph: & tribum † effrem non elegit. († effrai)

[Et repulit] a regia dignitate [tabernaculū] id ē familiā [ioseph] ne inde esset rex [et tribum effrem] similiter [nō elegit] vt inde esset rex. Cum enim ruben qui fuit primo genitus iacob violasset thorum pa tris sui data sunt p̄mogenita eius filijs ioseph: et ideo credi posset q̄ de⁹ de ioseph electurus regē esset. Et quia inter filios ioseph q̄uis ma nasses esset senior tamen vt dixit effraim futur⁹ erat maior posset vi deri q̄ etiam de effraim electurus esset de⁹ reges sup populum israel. ideo istud primo remouet. Nomi nat autem eos qui clarioribus me ritis videbant̄ excellere scz ioseph qui impie vendit⁹: pro iustitia est sublimat⁹: ac prudentia: castitate et inimicorū dilectione p̄stitit alijs: et effraim qui maiori fratri benedi ctione aui sui iacob est p̄latus: vt ostendat nihil meritis: sed totum gratie tribuendum. Deinde osten dit quam tribum elegit. d.

74 † Sed elegit tribum iuda: mōtem syon quē dilexit. († tet)

[Sed elegit] p̄p dauid [tribū iu da] s. pro regia dignitate vt de eo reges acciperet q̄m inde erat dauid vñ christus carnē suscipere voluit. [et mōtē syon quē dilexit] s. elegit ad cultum suū et p sede regni: qz ibi erat ciuitas dauid et caput regni israel vbi p ioseph qui interpretat̄ augmētū et effraim q̄ interp̄tat̄ fru ctificatio. vniuersum pplm illū ve terē repulsum et reprobatū intelli gim⁹ q̄ p augmēto terrenorū deo militat et de fruge seculi p̄sumit et per tribū iuda: qz de ea xp̄s exi uit nouum pplm xp̄i illi pplo vete ri prelatum: vnde et montē syon ec clesiam christi eterna premia ocu lis fidei speculantem accipimus. Syon enim speculatio interpre tatur.

75 Et edificauit sicut † unicornium sacrificium suum: in terra quā fun dauit in † secula. († vni cornio rū sai cti fica tiones suam.) († eter num.)

[Et edificauit] .i. edificari fecit [sicut vnicorniū] scz iudeorū deū sin gularem et vnū deū colētiū [sacrificium suū] .i. tēplum in quo erant scā: et hoīes sanctificabāt̄ p oblatiōes et sacrificia [in terra] .s. iudea [quam fundauit] p suo cultu et sede rega li [in secula] .i. stabiliter quātum in se fuit nisi pctā ppli impediuissent. Unicornes intelligim⁹ quorū fir ma spes i vnū erigit̄: vñ christiani recti vni: omnes dicūtur propter fi dem vnius dei quē credūt: et vni⁹ rei quā appetunt: de q̄ re alibi d̄r. Unā petij a dño hanc requirā. Sa crificium est plebs sancta popul⁹ requisitionis qui sunt templū dei sanctum in quo habitat. Terra est ecclesia quā firmauit et stabiliuit vt immobilis in secula sempiter na persistat. Ex hac enim vita mor taliter trāsiens eternaliter in cele sti patria fundatur. Sic ab initio electionis hebree gentis vsq ad (Chri stiani vnico nes di cunt. ps. xx vi.)

Christum procedit vnde subsequēter dicit.

76 **Et elegit Dauid seruum suum: & sustulit eum de gregibus ouiū de post fœtantes accepit eum.**

j. Re. xvj.

¶ [Et elegit dauid seruum suū] de tribu iuda [et sustulit] .i. tulit [eum de gregib⁹ ouiū] q: ex pastorali officio pecoꝝ translat⁹ est ad regnū hominū et [de] eo vbi erat sequēs [post fetantes] .i. post oues fetas seu habentes fetus [accepit eum] q: pascebat oues qn̄ vocatus fuit vt in regem vngeretur: sed ad qd

77 **Pascere Iacob seruū suum: & israël hęreditatem suam.**

¶ [Pascere] id est ad pascendum et regendum [Jacob seruum suū] id est populū suū qui de iacob seruo suo descendit: deinde repetit [et] pro .i. [israel hereditatem suam] disciplinę vomere cultā id est vt fieret rex super iacob .i. israel: q: idem sunt iacob et israel ac seruus et hereditas licet diuersis rationibus: vt patet ex pluribus locis precedētibus. Et ita fecit. quia

78 **Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in † intellectibus manuū suarum deduxit eos.**

† intellectu.

¶ [Et pauit] et educauit: id est rexit et gubernauit eos [innocentia cordis sui] .i. in puritate conscientie: et hoc docuit eos quod ipse egit et [in intellectibus manuum suarum]: id est prudenter se habens in operibus suis [deduxit eos] per vias iusticie et veritatis quasi dicat sic rexit et duxit eos sicut vir simplex in corde sine duplicitate et prudens in opere. Omnia hec ad christum dominum referēda sunt: quia paterno consilio ad redemptionem nostram electus est de grege mortalium carnem assumēs quem seruum dicit non filium. q: forma serui ex dauid est de post fetantes est acceptus: quia missus ad oues domus israel: inde oues gentium predicatione apostolorum transmutatus pascens celesti pane christianum populum: siue supplantatorem vitiorum: siue mēte videntem deum quos pauit in innocentia cordis: quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius: [et in intellectibus manuum suarum]: id est i operibus intellectualiter ab eo factis [deduxit eos] ad vitam eternam. Uel [pauit eos in innocentia cordis sui] id est hominum: scilicet faciens eos innocentes et in cogitationibus cordis [et r edit eos] ad vitā [in intellectibus manuum suarū] scilicet christi: id est in intelligentia et actuali sanctitate quam ipse in credentibus fecit quasi manib⁹. facere enī ad man⁹ ptinet. Oratio.

Refice nos māna spiritali alimonie opulentissime largitor omnipotēs de⁹: vt in sensu manuum tuarum directi mereamur in monte acquisito dextera tua gloriari. Per dominum.

Psalmus de lamentabili deprecatione fidelium propter multiplicem persecutionem malorum: & lętabunda gratiarum actione pro sua liberatione.

Pſalmus.LXXVIII.

1 Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt tēplum ſanctum tuum: poſuerunt hieruſalem in pomorum cuſtodiā.

¶ Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus eſt pſalmus aſaph. Et eſt ſenſus ps iſte attribuit aſaph. i. fideli ſynagoge ſeu congregationi in cuius pſona ꝓpheta h loquitur et chriſtū ſubuenire ſue genti pcat. ¶ Materia: lamētabilis depcatio fideliū ꝓpter multiplicem pſecutionem maloꝝ. ¶ Intētio: exhortari nos ad paſſionē ꝓ chriſto ⁊ patiētiā ac bonis primoꝝ letari et calamitatib⁹ affligi. ¶ Sententia in gñali ꝓpheta in iſto pſalmo in pſona aſaph. i. fidel' ꝯgregatiōis deuaſtationē hieruſalē vl' eccleſie lamētat humiliter ⁊ deuote ꝓ reſtauratiōe ipi⁹ depcat: iplorādo videlicet ꝯ aduerſarios dei iuſtitiā ⁊ pſuis dei: miam ⁊ vltimo ꝓ depcatiōis exauditiōe exultās regratiat. ¶ Snia i ſpāli. Aſaph ergo cōdolēs ſue gēti ipſi⁹ mala deo exponit ſic. d. O [De⁹ venerūt gentes in hereditatē tuā]. i. in hierlm et in terrā ꝓmiſſiōis [polluerunt tēplū ſanctū tuū] ꝑ ſimulachra q̄ ibi poſuerūt [poſuerunt hierlm in pomoꝝ cuſtodiā]. i. in deſertionē ſicut collectꝭ pomis cuſtodie. ſ. dom⁹ in quib⁹ cuſtodes erant deſerunt.

2 Poſuerūt morticina ſeruorū tuorum eſcas uolatilibus cæli: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ.

¶ [Poſuerūt morticina]. i. cadauera [ſeruorū tuoꝝ] q̄ imūdis vti noluerūt [eſcas volatilib⁹ celi] relinquendo ea inſepulta. ſ. [carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre] eſcas poſuerunt ⁊ deuorandas dederunt. q. d. nō tm̄ in viuentes / ſed etiam in mortuos ſeuiunt.

3 Effuderunt ſanguinem eorum † tanquam aquam in circuitu hieruſalem: & non erat qui ſepeliret. ſicut

¶ [Effuderunt ſanguinē eoꝝ]. ſ. ſeruorū tuoꝝ [tanq̄ aquā]. i. abundāter ⁊ ita viliter q̄ſi ita ſine culpa liceret de ſanguine ſicut de aq̄. ⁊ h nō tm̄ itra muros / ſed etiā [in circuitu hieruſalē] circunquaq; [et non erat q̄ ſepeliret]. ſ. corpora occiſorū dū oibus piculū imineret.

4 Facti ſumus opprobrium uicinis noſtris: ſubſannatio & † illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. deriſio eis.

¶ [Facti ſumus opprobriū vicinis nr̄is] qđ grauius eſt q̄ ſi remotis: q2 hi ſunt aſſidui ⁊ in oculis [ſubſannatio ⁊ illuſio] facti ſum⁹ [his q̄ in circuitu nr̄o ſunt]. i. gētib⁹ q̄ circa hieruſalē ſunt. q. d. gloria hieruſalē toto orbe mirabilis verſa ē in opprobriū vicinis. Uel poſſunt hec accipi de eccleſia ſic. O [Deus venerunt gentes i hereditatē tuā] id eſt inuaſerunt eccleſiā perſequēdo quam chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo [polluerunt templum ſanctum tuum] ſcilicet ipſam eccleſiam. Unde apoſtolus. Templū ij. Cor.

dei sctū ē qd̄ estis vos: qd̄ templus persecutores in his polluerunt qs ad negandum christum terrendo vel cruciando coegerunt. Sed hodie magis polluitur prauis moribus hominum q̄ olim occisoribus martyrum [posuerunt hierusalē] id est eandem ecclesiam [in pomorum custodiam] id est in desertionem. quando enim gentibus persequentibus in celestem mensam spiritus martyrum tanquam de dominico orto multa et suauia poma transierūt/ecclesia deserta est visa [Posuerunt morticina seruorum tuorum] id est sanctorum martyrum [escā volatilibus celi] quasi quicq̄ eorum resurrectioni deperiret. quod exponit dicens [carnes sanctorum tuorum] hec sunt morticina [bestijs terre] ad deuorandum. [Effuderunt sanguinem eorum tanq̄ aquā in circuitu hierusalem] quando in omni parte ecclesie: cui9 circuit9 per totū orbē est abundans persecutio seuiebat [et non erat qui sepeliret] pre timore persecutorū vl' pre multitudine occisorum. [Facti sumus opprobriū] et terror propter diram mortem [vicinis nostris] .i. affectione propinquis iam volentibus credere [subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sūt] .i. despicabiles inimicis ecclesie qui sunt in toto orbe: q2 nō eis sed in cōspectu dñi preciosa ē mors sanctorum eius. Sed.

5 Vsquequo domine irasceris in finem: † accēdetur uelut ignis zelus tuus.

† exardescet.

¶ [Usq3quo] o [domine irasceris] nobis irasceris ne vsq3 [in finem]. q.d. noli irasci in finem sed tēpera correctionē/ne illa tāta tribulatio pseueret vsq3 i finē 7 vsq3quo [accēdet] .i. ardebit [zel9 tuus] .i. ira tua ꝯ nos [velut ignis] .s. totaliter nos ꝯsumēs sic ignis cinerat 7 ꝯsumit paleas ita q nō extinguat vel mitiget. q.d. vtinā cesset ira tua ꝯ nos icepta. Ira dei dr ignis: q2 tādiu ardet donec aurū purget 7 ligna icineret. Sunt eñi varie cause ifictiōis penarū. vñ iob dicit Uarie peccaui: nō peccaui: peccauit vt aliqren9 puniret: nō peccauit vt tñ punitus est in pte ad purgationem in parte ad coronādū ita de sanctis alijs. Ne igitur irascaris nobis qui te nouimus: sed potius

Dei ira ignis dicitur.

6 Effunde irā tuam in gentes que te non nouerunt: & in regna que nomen tuum non inuocauerunt.

¶ [Effunde] .i. effundes vt multa 7 abundanter: 7 retorquebis [iram tuam] .i. effectū iustitie tue 7 vindictam [in gentes q̄ te non nouerunt] nec scire voluerunt nec timere vel diligere: vt sicut nos oppriment tuis virtutibus obruantur [7 in regna que nomē tuū nō inuocauerunt] s3 tñ noīa idolorū suorū seu demoniorū 7 creaturā non creatorē. Per gentes accipit subditos. per regna ipsos reges. hoc autem non optādo dicit sed prophetisando: nec solum non inuocauerunt: sed insuper oppugnauerunt.

7 Quia comederunt iacob: & locum eius desolauerunt.

¶ [Q2] tales gētes [comederūt iacob] .i. destruxerūt iudaicū pplm: vt nō cōpareat sicut nec res comesta [7 locum eius] scilicet ciuitatem 7 tēplū vbi congregabātur ad festa [desolauerunt] nudando rebus 7

personis. Uel de ecclesia [quia co
mederūt] .i. i suū malignū corpus.
hoc est in suā societatē ꝛ nequitiā
transire cogētes sibi incorporaue
rūt [iacob] .i. ppl'z xp̄ianū q̄ est mi
nor cui seruit maior: ꝛ ad q̄ nomē
iacob est translatū [ꝛ locū eius] scꝫ
ecclesiā [desolauerūt] .i. desolatā
reliqrūt. Sed q2 scio te pro pecca
tis nos flagellare: ideo precor

8 Ne memineris ini-
quitatum nostrarū anti
quarum: citò anticipēt
nos misericordię tuę:
quia pauperes facti su-
mus nimis.

¶ [Ne memineris iniqtatū nostra
rū] hec cōfessio delictorū veniā pro
uocat [antiquarū] nō dicit hoc de
preteritis tm̄ sꝫ [antiquarū] .i. si-
miliū antiquis quibus sepe pec-
cauimus [cito] anticipēt nos mi-
sericordie tue] vt liberemur a mi-
serijs. ꝛ hoc ē nobis necessariū [q2
pauperes] .i. miseri ꝛ indigētes
[facti sumus nimis] .i. valde. Uel
de ecclesia preueniāt ad bene ope-
rādū [cito accipient nos mie tue]
ante mortē ꝛ iudiciū ne ad iudi-
ciū dānandi veniamus: q2 nisi in-
dulgentia preueniat in iudicio nō
absoluit reus [q2 pauperes] .i. me-
ritis ꝛ nō sufficiētes ad salutē i. vel
infirmi ꝛ ipotētes ad satisfaciēdū de
peccatis ꝛ bene operādū [facti sum⁹
nimis] ꝛ plusq̄ dici possit. hoc di-
cit ne quis de actibus suis presu
mat. Ideo sequitur

9 Adiuua nos deus sa-
lutaris noster: † & pro
pter gloriam nominis
tui domine libera nos:

† alia lra nō hꝫ ꝛ

& propicius esto pec-
catis nostris propter no
men tuum.

¶ [Adiuua nos] in bello defensio
nis legis cōtra aduersarios: quia
nos inutiles sumus [deus saluta-
ris] ꝛ saluator [noster] q2 nō in no
stris sed in tuis virtutib⁹ cōfidi-
mus [ꝛ ppter gloriā nois tui] am
plificādo o [dn̄e libera nos] a ma-
lis vt crepti nei tuo gloriā ꝛ ho-
norē reddamus. vel de ecclia [ad-
iuua nos] p gratiā vt infirmitas
nr̄a adiuuet ad bona faciēda [de⁹
salutaris nr̄] q̄ necessari⁹ es infir
mitati nr̄e [ꝛ ppter gloriā nois
tui] vt qui gloriatur nō in seipso:
sed in domino glorief. o [dn̄e libe
ra nos] a cōformitate malorum.
liberat ēt ꝛ eruit a malis deus cū
adiuuat ad faciēdā iustitiā [ꝛ] que
impediāt nos ad hoc peccata nr̄a
[ppici⁹ esto peccatis nostris pro-
pter nomē tuū] nō ppter nos et
meritū nostrū .i. pietate sancti no
minis tui tribuatur nobis qd nō
potest haberi actibus nostris. Et
ista fac nobis

10 † Ne forte dicant in
gentibus ubi est deus
eorum: & innotescat in
nationibus coram ocu
lis nostris.

† neq̄n dicant gētes.

¶ [Ne forte] nobis deficiētib⁹ [di
cāt in gētib⁹] illo visitatū psidiis
scꝫ [vbi est de⁹ eorū] quasi dicant.
illi nō habent deum adiutorem:
quia vel nō est/vel nō pōt/aut nō
curat suos adiuuare. hec insultatio
non est ferenda. Unde nō permit-
tas vt hoc dicant: cum in hoc non
tantū in nos sed in te delinquāt
sed poti⁹ [et innotescat] id est ma
nifesta fiat [in natoībus] ita q̄

omnes nationes sciant [corā ocu
lis nostris].i.cito fiat ꝛ nos eam
videamus ad laudem tuam.

11 † Vltio sanguinis
seruorum tuorum qui
effusus est: † introeat
in conspectu tuo gemi
tus compeditorum.

†vin dicta †ītreti cōspe- ctum tuum

¶[Vltio].s. tp̄alis vt euadāt eter
nā[sanguinis seruorū tuoꝝ q̄ effu
sus est]abūdāter.i.vt videam⁹ il
los ꝯuersos q̄ mō ꝑsequūtur.ꝛ sic
accipit in bono de vltiōe pn̄ti Ul'
accipi pōt de pena eterna sic.[Et
innotescat i nationib⁹ corā oculis
nr̄is[vltio sanguinis seruorū tuo
rū q̄ effusus est].i.sume vindictas
de malis q̄ fuderūt sanguinē ser-
uorū tuoꝝ.ꝛ i fine ita fiet:q2 vl' hic
in cōuersis ꝑimitur iniq̄tas qd̄ an
te opatus erat vel i fine ꝑeūt qd̄ hic
dr̄ nō optādo s3 ꝓphetizādo mal'
ita fiat.Et[itroeat i cōspectu tuo]
i.an̄ ꝯspectū tuū[gemit⁹ cōpedi-
torū]quos gētiles ꝛ tyrāni vl' ip̄e
tribulatiōes vinxerūt.Uel[cōpe-
ditorū]corruptibilitate carnis q̄
aggrauat aīam:q̄ te ꝑ longas la-
chrymas reqrētes absolui ꝛ tecu3
eē desiderāt.Ul'[cōpeditoꝝ].i.vin
culis charitatis astrictoꝝ orātiu3
ꝓ cōuersiōe malorū.Uel cōpedes
sunt p̄cepta dei qb⁹ colligant' scī
q̄ patiēter sustētata vertūtur in
ornamēta.Deide quid gemitus cō
peditorum petat ostendit dicēs.

12 Secundū magnitudi
nē brachij tui: † posside
filios † mortificatorū.

†re 12 cipe in adopti onem †mor- te puni- torū

¶[Scd̄m magnitudinē brachij
tui].i.potentie ꝛ fortitudinis tue
[posside].i.respice in adoptione
ꝛ defende ne eccl'ia in fratrib⁹ de
ficiat:ꝛ ne aliq̄ errore maculent'
[filios]id est posteros ꝛ imitatores
[mortificatorū].i.est martyrū qui
in eū ꝑ cui⁹ noīe passos eos noue
rūt exhortāte eorū gloria ad imi-
tādū eorū exēpla accēsi nō territi
crediderūt.Et ē ista pia ꝓcatio:ne
filios eorū ꝑeat qui ꝑ eo puni-
ti sunt.s3 multiplicet ne infructuo
sus sit sāguis eorū posteris:vt inde
crescat seges vn̄ putabat' ꝑitura.

15 † Et redde vicinis
nostris † septuplum in
† sinu eorū: † imprope
riū ipsorū quod expro
brauerūt tibi domine.

†nō hs et †septi- es tan tum †sin⁹. †op- probri um eo rum

¶[Et redde vicis nr̄is]iter quos
habitam⁹ vsq3 ad sepatiōnē futu
ra[septuplū].i.plenā ꝛ ꝑfectā vindi
cta:q2 hoc numero ꝑfectio ꝛ plenitu
do significari solet:ꝛ hoc[i sinu eoꝝ]
nūc in hac vita vt nō indicij pena
dānet'.vl'[septuplū].i. ꝑfectionem
doni celestis:vt ipū scīo cōpleant'
ꝛ redde eis[ip̄rob eriū ipsoꝝ quod
exprobrauerūt tibi dn̄e].i.fac vt ꝓ
iniurijs ꝛ opprobrijs q̄ fecerūt red
dāt laudes q̄ est glīosa vindicatio
qn̄ de⁹ inimicorū ore laudat':ꝛ sic
accipit' in bono ꝛ dr̄ optādo.Uel
accipit' i malo:vt[redde septuplū]
i.ꝑfectionē pene i futuro.s.[ip̄ro
periū ipsoꝝ].i.penā ꝓ ip̄roprio[qd̄
exprobrauerūt tibi dn̄e]scīos tuos
in qb⁹ habitas affligēdo arbitrā-
tes in eis delere nomē tuū de ter
ra:ꝛ sic dr̄ nō mala optādo s3 iusta
pronūtiādo ꝛ vera prophetisan-
do.Illis ita

14 Nos autem populus
tuus & oues † pascue
tue:cōfitebimur tibi in
† seculum.

†gre gis tui †etern- num

¶[Nos aūt]q̄s putabāt se ꝑdere

popul⁹ tu⁹] scꝫ te p baptismū regenerati ⁊ fide ꝯgregati [⁊ oues pascue tue] sacramētis ⁊ doctrina tua pasti et nutriti [confitebimur tibi] id est laudabimus te: vt qui gloriatur in domino glorietur [in seculū] .i. perseuerāter vsqꝫ in finē seculi nō delebitur ecclesia vt putatur ab hereticis. Et hoc est quod subdit.

15 In generatione & generationem annunciabimus laudem tuam.

¶ [In generatione] presenti [et generationē] succedentē .i. de generatione vna in alteram ⁊ in oēm gnātionē id ē qđ dixerat in seculū [annunciabimus] alijs [laudē tuam] que vt taceretur nos delere et finire conabantur. Uel [in generatiōe ⁊ gnātionē] .i. q̄diu seculū durabit p̄sens ⁊ futurū [annūciabim⁹ laudē tuā] i hoc seculo ꝑ alioꝝ istructione ⁊ i futuro ꝑ debito honore. Orō.

Anticipa dñe miam tuam priusq̄ zelus ire tue deseuiat: vt adiuti patrocinijs beatoꝝ quoꝝ ppt te sanguis effusus est ppiciatiōe tua peccatorum veniam consequamur. Per.

Psalmus de primo aduentu christi scilicet in carne: & de inceptione ac perfectione ecclesię cuius processus & status hic designatur sub nomine uineæ.

Psalmus. LXXIX.

Qui regis Israël intende: qui deducis uelut † ouē ioseph.

† pascis oues

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus talis est. In finē ꝓ his q̄ cōmutabunt: psalmus ꝓ alijs testimonium asaph. Et est sensus psalmus iste dirigēs nos in finē id est in christum est testimonium asaph .i. illi⁹ partis synagoge q̄ credit ⁊ cōfitet xp̄m in carne venturū ꝓ his q̄ cōmutabuntur in melius et pro assirijs .i. dirigētib⁹ se vt tā non sint generatio que non direxit cor suum sed dirigens se ad xp̄m. Assirij eñ interp̄tantur dirigētes: ⁊ sunt idē qui commutant ⁊ assirij. (Assirij q̄ iterp̄tantur) ¶ Materia: aduētus christi in carnē et ꝓcessus ecclesie sub noīe vinee. ¶ Intentio: monere in meli⁹ cōmutari ⁊ ad xp̄m dirigi. ¶ Sententia in gñali: ꝓpheta in isto psalmo in ꝑsona asaph .i. fidelis cōgregationis ꝑcat primū aduentū xp̄i ꝑ quem fit reparatio generis humani: et agit de vinea q̄ ē ecclesia ostēdens quomō fit incepta et ꝑfecta. ¶ Snīa in speciali: asaph ergo qui in precedētibus psalmis ꝓ petis synagoge trepidus orabat: iā de illius ꝯuersiōe p̄sumit: ⁊ testimoniū dat de aduentu christi quē precat d. [Qui regis israel] .i. iudeos spiritualiter te vidētes [intēde] .i. intētū te prebe regimini: et intentius rege quos rexisti nos per ministrū angelum tuum: iaʒ veni nos regere per te ipsum [qui deducis velut ouē ioseph] xp̄m scilicet significatū ioseph .i. fidelē populū de gentib⁹ adauctū parieti de circūcisione. Joseph enim interpretatur augmētū: et mortuo grano frumēti auct⁹ est multū populus dei: primo redu (Joseph q̄d iterp̄tatur) ctā velut a spinis ducit ad caulas fidei tanq̄ oues ad pascua: ⁊ deducit de bono i meli⁹ ⁊ de ṽtute i ṽtutē. Per israel legē habētes accipe ꝑfectos q̄ regūt ⁊ alios: p ioseph rudes ⁊ simplices: vñ regit israel tā q̄ maior ducit ioseph tāq̄ minor.

2 Qui sedes super cherubin: † manifestare coram † effraim Beniamin & manasse. †appare †eppre

ℭ [Qui sedes super cherubin] i. qui in secreto maiestatis tue super illam penitudinem scientie celestium virtutum et potestatum [manifestare coram effraim beniamin et manasse] q. d. tu qui angelis es notus appare et innotesce hominibus: manifesta te in carne: et huic mundo te videndum prebe: faciens in eis has virtutes que vis significant nominibus s. eos fructificare et filios dextere et posteriorum oblitos. Effraim enim interpretatur fructificatio: beniamin filius dextere: manasse oblivio. Illi quippe sunt idonei videre te qui fructus dignos penitentie faciunt: et hi qui in sancto opere fortes sunt: et hi qui posteriorum scilicet terrenorum obliti in anteriora scilicet eterna se extendunt. Effraim quod iter pretatur

3 Excita potentiam tuam & ueni: ut saluos facias nos.

ℭ [Excita] siue suscita [potentiam tuam] et fortitudinem quam egyptijs et filijs israel ostendisti quasi enim impotens videris quando populus tuus absque defensore traditur inimicis [et veni] per effectum potentie tue adiuuando nos qui derelinquendo nos videris recessisse [ut saluos facias nos] ut sicut illos eruisti de egypto ita nos salues a peccatis et a potestate et oppressione persequentium quas meremur pro eis. Uel [veni] ipse in carne et [excita] i. ostende [potentiam tuam] in resurrectione qui visus es infirmus in passione id est crucifixus ex infirmitate resurge ex virtute [et saluos facias nos] a malis omnibus. Deinde loquens ad patrem ait. O

4 Deus, converte nos: & † ostende faciem tuam & salui erimus. †illumina.

ℭ [Deus converte nos] a vetustate in nouitatem a culpa ad gratiam auersi enim sumus a te et non conuertemur nisi tu facias: et ostende faciem tuam [i. est filium tuum qui est imago tua [Et salui erimus] per ipsum. Uel [ostende faciem tuam] per placationem et gratiam scilicet auxiliando quam abscondisti a nobis auxilium tuum subtrahendo et ita [salui erimus] quia sine tua gratia non potest esse saluus. Et quia etiam post christi aduentum quamdiu in hoc seculo sumus vbi penitus sine peccato non viuitur etiam seruis suis dominus penitus non placatur ideo subiungitur. O

5 Domine deus uirtutum † quousque irasceris † super orationem serui tui. †vsque quo. †in

ℭ [Domine deus virtutum] celestium i. angelorum quibus nos socij sumus futuri [quousque irasceris super orationem serui tui] non auferendo flagella a nobis et si olim irascebaris super orationem inimici dum sic erant inimici eius ne irascaris super orationem iam serui tui sed miserearis: protinus iam transit ira a seruo in eo quod in perpetuum non damnatur/ sed adhuc remanet in hoc quod flagello non percit: flagellat enim omnem filium quem recipit. Irascitur ergo dominus huis suis: sed tamen non vt iudex damnans imo vt pater corrigens Et iterum quousque ira cessauerit. Heb. xij.

6 Cibabis nos pane lachrymarum: & † potum dabis nobis in lachrymis in mensura. †potabis nos

¶ [Cibabis nos pane lachrymarum] [erudatione flagellorum: et hic panis cibus est: quia sic non extinguimur sed erudimur. Addit et de potu [et potum dabis nobis i lachrymis in mensura] i. pro viribus: et secundum quod ferre possumus: vel pro modo culpe: et secundum quod meruimus. Vel lachrymarum panis et potus intelligitur gratia compunctionis: quia eos quos repleuerit gaudentes in spe et fortes in tribulatione facit sicut panis cor hominis confirmat et potus letificat. Bene autem in mensura dicitur: quia omnis electorum gratia et tentatio iuxta mensuram a domino disponitur: vt nec de gratia habeant quantum volunt nec de tentatione perferant supra id quod possunt. Deinde exponit lachrymas. d.

7 Posuisti nos in contradictionem uicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

¶ [Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris] [q in circuitu nostro sunt vt contradicerent verbis nostris: plane hoc factum est: de asaph enim i. de fideli synagoga electi sunt qui ad gentes irent: et christum predicarent. Quibus contradicebatur/sed contradictor vincebatur: et ex contradictore fidelis efficiebatur. Inde martyres cibati sunt de pane lachrymarum et potati in lachrymis sed in mensura non amplius quam poterant ferre [et inimici nostri] [et hostes fidei non tantum contradixerunt: sed etiam [subsannauerunt] et irriserunt [nos] [quasi colentes mortuum/adorantes crucifixum. Sed licet tanta passuri simus non tamen minus cum optamus sed iterum oramus. O

†domine 8 † Deus uirtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus. deus.

¶ [Deus virtutum conuerte nos] ad te [et ostende faciem tuam] i. filium tuum per quem tu cognitus es quod dicit: qui videt me videt et patrem [et salui erimus] portando imaginem eius: de hoc versu habes etiam supra. Desiderantis nos est frequenter repetere qui tantis precibus studet orare. Ostende inquam faciem tuam et imple in rebus quod premonstrasti in figuris. Quas figuras subsequenter enumerando ostendit. quomodo ecclesia primo incepit et fuit in iudeis: et postea translata est et perfecta in gentibus. q. d. debes hoc quod oro facere: quia iam

9 Vineam † de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes & plantasti eam. †ter.

¶ [Vineam] i. populum israel vnde christus et primi credentes: quem populum ideo vineam vocat quia in modum vinee cum dominus ad excolendum et regendum susceperat: et sicut vinea ceteris arboribus est hominibus charior: sic populus israel pre ceteris populis fuit deo gratior [de egypto transtulisti] in terram promissionis [eiecisti gentes] septem de terra illa quam diu possederant [et plantasti] vt agricola: [eam] scilicet vineam ibi id est habitationem eius firmasti et secure habitare fecisti.

10 † Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius & impleuit terram. †viam fecisti.

¶ [Dux itineris fuisti in conspectu eius] [in columna nubis per diem: et in columna ignis per noctem: teque duce et rectore de egypto exeuntes per desertum transierunt: in terram promissionis venerunt et ibi [plantasti] id est constituisti et firmiter

stabilisti [radices eius] i. duces et principes ac sanctos patres et prophetas [et impleuit terram] promissionis per prolis multiplicationē: iuxta qđ alibi scriptum est. Et bn̄dixit eis: et multiplicati sunt nimis. Licet hec synagogā figurauerint, tñ ad ecclesiā referenda sunt q̃ a tenebris cecitatis ad lucē fidei ꝛ celestē dignitatē electis vitiorū gētib⁹ translata est et plātata in virtutib⁹ q̃ spiritusancto preeunte ducit̄ spirituali itinere bonoꝝ operū per hoc desertū seculi: cui via i. mandata per que graderet̄ largita sunt plātatis in ea doctorib⁹ ꝑ quos i oēꝫ terrā euāgelioꝝ sonus nūciaret̄: ꝛ sic illā vinea mō impleuit totā terram: q̃ impletio mō fit ꝛ fiet vsq; i finē mūdi dū q̃tidie cōuertunt̄ aliq̄. Deinde de initio vinee lati⁹ repetit dicēs. Sed prius

Gen. i.

11 Operuit montes umbra eius: & arbusta eius cedros dei.

¶ [Operuit mōtes] scꝫ prophetas [vmbra eius] scꝫ vinee. i. vmbrosa et obscura locutio. obscure enim et in figuris locuti sunt futura que annunciauerūt, vmbra etiam fuerunt circuncisio et sacrificia. Sed post vmbrā venit veritas et manifestatio. Vn̄ sequit̄ [et arbusta] que crescunt circa arborem. i. excrementa et augmenta [eius] operuerunt [cedros dei] id est apostolos ꝛ doctores noui testamenti. Ideo autem dicit cedros dei: quia sunt cedri euertēde: scilicet superbi qui sunt cedri seculi sed non dei. Exposita ergo altitudine vinee exponit eius latitudinem dicens.

12 † Extendit palmites † suas usque ad mare: & usque ad flumen

† ex- tēdisti | eius.

propagines eius.

¶ [Extendit] dn̄s ad hierusalē [palmites suas] i. filios [vsq; ad mare scilicet mediterraneū quod erat termin⁹ iudee a parte occidētali [et vsq; ad flumen] scilicet eufraten qđ erat terminus terre promissionis a parte orientis [propagines] i. gn̄ationes [eius] per palmites ꝛ propagines maiores ꝛ minores scꝫ tota gn̄atio illius gētis intelligit̄ quā dn̄s infra dictos terminos dilatauit. Nos sumus vites qui ex vinea illa frondumus. et vsq; ad mare. i. baptismū accessimus: et vsq; ad flumē propagines eius: vt q̃ in ea nascūtur baptismo abluāt̄. Et q: talis est vinea: ergo

13 Ut quid destruxisti maceriam eius: & uindemiāt eā omnes † qui prætergrediūtur uiam.

† trāseuntes.

¶ [Ut quid destruxisti maceriam] ꝛ sepem [eius]: idest munitionem: scꝫ subtrahendo protectionē tuam qua tanq̄ sepi muniebat̄ [ꝛ vindemiant eam] i. conculcant et deuastāt [omnes qui pretergrediuntur] viā [leg's et mandatorum dei: scꝫ gētes q̃ idola colunt. Uel [oēs qui pretergrediuntur] ꝛ pertranseunt [viā] id est quicunq; viatores extranei. Tūc munitio synagoge deposita est cum ei cecitas propter suam superbiā cōtigit ꝛ spoliatur ab his qui per huius seculi viam ad deū transeunt dum iudeos predicando cōuerti faciūt. Et hoc totū referri potest ad persecutiones ecclesie. deinde exponit qualiter vīdemiauerunt dicens.

14 † Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depast⁹ est eā.

† deuastauit.

Extermi nauit

¶ [Exterminauit]. i. extra terminos suos eiecit et deuastauit [eam] vineam [aper de sylua]. i. gentilis populus feuus et incult' [et singularis ferus] scilicet idem populus singularis propter superbiam et ferus propter crudelitatem [depastus est eam] id est depascendo cōsumpsit: quia eam deuastauerunt: ac vsibus et seruitijs suis subiugauerunt Et hec ad ecclesiam referri pñt contra quā populus gentium crudeliter seuiebat. In apro etiā et singulari fero immanitas diaboli intelligitur: a quo hodie ecclesia deuastatur qui fortis et ferus est et de sylua: quia cogitationes eius agrestes et deuie sunt. et singularis in superbia. Sed tu o

15 Deus uirtutum conuertere: respice de cælo & uide & uisita uineā istam.

¶ [Deus virtutū] celestium et terrestriū [conuertere] ab ira ad misericordiā et ad nos p cōdescēsionē bonitatis tue: q: dū affligimur videris a nobis auersus [respice] intuitu misericordie et oculo clementie [de celo] celorū et de tue deitatis secreto [et vide] p misericordiā quibus peccatis laboret et pereat homo [et visita] per gratiam [vineam istam] scilicet ecclesiā. i. infirmā sana. Misericordia est qua peccata dimittuntur: gratia est qua beneficia irrogantur. Uisita sicut medicus infirmum et sana.

Misericordia peccata dimittūtur.

16 Et perfice eam quā plantauit dextera tua: & super filium † quem confirmasti tibi.

† hois.

¶ [Et pfice] fidelib' i pplo gētiū et reliquijs israel: [eā] nō aliā istitue [quā plātauit]. i. icboauit [dextera] i. potētia et ppiciatio [tua] vna em̄ et eadē vinea ē q̄ icepit a iudeis et pficiē i gētib': et si altera gens det pricipiū altera perfectionē [et sup filiū]. s. xp̄s pfice [quē cōfirmasti tibi]. i. ad tuū honorē dicēs. hic ē fili' me' dilect' i quo cōfirmat' est xp̄s apd̄ hoies qui sol' est fundamentū qd̄ nemo mutare potest. Et sic erit et reuera perficies q: remittenē eis pctā et ita pficieē vinea: q:

17 † Incēsa igni & † suffossa: ab increpatione uultus tui peribunt.

† succēsa. † effossa

¶ [Incēsa igni]. i. pctā q̄ veniūt ex amore male accedēte [et suffossa]. i. pctā q̄ veniūt ex timore male hūiliāte: fossa em̄ hūilitatē designat: et p hec duo oīa pctā itelligūē. Sicut em̄ oīa iusta opa bono timore vł bono amore fiunt: sic malo amore et malo timore pctā oīa cōmittūē [pibūt] et delebūē [ab icrepatiōe vultus tui]. i. p icrepationē filij tui q̄ vult' tu' et imago dr̄. Quid em̄ increpat xp̄s nisi peccata: Et quia ex aduentu filij tāta procedit vtilitas: ideo vt hec omnia impleātur.

18 Fiat manus tua super uirum dexteræ tuæ & super filiū hominis quē confirmasti tibi.

¶ [Fiat man' tua] o deus. i. mia tua [sup virū dextere tue]. s. xp̄s ad pducēdū eū. i. opatio tua ad effectū pmissa pducat. s. incarnationē [et] p. i. [sup filiū hois]. s. v̄ginis p assumptionē carnis nō hois [quē] scz filium [confirmasti tibi] q: sic nobis coniunctus est ex carne vt de' etiā sit ex diuinitate. Et bñ vir dextere et filius hominis dicitur: q: et potētiā diuinitatis habuit vñ ad

L

dexterā dei patris sedet et humanitatem inter nos assumpsit ex eo ꝙ filius hois fuit ꝗ nisi potens ꝑ diuinitatē fuisset nequaꝙ̄ nos ꝑ humilitatem redimere potuisset.

19 Et non discedimus à te: uiuificabis nos & nomen tuum inuocabimus.

¶ [Et] si hec feceris ꝛ filium miseris [nō discedimus] vltra [a te] per cōuersionē a fide ꝛ dilectiōe. Quis eñ nos separabit a charitate dei? Roma. viij. [Uiuificabis nos] vita gratie: naꝫ mortui eramꝰ peccatis nosq̧ inouabis/ ꝛ vitā interioris hominis donabis vt te amemus non terrena in quibus prius mortui eramus scilicet in amando terrena et eis inherendo [ꝛ nomen tuū inuocabimus] te exorando [vt nobis dulcis remissor sis peccatorum nostroruꝫ et pius largitor eternorum bonorum: et te diligēdo qui eris nobis totū iuuamē. Quod vt fit ꝛ vt summam mee intentionis concludam

20 Domine deus uirtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus.

¶ [Dñe deꝰ virtutū cōuerte nos] a vetustate i nouitatē/ ꝛ ad te ꝑfecte diligēdū [ꝛ ostēde faciem tuā] s. xp̄m ꝗ est imago et facies tua et illuminatio vultꝰ tui: in ꝗ manes ꝛ ꝗ manet i te [ꝛ salui erimꝰ] ꝑ xp̄s a malis omnibus. Uel [oñde faciē tuā] hic per piā illuminationem ꝛ in futuro ꝑ apertā visionem [ꝛ salui erimus] q: in clara ꝛ ꝑfecta fruitione cōsistit eterna salus. Hec iaꝫ superius dixerat: sed piū animum quod delectat orare libenter ꝛ frequenter delectat replicare. hic eñ (vt dicit Augustinꝰ) est cōsummatio totiꝰ oratiōis xp̄iane. Magistra vero ē suauitas huiꝰ versiculi. i. hoc eñ regulā totius religionis exponit. primo eñ deꝰ nos ꝯuertit tūc ꝛ non ante faciē suam ostendit. i. lumine pietatis nos inspicit post qđ tandē nos saluat. hunc ergo ꝓpheta iterat q: ꝑ ip̄m quisq̧ breuiter qđ expedit implorat. Iste etiā versus ter ponitur hic propter triplicem faciem christi que tripliciter nos conuertit. Est enim facies nascentis: morientis. iudicantis. Prima conuertit nos a superbia ꝛ vanitate mūdi: q: christus in natiuitate humiliauit se formam serui accipiens. Secunda a ꝯcupiscētia et voluptate carnis: quia tunc aruit, tanquam testa virtus eius. Tertia ab amore temporalium pro quibus in iudicio exprobrabit dominus reprobis dicēs esuriui. ꝛc. Augustinus. fa. xp̄i.

Oratio.

Uisita domine vineā tuā quam de egypti tribulatione potenti dextera liberasti: vt respectu vultus tui viuificata bonorum in te fructū vbertate letetur. Per dominuꝫ nostrū.

Psalmus de inductione fidelium ad laudandum deum: ac de pressura ecclesię bonorumque probatione & malorum reprobatione.

Psalmus. LXXX.

1 EXultate deo adiutori nostro iubilate deo Iacob.

¶ Auctor psalmi propheta dauid.

¶ Titulus est. In finē pro torcularibus quinta sabbati psalm⁹ ipsi asaph. Et est sensus. psalmus ille dirigēs nos in finē. i. xp̄m cantat ipi asaph. i. dñice cōgregationi et cantat ipo asaph. Asaph em̄ sibi ipsi loquitur. psalmus dico agens pro torcularibus. i. de ecclesijs in quibus est pressura tribulationū: & habitus quīta sabbati. i. loquēs de baptizatis et baptisandis aq̄ baptismi qd̄ figuratū est per op⁹ quinte sabbati qn̄ creauit deus ex aquis pisces et aues. Sicut em̄ vinum & oleū pressura torcularis eliquata recōdātur et acinū & amurca proijciūtur: ita accedente tentatione iustus iustior fit & sordidus magis sordescit. Silr̄ & de renatis ex aqua baptismi alij sunt pisces i. carnales alij aues. i. spūales. Cātatur ergo pro torcularib⁹ et quīta sabbati. i. de pressura discernēte renatos ex aqua baptismi. ¶ Materia laus & bn̄ficia dei ac ingratitudo ppl̄i israelitici: p̄ssura q̄q; fideliū ac pbatio bonorū et reprobatio malorū. ¶ Intētio: mōere fideles vt mltis modis deū pp bn̄ficia exhibita magnificēt & ingrati nō existāt: cōtēptisq; his terrenis ad celestia mente ascendant. ¶ Snia in gn̄ali: propheta in isto psalmo in persona asaph. i. fidelis cōgregationis loquit sibijpsi: scilz dñice cōgregationi iam credenti & incitās bonos ad dei laudē admonet: vt ad qd̄ puenerūt i hoc pmaneant vsq; in finem: et vt mali ad suū se referant finē amore premij vel timore iudicij: ostēdēs vn̄ gaudēdū sit: quidue timendū: quid appetēdū: & q̄d cauendū. ¶ Snia in spāli asaph ergo q̄si proposita sibi imagine cuiusdā solennitatis electos ad celebritatē incitat dicēs. O cōgregatio dei [Exultate deo] voce oris clamando quicquid de illo *bis explicare potestis [adiutori nr̄o] in bōis agēdis et malis tolerādis. Exultēt alij mūdo/vos deo alij ventri deo suo vos deo vestro: alij deceptori suo. vos adiutori vr̄o. [iubilate] gaudio cordis qd̄ nō potestis explicare verbis. Iubilus em̄ est gaudiū animi qd̄ nec oīno pōt exp̄mi nec taceri [deo iacob] quia & vos ptinetis ad iacob: imo vos estis iacob scz minor pplus cui seruit maior. Et

2 † Sumite psalmū & † date tympanum: psalterium iucundum cum cithara. † accipite

¶ [Sumite psalmū] i. spūalia q̄ de supiori & a deo sunt: sicut psalteriū a superiori sonat [& date tympanum] i. carnalia p corium tympani designata q̄ a vobis sunt. q. d. accipite mādata celestia & date opera implēdo ea: q: [psalterium] quod ponitur hic pro psalmo [iucundum est cum cithara] que ponitur pro tympano. i. v̄bo. de operibus respondere est delectabile. psalmi sunt iste materiales voces quib⁹ per singulos versus tanq̄ per diuersas cordas sonat nobis a superiori dulciter spūssanct⁹: et modo quasi in acutis vocibus modo in remissis informat in maioribus & minorib⁹ p̄ceptis. Tympanū vero qd̄ fit de corio ad carnem ptinet. In hoc ergo admoniti sumus vt p̄dicatiōi verbi dei corpalibus respondeamus operibus.

3 † Bucinate in neomenia tuba: in insigni die solennitatis uestrę. † tuba canite i initio mensis tube.

¶ [Bucinate] id est resonate [tuba in neomenia] id est in nouilunio scilicet [in insigni] et preclaro

[die solennitatis vestre]scilz festi tubarū qđ est prima die mēsis septembris. hec loquitur asaph spiritualiter christianis. q.d. Sumite et date ac bucinate et ne terrea tim: sed qđ iudei faciebāt hystorialiter vos facite spiritualiter in innouatione vestra: in mēte et aia annunciate et predicate alijs clarius: et confidenter nouā vitā quā noua luna significat: et hoc tpe gratie qđ est insignis dies solennitatis nostre q̄ nobis a vitijs semper feriandum est: de qua die alibi dr.

Ps. cxvij. Hec est dies quā fecit dñs: exultemus et letemur in ea. Ideo sic est faciendum.

4 Hips. Quia præceptū † in Israël est: & iudicium deo Iacob.

¶ [Quia]hoc [p̄ceptum]est a deo [in isrl]i. in iudeis et ad literā et spiritualiter inde a deo iudicandi si non feceritis: Vn̄ sequitur [et iudiciū]cum p̄cepto est [deo iacob] cōtra negligentes. i. qr iudex futurus est qui hoc precepit et faciet vindictā de p̄cepti obmissione: vbi preceptū ibi et iudicium: qui enim in lege peccauerunt per legem iu-

Luc. x. dicabuntur. Unde dicitur: hoc fac et viues. q.d. si non feceris morieris iam iudicatus. Et

5 Idum. Testimonium in Ioseph posuit illud: † cū exiret de terra ægypti: linguam quam non nouerat audiuit.

¶ [Testimoniū]i. preceptum sub attestatione. Vel [Testimoniū]rei future [in ioseph]i. in ipso populo israel quem vocat ioseph propter primogenituram ad ipsum translatam. vel eo q̄ ille populus occasione sui venit in egyptum et multiplicatus est per eum [posuit illud]preceptū et subdit qn̄ [qr cū exiret]idē ppls [de terra egypti]p mare rubrum: tunc in deserto [linguam quam nō nouerat audiuit] scilz legem per moysem datam in qua et hec et alia precepta accepit. Vel [Testimoniū]i. preceptū [illđ posuit in ioseph]i. in gentib⁹ adauctis per fidem. Joseph enim interpretatur augmentum. quia [cū exiret ille populus gentiū per fidem et baptismum [de terra egypti]id est tenebris infidelitatis et ignorantie: tunc in ecclesia [linguā quam nō nouerat audiuit]i. precepta euangelij que prius ignorabat accepit. Sic et nos si volumus linguā incognitā noscere: scilz sacram scripturā ītelligere: oportet vt exeamus de egypto. i. de tenebris pctōrū. et tunc audiemus verba que non audieramus; et percipiemus mysteria que non noueramus. Et tunc dominus

6 † Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt. †auerit.

¶ [Diuertit]et liberauit [dorsum eius]scz populi iudaici [ab oneribus]quib⁹ exercebat eos pharao in luto et latere: qr [man⁹ eius in cophino seruierūt]id est in instrumento seu vase quo populus lutū et terrā portabat vnde lateres faciebat: quasi diceret: liberauit eos a vili seruitute educendo de egypto. sic dominus. [Diuertit] a sarcina peccatorum [dorsum]et rationem gentium: quia [manus eius in cophino seruierunt]i. in seruili opere: scilicet in terrenis et lutosis operibus et in immundicijs peccatorum. peccata eñ seruilia ope-

Joan. xiij. ra sunt. iuxta illud. Qui facit peccatum: seruus est peccati. Deinde mutata psona iducit loquētē. Ex

†erui 7 In tribulatione inuocasti me & † liberaui te: exaudiui te in abscōdito tempestatis: probaui te † apud aquam cōtradictionis. †in aq̄

C [In tribulatione] dū p̄mebaris labore & dura seruitute [inuocasti me] pro liberatione [et liberaui te] in signis & prodigijs te educēdo [exaudiui te in abscondito tēpestatis] .i. in tēpestate abscondita quādo nec aperte gemere vel conqueri audebas metu egyptiorum: tunc amplius te aggrauantium [probaui te apud aquam cōtradictionis] id est examinaui te vtrum esses gratus et fidelis vbi de mea potētia et bonitate desperans iurgatus es et dixisti. Nunquid poterit de petra aquā eijcere? Vel loquitur christiano sic. [In tribulatione] dum premereris sarcina peccatorum [inuocasti me] ad adiutorem [et liberaui te] exonerando [exaudiui te in abscondito tēpestatis] id est in tempestate cordis & in bello suggestionis cum angeretur conscientia tua in lucta vitiorum: atq; virtutum tibi tribulato affui & te liberaui [probaui te apud aquā cōtradictionis] id est apud populū cōtradicentē. Gradiens enim viam dn̄i multos habet ɔtradictores & dehortatores/ insultatores/ et detractores. has aq̄s passus ē dn̄s & in eis nos probat: sed ipse eas transiuit vt nos faceret eas nō timere. Hactenus egit de oleo torcularis .i. de bonis. Deinde agit de amurca .i. de reprobis. q.d. Quia tot beneficia feci

8 Audi populus meus: & † contestabor te: Israël si audieris me nō erit in te deus recens: † neque adorabis deū alienum. †loq̄r & testificabor tibi. †nec

C [Audi] .i. intellige [pp̄le me⁹] cui specialē legē dedi & specialia bona iam tradidi [et contestabor te] .i. testis ero veritatis & eorū q̄ sum dictur⁹. Quodcūq; aūt pp̄lo suo dixit etiā nobis loquit. deinde quid velit eū itelligere subdit o [Israel si audieris me] & monita mea mihi obediēdo [nō erit in te] .i. in corde tuo [de⁹ recēs] .i. nouiter et ad tp̄s fact⁹: de⁹ em̄ nr̄ est sempiternus. Qd̄ quisq; cupit et veneratur hoc illi de⁹ est: sicut idolū vel aurum seu q̄libet creatura: ac libido & concupiscētia. habet em̄ quisq; tot deos recentes quot vitia et peccata. et semp deū recentē habet qui modo gule: modo luxurie: modo iracūdie: mō supbie: & alijs huiusmodi vitijs seruit [neq; adorabis deū alienū] & extraneum a me: studiū & seruitiū tuū ipēdēdo vitijs vel cuilibet creature qd̄ poti⁹ impendere debuisti tuo creatori.

9 Ego enim sum dominus deus † tuus q̄ eduxi te de terra ægypti: dilata os tuum & † implebo illud. †sum †eduxi †plebo.

C [Ego] nō alienus [sum dn̄s] et rector [deus] et creator [tuus] ille idem [q̄ eduxi te de terra egypti] p mare rubrū. Vn̄ cōstat: q: nō sum recens & ita bn̄feci tibi in preterito & parat⁹ sum bn̄facere in futuro: vn̄ subdit [dilata] desiderio lo

tuū].cordis ad desiderandū & petendū vtilia[& implebo illud]tuū desiderium & votum in bonis pficiēdo. Non simus ergo ingrati deo nostro: nō obliuiscamur in nobis deū manentē ne faciam⁹ nobis recentē q̄ eduxit nos p baptismū de tenebris ignorātie: ac vitijs & operibus diabolicis: dilatem⁹ os cordis desiderādo: & os corpis verba veritatis pnunciando: et dn̄s implebit illō desideriū aie tribuēdo: et istud maiorem loquendi gratiam tribuendo. Sic monuit.

10 Et non † audiuit populus meus uocem meam & Israēl non † intendit mihi.

†obaudiuit. †attendit.

¶ [Et non audiuit populus me⁹] cui legem dedi & magna feci [vocē meam] & monitionem: & ostendit quis eius vocē nō audiuit dicens [et israel nō intendit] et obediuit [mihi] ingrat⁹ tot beneficijs meis vt culpa cresceret: et digna vltio sequeretur. Multi sunt qui vocē domini audire contēnunt: stat ad ostiū & pulsat: dicēs. Aperi homo: recognosce vocem domini dei tui: volo vt aperias et ingrediar: & nō vis aperire. Nequissimus seruus est qui dominum suum hospitari non vult.

11 Et dimisit eos secundùm † desideria cordis eorum: ibunt in † adinuentionibus suis.

†affectiōes †affectionibus.

¶ [Et] q̄z ita igrati fuerūt, nō tā q̄ desperās de salute eorū [dimisit] & dedi [eos] sibi subtrahendo eis gratiā non impartiendo malitiam vt irēt [s̄m desideria] & affectiones [cordis eorū] nō s̄m viā pceptorū meorum & ipsi [ibunt in adinuētiōib⁹ suis] & affectionib⁹ quibuslibet: ac si diceret. Quā sepe pcussi: & disciplinā nō receperunt: rogaui & nō audierūt: ideo dimisi eos in voluntatib⁹ suis vt satura ti vitijs suis. Ul' si penitētiā agāt. Infelix est qui a deo non corripit qui desiderijs cordis sui traditur: et miser qui peccans non percutitur. Malum signū est quando infirmus voluntati sue relinquitur. Unde dicit Augu. q̄ magna ira dei est peccantes non corrigere: nō flagellare eum relinquentes. Sed

Infelix ē q̄ a deo n̄ corripitur. Augu.

12 † Si populus meus audisset me Israēl si in uijs meis ambulasset.

†alias littera n̄ h̄z dimidiū v̄siculum.

¶ [Si ppl's me⁹ audisset me] monitis meis obediendo q̄d exponēs subdit [israel] hic est popul⁹ [si in vijs meis ambulasset] quotidie in sanctis actionibus proficiēdo: et precepta mea obseruando que sunt vie perueniendi ad beatitudinē hoc est audire me. O clemētissimus pater: o misericors deus: rogauit & nō est auditus: q̄n irat⁹ dimittit filiū lasciuientē. Iterū videt pire & dolet q̄z pereat & dicit. Si popul⁹ me⁹ audisset me: israel si in vijs meis ambulasset

13 † Pro nihilo forsitā inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

†in nihilum omnes.

¶ [Pro nihilo] et gratis [forsitā] i. vere et ironice dicit [inimicos eorum] et hostes cuiuslibet generis [humiliassem] eos ad nihilū reducendo [et super tribulantes eos misissem manum meam] vitricē. i. vindictā & potētia mea eos pressissem eorū inimicos prosternendo:

ad nihilū dn̄s redigit q̄s i suo ver
bo ⁊ ope ꝑseuerare cōspicit. Ma-
nū quoq; suā super eos mittit cu3
ex reatu ꝓpꝛie iniq̄tat3 eosdē ad-
uersarios dura animaduersiōe per
cutit ⁊ hoc ꝓ nihilo facit/q2 totū
sit gratis qd̄ de⁹ nobis ipendit.
Deinde post verba dn̄i item pro
pheta loquitur dicens. Sed.

14 Inimici domini men
titi sunt ei: & erit tem-
pus eorum in † secula.

†eter-
num.

¶ [Inimici dn̄i] veteres. s. iudei q̄
ꝓmiserāt obseruare legē dei: ⁊ nō
impleuerūt ⁊ vn̄ debuerāt eē ami
ci ide facti sunt inimici: ⁊ noui sc3
falsi xp̄iani q̄ in baptismo renūcia
uerūt factis malis ⁊ vitijs [mētiti
sunt ei] ⁊ ingrati facti: illi nō faciē
do q̄ ꝓmiserāt: isti iplicādo se his
q̄b⁹ renūciauerāt: [et] id ō [erit tp̄s]
pene ⁊ punitionis [eoꝝ in scl'a]. i.
in eternū durās vt pena eterna dā
nentur: ⁊ si hic ad tempus florere
videantur. Tales illi sunt.

15 Et cibauit illos ex
adipe frumēti: & de pe-
tra melle saturauit eos.

¶ [Et] tn̄ [cibauit illos ex adipe
frumenti] veteres quidē māna qd̄
ita delicatum et sapidū erat atq;
reficiebat ac si de adipe ⁊ medulla
frumēti factū fuisset: s3 nouos pa-
scit corpore xp̄i q̄ frumētū nostru3
est: vel pinguedine gratie spirita-
lis [⁊ de petra melle]. i. aqua que
sicut mel dulcis videbat̄ populo si
ti afflicto [saturauit eos]. s. vete-
res in eremo sed nouos satiat mel
le. i. spirituali intellectu vel melli-
fluo charitate [de petra]. i. sapien-
tia christi: nam petra erat christus
cuius verba et eloquia dulciora

j. Cor. x. sunt super mel et fauum: ⁊ tamen
mentiti sunt ei.

Oratio.

Dilata dn̄e supplicum ora
ad annunciādam gloria3
tuā: vt egyptijs operib⁹
relictis nominis tui cōfessiōe lete-
mur. Per dominum nostrum.

Psalmus de primo ad
uētu Christi & de redar
gutione ueteris synago
gę: ac de increpatiōe ini
quorum iudicū & præ-
dictione damnationis
& penę ipsorum.

Psalmus. L X X X I.

1 Deus stetit in
synagoga deo
rū: in medio
autem deos
dijudicat.

¶ Auctor psalmi ꝓphe dd. ¶ Ti-
tul⁹ ē Psalm⁹ asaph h° est psalm⁹
iste sit asaph. i. synagoge ꝑfidoꝛu3
iudeoꝝ: vel ꝯgregationi iniquoꝝ iu
dicū. ¶ Materia: prim⁹ aduēt⁹
xp̄i ⁊ redargutio veteris synago-
ge: ac p̄ncipū ei⁹ ⁊ quoꝛuncūq; iu-
dicātiū inique ¶ Intētio: monere
credere xp̄m verū deū ⁊ hoīe3 esse3
eiusq; predicationi obedire: ac ini
¶ [Et tu dñe deus miserator] in actu et exhibitione: q: miam actualiter exhibes [et misericors] in natura quia eam naturaliter possides [patiens] diu et longanimiter peccatores expectans et petã hoim ad penitentiã dissimulãs [et multe misericordie] erga cõuersos multiplicia bona eis prestando. q: penitentibus dat gratiã et perseuerantibus gloriã [et verax] pmissa implendo et vnũquẽq: iuxta merita remunerando.

15 Respice in me & miserere mei: da † imperiũ tuũ puero tuo: & saluũ fac filium ancille tue.

†potestatẽ.

¶ [Respice in me] oculo mie [et miserere mei] tribulatiõi tãte expositi [da imperiũ tuũ] i. ptãtẽ iudicãdi vel fortitudinẽ et potestatẽ superãdi inimicos [puero tuo] innocenti et tibi obedienti. vel [puero tuo] i. serno prout sepe accipitur in euangelio [et saluum fac] a morte vel ab inimicis [filiuʒ ancille tue]: scilicet marie que se ancillam dixit. Uel [ancille tue]: id est ecclesie que per gratiam baptismi nos genuit.

16 Fac mecũ signũ in † bono ut uideãt qui oderũt me & cõfundantur: qm̄ tu domine adiuuisti me & consolatus es me.

†bonũ

¶ [Fac mecum signum] scilicet resurrectionis scilicet signum Jone prophete vel signũ de plena victo

ria cōtra inimicos [in bono] .i. vt alijs pñt vt spes credentiuꝫ cōfirmetur vel per hoc boni confortentur et ideo fac vt videant q̄ oderūt me] .i. inimici mei. hoc signum scꝫ q̄m tu domine adiuuisti me] in certamine ꝛ in his q̄ feci [ꝛ cōsolatus es me] in tribulatiōe ꝛ in his q̄ passus sum ab eis: hoc videant [ꝛ cōfundātur] .i. erubescant modo se errasse. Uel [cōfundātur] in iudicio pniciose q̄ modo nolunt confundi salubriter Hoc dꝫ rogare petōr vt dñs faciat ei signū in bonū signū scꝫ vere penitentis dādo ei veram contritionem/pronā ꝛ humilem confessionē ꝛ/condignam satisfactionem. Orō.

Etifica dñe vultū familie tue ꝛ erue aīas nr̄as ex iferno iferiori: vt tui vult⁹ ɔtēplatiōe ꝓtecti ɔ̄sideria carnis spūali dñatiōe calcem⁹. Per dñꝫ.

Psalmus de ecclesię militantis fastigio & dilatatione ac de ecclesię triumphantis pręconio eiusque iugi lętitia & laude.

Psal. LXXXVI.

1 Fundamēta ei⁹ in montibus sanctis: diligit dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. Titul⁹ ē filijs chore ps̄ cātici. Et est sensus ps̄ iste q̄ dr̄ ps̄. q2 agit de eccl̄ia ſm statū p̄sentē ibi agit opa cātici q2 agit de eadē ſm statū futurū vbi exultat ꝓponitur filijs chore vt habitēt in ysō: nūc p fidē ꝛ in futuro p speciē pars cui⁹ in celo triūphat pars in terra militat. ¶ Materia: cōmēdatio ecclesie militātis ꝛ triūphātis sub typo ciuitatis. ¶ Intētio monere habitātes in ecclesia militāte ꝛ ad huc peregrinātes ad amorē ꝛ desiderium ecclesie triūphātis scꝫ glorose ciuitatis hierlm celestis. ¶ Sententia in generali propheta in isto psalmo q̄ breuis est numero verborum ꝛ magn⁹ pondere sententiarum cōmēdat ecclesiā ſm p̄sentē statū ꝛ futurū: ꝛ multa secū voluēs dcū amare ꝛ desiderio celestis hierlꝫ qḋ cogitabat secū ꝓtulit i aures hoim ꝛ p̄dicat eā filijs chore .i. xp̄i imitatorib⁹ vt eis augeat affect⁹. p passionē eniꝫ xp̄i de qua in p̄senti psalmo dixerat: data est spes credētib⁹ redeūdi ad celestē hierlm idō nūc agit de ea vt nos inducat ad ei⁹ amorē. ¶ Sn̄ia i speciali: ꝓpheta ꝗ plenus spū multa voluens apd̄ se de hac ciuitate in hoc ꝓrupit [Fūdamēta ei⁹] .i. .s. ysō ciuitatis spūalis .i. ecclesie scīē nō refert ei⁹ ad aliqḋ p̄missuꝫ sed ad cordis ꝓphete meditationē q̄ nō ꝑ de illa corde tacuerat ꝛ st ore [in mōtibus sctis] sunt .i. in ꝓphetis ꝛ aplis q2 ibi primū posita est fides ecclie q̄ montes sūt ꝓpter sīdei sublimitatē: scti pp vite puritatē: quorū fide/doctrina ꝛ exemplis ecclesia est fundata. Unā est est fundamētū ecclesie p̄ter qḋ nō aliud ponere quod est xp̄s iesus ꝗ sicut ɔ̄: scūs sanctorū sic solus fundamētū fundamentorū quod nemo mutare pōt sed alij ab ipō fundamēta dicūtur sicut ꝛ ipē est mons in vertice montiū ꝛ ab eo alij montes appellant. Ecce prior laus a fundamentis vt soliditas noteē ciuitatis. Et quasi quis que

reret cuius eius fundamēta dicis ait [illegible]. Unī subdit: ⁊ [Diligit dn̄s portas syon] .i. sacramenta militā tis ecclēie p que sit ingressus in eā [sup oīa tabernacula iacob] .i. imaginaria sacramenta veteris ppl'i. q.d. plus diligit ⁊ approbat ecclīā φ synagogam: figuratū φ figuratam ciuitatem spiritualem super illa que presignabat eam. Deinde sequitur laus de fama

2 Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei.

❡ [Gloriosa] .i. famosa [dicta] ⁊ predicta [sunt de te] in psalmis ⁊ pphetis: [o ciuitas dei] spūalis .s. ecclesia q̄ de illa figurali ciuitate q̄ cecidit nō sunt dicta. Deinde dn̄s ipse de eadem hierl'z agit ⁊ ostēdit q̄ sunt illa gloriosa que predixerat de ecclīa. licz enī ecclesia originem sumpserit in hierl'm ⁊ mōte syon tn̄ per predicationem apostolorum ⁊ publicationem euangelij multiplicat⁹ est numerus fidelius p orbē vnde gloriosa facta est ecclesia .q. d. gloriosa dicta sunt de te ciuitas sancta: vbi non solus est iudeus sed omnes gentes quarum quedā nominate sunt vt intelligantur omnes. Ego enim.

3 Memor ero Raab & Babylonis: † scientium me.

† scientibus

❡ [Memor ero] ad miserēdū in illa ciuitate inquit propheta ex psona dei [raab ⁊ babylonis] q̄ nō ptinent ad populū iudeorū .i. eorū gētiū p partē intelligēdo totū [scientiū me] p fidē .i. aplīs de illis recipiēdis pcipiā vbi de vocatione gētiū dr̄ q̄ per raab ⁊ babylonē significatur. Raab q̄ppe superbia vel latitudo interpretatur: babylon vero cōfusio: interptatur ⁊ gētes superbe p latā viā morti in

Raab

cedūt ac cōfuse ⁊ indiscrete viuūt. Raab meretrix. babylon vero deo semp aduersa fuit. Si qs ergo raab vel babylōē nihil desperet qn imo dei sperā vt deum recognoscat: est enim memor sciētium se: Raab fuisti adulter ⁊ fornicator plenus immūdicia: plen⁹ superbia tenēs latā viā q̄ ducit ad inferos recordare domini dei tui ⁊ ipe recordabitur ⁊ miserebitur tui. Babylon eras confuse ⁊ inordinate viuebas vitijs peccatisq̄ cōfusus habeas rationē ⁊ tui recordabit deus. Sed iā de vocatione gentiū apertius subiungit ostendēs quid p raab ⁊ babylonē significauit. D.

4 † Ecce alienigene & Tyr⁹ & popul⁹ Aethiopum: hi fuerunt † illic.

† ceterū. † ibi

❡ [Ecce alienigene] .i. alieni a cultu dei .s. gētes [⁊ tyrus] qd̄ interptatur angustia tribulatio id est illi qui sunt in angustia ⁊ tribulatione vitiorum [⁊ popul⁹ ethiopum] .i. peccatis denigrati [hi] omnes immutati [fuerunt illic] .i. in illa ciuitate dei scil'z ecclesia q̄ est ciuitas dei spiritualis. Et quid gloriosius. quid iucundius. quid delectabilius? Sunt enim in ecclesia nō solum iudei ⁊ indigene verūetiā alienigene tyri ethiopes. q. d. Qui ante tales erant postea inuenti sunt in ecclesia: non est enim personarum acceptio apud deum qui tales vocat. Gloriosa g̃ dicta sūt de ciuitate illa: ⁊ hoc etiam mirāculum quod sequitur acadit i ea. Unde subiungitur.

5 † Nunquid Syon dicet homo: & homo natus est in ea: & ipse fundauit eā altissimus?

† mater

¶ [Nunquid] ipsi [syon] .i. eccl'ie dicet et enunciabit [homo] aliquis illud quod dicam scz quod [et homo] xps [natus est in ea] .i. in ecclesia p syon significata: q2 de beata virgine que est nobilissimum mebrum in ea [et ipse] idem qui in ea natus est vt homo [fundauit eam] scz ecclesiam [altissimus] i. scdm quod deus non vt homo. Acsi diceret quis hoim ei enunciare et enarrare poterit. vel sufficit quod in ea natus sit talis qui et homo sit et altissimus et eam in qua natus est fundauit. Sic enim fundauit ciuitatem christus in qua nasceretur quomodo creauit matrem de qua nasceref. Certe hoc miraculum non poterit aliquis hoim elucidare: sed tamen non sit alicui incredibile/ scimus enim ita esse quia

6 Dominus † narrabit in scripturis populorum & principum: horum qui † fuerunt in ea.

†narrauit. †facti sunt.

¶ [Dns narrabit in] hoc [i scripturis populorum] .i. que directe sunt fidelibus populis [et principum] .i. que edicte sunt a principibus scz moyse et pphetis: apostolis et euangelistis pplorum et principum dico [horum qui fuerunt in ea] scz ciuitate .i. eccl'ia et mebra eius populi sunt in eccl'ia scdm obedientiam: pricipes per prelationem I quorum scripturis pphetizata et expressa est icarnatio nri saluatoris. Igitur collatis oibus gaudijs que de ciuitate dei dicta sunt concludit paucis verbis tangens futuram eius beatitudinem et dicens.

7 † Sicut letantium omnium: habitatio est in te.

†tanquam iocundatorum habitatio omnium in te

¶ [Sicut letantium omnium] nostrum erit [habitatio in te] celesti dei ciuitate id est habitatio omnium nostrum erit in te sicut letantium quasi dicat talis est status ecclesie triumphantis quod omnium ibi habitantium est leticia et laus ingis ac perpetua: quia totum negocium nostrum non erit nisi frui deo et laudare deum. Ideo autem dicit sicut letantium et non simpliciter letantium quia talis erit leticia qualem hic non nouimus: et ideo cum non possit exprimi vocibus dicit vt potuit: vel pot hoc intelligi de ecclesia militante. Et tunc dicit sicut letantium in spe comparatione eius leticie que erit in re erit habitatio in te per fidem: quoniam in presenti seculo non est certa et perfecta leticia: nulla perfecta victoria nulla securitas sed omnia pendent in ambiguitate et ideo nunc omnis leticia debet esse mixta cum timore.

Oratio.

Fundamentum fidei nostre deus qui in mentibus sctis tanquam in excelsis montibus eternitatis portas iusticia muniente componis concede nobis in te gloriose credere teque ad redemptionem animarum nostrarum hominem factum predicabiliter confiteri. Per dnm.

Psalmus de Christi & suorum membrorum passione inimicorum que contemptu & amicorum elongatione: ac deuota diuini auxilij imploratione.

Psal. LXXXVII.

1 Domine deus salutis meae: in die clamaui & nocte coram te.

¶ Auctor psalmi ppheta dauid.
¶ Titulus est canticum psalmi &c.

Et est sensus. Canticum istud quod dicitur canticum quia letus finis passionis hic ostenditur psalmi: qui agit de bona operatione cantatur filijs chore .i. xpi vel crucis seu passionis scz fidelibus dirigens eos in finem celestium coronarum. Canit aut ad respondendum xpo .i. vt ipsi respondeant imitando vestigia passionis eius vel gratias referendo et hoc faciant p melech .i. in melech: scz in choro et concordia charitatis sine qua non pdest. Melech enim interpretatur chorus. chorus aut concordia significat que in charitate consistit: et hic est intellectus eman israelite .i. illorum qui sunt fratres xpi in cruce eius gloriantes et deum videntes. Quia ergo vt supra dictum est per passionem xpi venitur ad celestem hierusalem: nunc hic ostendit quomodo hoc fiat qz imitatione vel gratiarum actione et hoc in charitate: quia si absqz ea tradidero corpus meum ita vt ardeam nihil mihi pdest. Materia: passio xpi et membrorum suorum ipsi respondentium.

Melech qd interpretatur

Intentio: monere christi passionem imitari: et vnumquenqz qui dicat se in christo manere sicut christus ambulauit et ipsum ambulare.

Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona xpi loquitur de sua ac membrorum suorum fidelium passione: inimicorum contemptu: amicorumqz et notorum elongatione petens auxilium a patre.

Sententia in speciali. In forma ergo serui orans ad patrem ait. Domine [cuius me seruum facio] dei [cuius creaturam me reputo] salutis mee [auctor quia totum est ab eo] in die et nocte [i. continue et assidue vel in prosperis et aduersis] clamaui [magis corde quam voce] coram te [scilicet ad te orando et te inuocando. Orauit dominus non secundum formam dei sed secundum formam serui in qua passus est. Et qz clamo quotidie ideo.

2 Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina autem tuam ad precem meam.

Intret in conspectu tuo oratio mea [tanqz nuncius gratus .i. admitte eam. Ingressus enim orationis in conspectu dei acceptatio eius est] inclina aurem tuam ad precem meam [concedendo quod peto inclinatio enim auris dei misericors exauditio eius est. Magna virtus pure orationis hic ostenditur: que quasi quedam persona et fidelis nuncius ad deum intrat et mandatum peragit quo caro peruenire nequit. Et est quasi auicula volans vsqz ad pedes dei: si tamen sit alata duabus alis scilicet Ieiunio: abstinentia et sanctimonia vite. Necesse est autem vt exaudias.

3 † Quia repleta est malis anima mea: & uita mea in inferno † appropinquabit. † quia tamen † appropinquauit

Quia aia mea repleta est malis [non vitijs et peccatis sed doloribus et angustijs quibus anima carni compatitur est enim malum quod facimus et malum quod patimur et inde est repleta quia] vita mea in inferno appropinquabit [dum tradar ad mortem hanc sententiam verbis alijs explicauit vbi dictum est. Tristis est aia mea vsqz ad mortem quod enim ibi ait tristis est aia mea hic dictum est repleta est malis anima mea quod sequitur vsqz ad mortem hic dicitur et vita mea in inferno appropinquabit. Et non solum grauia passus sum sed etiam contumeliosa. quia Matth. xxvj. d.

4 † Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: † deputatus.

factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.

¶ [Estimatus sum] ab impiis et vtique a nescientibus [cum descendentibus in lacum] miserie vel profunditatis inferni: putabant enim eum sic necessitate mori vt moriuntur homines ceteri [factus sum] opinione malorum et reputatus ab eis [sicut homo] simplex [sine adiutorio] diuino cui non est adiutor ad liberandum ego christus [inter mortuos liber] non detentus in solubili vinculo mortis: quia resurrexi: qui potui animam meam ponere et resumere. et etiam [inter mortuos] coram deo. i. inter peccatores [liber] i. solus sine peccato: imo liberans alios a morte et peccato. Item estimatus sum

5 † Sicut uulnerati dormientes in † sepulchris quorum non † es memor amplius: & ipsi † de manu tua repulsi sunt.

†tanquam †sepulchro. †memor fuisti adhuc. †expulsi sunt.

¶ [Sicut vulnerati] id est vulnere occisi et mortui [dormientes in sepulchris] i. sepulti [quorum non es memor amplius]: idest adhuc vt inde eos resuscites. i. quorum tempus resurgendi nondum venit: in quo christus a ceteris mortuis discernitur qui et vulneratus et mortuus in sepulchro clausus fuit: sed die tertia euigilans resurrexit [et ipsi] quibus ita factus sum [de manu] et a protectione [tua] o deus [repulsi sunt] i. adiutorio manus tue priuati sunt qui me sine dei adiutorio esse putauerunt. hoc modo manifeste patet in iudeis protectione et adiutorio dei destitutis.

6 Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis & in umbra mortis.

¶ [Posuerunt me] sua reputatione et opinione [in lacu inferiori] i. in lacu inferni et profunditate irremeabili cum peccatoribus obnoxiis scilicet [in tenebrosis] i. in tenebris obliuionis quem scilicet nemo requireret [et in vmbra mortis] i. in angustiis infernalibus in quibus mors sola dominabitur. vnde alibi scribitur. Qui sedebant in tenebris et in vmbra mortis lux orta est eis. Et eadem eorum reputatione et opinione. Esaie. ix.

7 Super me confirmatus est † furor tuus: & omnes † fluctus tuos induxisti super me.

†in me confirmata est indignatio tua. †ira tua †elationes tuas, vel omnes suspensiones.

¶ [Super] et [in me confirmatus] et ipsa cabilis visus [est furor tuus] o deus. i. ira et indignatio tua vt illi putauerunt. Apud eos enim sic erat quod furor dei non solum commotus verum confirmatus fuerit super eum quem vsque ad mortem crucis producere potuerunt. Unde sequitur [et omnes fluctus tuos] i. tribulationum et passionum impetus et tempestates [induxisti super me] vt me tanquam mare submergeret cum ei immanitatem passionum christo intulerunt, vel voluisse et fecisse deum arbitrati sunt. Et sic eadem cumulum miserie

8 Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.

¶ [Longe] loco vel mente [fecisti] idest fieri permisisti [notos meos] qui me nouerant ac predicationem meam audierant et miracula viderant [a me] vt nullus preberet auxilium quia me relicto fugerunt [posuerunt me] ipsi noti [abominationem sibi]

quia et ipsi gen⁹ illi⁹ mortis horre-bant. vel magis ipsi persecutores po sucrunt eum abominabilem: quia abhominabili et turpissima morte disponebant eum occidere.

9 Traditus sum & non †infirmati sunt ab egrediebar: oculi mei † languerunt præ inopia.

℄ [Traditus sum] a iudeo discipulo [et non egrediebar] ab eis fugiendo. Vel [non egrediebar]: idest nō propalabar et manifestabar potētiā meā et qs essem ostēdēdo sʒ in interioribus meis latebam. Unde [et oculi mei]. i. apl'i q futuri erāt oculi et lumen totius corporis mystici [languerunt] et a spe tanquam infirmati defecerunt cū me nō viderēt in virtute potentie manifestari sed quasi victum et impotentem omnia perferre [pre inopia] et pro defectu constantie et roboris fidei et amoris velut subtracto sibi cibo suo lumine suo. Qđ significatur in extinctione luminum in ecclesia in septimana penosa.

10 † Clamaui ad te domine: tota die † expandi ad te manus meas.
†exclamaui †extēdi

℄ [Clamaui] feruēter [ad te domine] pater cum penderē in cruce [tota die expādi ad te manus meas] extensus in ipsa cruce: vbi totum pro parte posuit: qꝫ nō tota die in cruce pependit. Vel: tota die iugiter et assidue [expādi]. i. extēdi [ad te glificādū [man⁹ meas]. i. opa mea: qꝫ oia opa sua ad volūtatē et gl'iā patris fecit et retulit: p extensionē vero manuū intelligitur cōtinuatio bonoꝝ operū a quoꝝ itētiōe nūꝙ cessauit. Et qꝫ hec expāsio manuū et opera eius non omnibus profuerunt addit. Sed

11 Nunquid mortuis facies mirabilia aut medici † suscitabunt & confitebuntur tibi? †exsuscitabunt.

℄ [Nunqđ mortuis] scꝫ corde et in anima non corpore [facies mirabilia] vt ad vitam fidei moueantur. q.d. non: quia non mouentur ad fidem. Non eis dicit fieri quibus et si fiant non prosunt: vt quos ad vitā fidei ipsa miracula visa nō mouent [aut medici] spirituales [suscitabūt] tales mortuos ad gratiam [et] suscitati [confitebuntur tibi?] cōfessione laudis vel peccatoris. q. d. nō possunt: quia potestas eorum non extendit se ad tantum vt suscitent ad confitendum tibi in qb⁹ occulta gratia tua non operatur qua trahantur sed sola gratia tales reuiuiscunt.

12 Nunquid † narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: & veritatem tuam in † perditionem? †enarrabit quis. †perditione.

℄ [Nūqđ narrabit aliqs] positus [i sepulchro] pcti. i. mortu⁹ ī aīa et sepult⁹ pōdere maloꝝ [miam tuā] scꝫ reparationē gn̄is hūani misericorditer ipēsaꝫ. Per sepl'chrū mortue aīe corp⁹ itelligitur: qđ ī euāgelio sepl'chro ꝯparatur [et vitatē tuā] i. ꝯpletionē pmissoꝝ iā factā narrabit aliqs posit⁹ [i pditionē] aīe. i. obstinat⁹. q.d. nō hi narrabūt et te laudabūt: quia non est speciosa laus in ore peccatorum sed viui et fideles: quia rectos decet laudatio. Notandum ꝙ misericordiam et veritatem amat scriptura coniungere et maxime psalmi. Et ps. xxxi.

Nunquid

13 Nunquid cognoſcetur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra † obliuionis.
†oblita

℄ [Nunquid cognoſcent̃ i tenebris] et filijs tenebrarum.i.i peccatoribus et reprobus q̃ ſunt tenebre etiam alios obtenebrantes [mirabilia tua] in me et per me facta [et iuſtitia tua] q̃ iuſtificas ipſum [in terra obliuionis] idest in terreno corde tui obliti: et a te obliuioni tradito quaſi dicat non impediente hoc eorum malitia. Idem itaque ſunt mortui et poſiti in ſepulchro et perditi et tenebre et terra obliuionis. Deinde Chriſtus loquitur ex voce corporis ſui.i.eccleſie.q.d.fuimus et nos olim natura filij ire ſicut et ceteri: ſed

14 Et ego ad te domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te.

℄ [Et ego ad te domine] nõ ad alium [clamaui] vt ſaluus eſſem. Quis enim me diſcernit ab alijs filijs ire qui nec credere potuiſſem niſi me miſericordia domini preueniſſet. et ideo ſequitur [et mane].i.nunc in hac fidei et virtutum luce poſt noctem infidelitatis et viciorum qd mane vt mihi eſſet miſericordia tua me preuenit [oratio mea] preuenta a tua miſericordia adhuc i iſta vita [preueniet te].i.futurum iudicium ne tunc me cõdẽnes. Ut autem iſta oratio ferueſcat et exerceat crebreſcunt mala tranſitoria: et differtur bonum qd in eternum dabit̃ Ideo ſequitur.

†repuliſti. 15 Vt quid domine †. repellis orationem meam: † auertis faciem tuam à me.
†auertiſti.

℄ [Ut quid domine repellis].i.repellere videris [orationem meam] differẽdo dare quod peto. In quibus verbis proponit q̃rẽ.iã eſſe cãm quare orões electorum differt̃: et quaſi repellitur q̃ eſt vt ipſius dilatione beneficij et tribulationum aduerſitate quaſi repulſa tanq̃ ignis flatu repercuſſa ardentius inflammetur: et vt quid [auertis faciem tuam a me] quaſi indignatus exponẽdo me miſerijs vel non intendendo p̃cibus meis. Auertere enim dicit̃ deus faciem non dando quod volumus qñ qd nõ expedit petimus. Deinde exequitur breuiter tribulationes corporis chriſti. dicens.

16 † Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus ſum & conturbatus. †inops

℄ [Pauper ſum ego] rebus ſeculi [et in laboribus a iuuẽtute mea] vnde alibi Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. Inops eſt eccleſia cum eſurit et ſitit adhuc peregrina vnde ſatietur in patria et in laboribus eſt a iuuentute ſua: ex quo enim ſeruire deo cepit laborauit [exaltatus autem] proſperis [humiliatus ſum] aduerſis [et conturbatus] dolens de eis: quia frequenter poſt proſpera occurrunt aduerſa. Uel [exaltatus] prius timido corde [humiliatus ſum] poſtea per confeſſionẽ [et conturbatus] de peccatis ea dãnando. ad hoc exaltantur in ſeculo quedam membra eccleſie vt in eis ſit maior humilitas. ps. cxx viij.

17 In me tranſierunt iræ tuę: & terrores tui conturbauerunt me.

℄ [In me trãſierũt ire tue]: id eſt afflictiões p̃ſentes que ſunt quaſi

effect⁹ ire affligentis sup ipm corpus.i.vnitatē sanctorū fideliū cui caput est xps.trāseūt ire dei non nūt manēt.flagellat ei filios quos recipit:is ad correctionē nō ad pemptionē[ᵹ terrores tui]de tuis.s. afflictiōib⁹ futuris[cōturbauerūt me]i.meā infirmitatē:qz oē qd accidere potest etiā si nō accidat prudenter timet.Vel[terrores tui]de iudicio futuro quos ois caro timet [conturbauerunt me]et terrent.

8 Circundederunt me sicut aqua tota die:circundederunt me simul.

¶[Circūdederunt me]impetus tribulationū vndiqz vt mergerēt[sicut aqua]que intrātē in eā tangit circūfluit ᵹ cingit circūquaqz.Et [tota die]i.cōtinue ᵹ sine cessatione:vbi cōtinuatio tpis significat donec hoc sclm finiat:qz nullo tpe desunt mala ecclesie in hoc mūdo peregrinanti dūmodo in his modo in illis mēbris vsqzquaqz contingunt[circūdederunt me simul] in diuersis membris:in quo notatur tribulationū impetus ᵹ earū aggrauatio ᵹ pondus.Sed hec omnia fiūt vt orō ecclie deū ᵹ futurū iudicē pueniat donec illa salus veniat vbi nihil malorū sit.Nec ēt possunt accipi in psona xpi hm formā serui ita dicētis.[Pauper sum ego]in habitu paupis[et in laborib⁹]satagēs de salute hoim[a iuuētute mea]i.a tpe īcarnationis mee[exaltat⁹ autē]in cruce[humiliatus sum]in sepulchro[et cōturbatus]in passiōe.[In me trāsierūt] i.nō māsure me pcigerūt[ire tue] i.afflictiōes qs tua voluntate nō meo merito patior[ᵹ terrores tui] qs te volēte patior[cōturbauerūt me]secūdū ifirmitatē carnis.[Circundederūt me]inimici mei[tota die]scilz tempore passionis[circūdederunt me simul]principes ᵹ ppls Deinde sequitur ex persona capitis ᵹ membrorum simul.

9 Elongasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria.

¶[Elongasti a me amicum]pio ᵹ fideli amore prius mihi coniūctū [et proximum]parentela vel beneficijs[et notos meos]qui sola opinione vel visione me didicerūt seu dilexerūt[a miseria]id est propter miseriam meam mihi non cōpatiētes:sed omnes me derelinquētes. Sepe enim amici ᵹ pximi et noti periclitātes hm seculum sanctos formidine deserunt quasi dicat ex omnibus concludendo ex quo nullus cōpatitur afflictionibus meis decens est vt tu adiuuando compatiaris.Tibi enim derelictus est pauper orphano tu eris adiutor.

Oratio.

Redemptor omnium misericors fabilisqz salutis nostre dator:qui pro nobis inferna penetrans factus es inter mortuos liber:exaudi matutinam precem familie tue et erue nos ab inimici insidiantis pessima seruitute.Qui viuis.

Psalmus de misericordia & ueritate dei ac de mutatione ueteris testamenti & confirmatione noui:& de spe quam in Christo habemus & alijs dei beneficijs pluribus.

Psal.LXXXVIII.

1 Misericordias † dñi: in æternum cãtabo. †mias dñi.

¶ Auctor ẽ p̃s propheta dauid. ¶ Titulus est. Intellectus ethan israelite. Et est sensus hic est intellectus ethan. i. robusti. israelite id est q̃ vere deum videt. Ethan enim interpretatur robust⁹: quod null⁹ est nisi in spe promissiõis dei hic agitur. per quã nemo decipitur quod verus israelita intelligit vñ hic psalmus post p̃cedẽtem sequitur: quia respondentib⁹ christi passionis spes promissionis dei datur. ¶ Materia: laus de misericordia et veritate dei: ac de mutatione veteris testamenti et cõfirmatiõe noui. et de spe promissiõis quã habem⁹ in xp̃o multisq; alijs dei bñficijs exhibitis pp̃lo christiano. ¶ Intentio: nos admonere vt deo gratias pro collata gratia et veritate agamus: est vt spẽ nõ in nobis et nr̃a iustitia: sed in deo et xp̃i misericordia ponamus. ¶ Quia in generali: propheta in isto psalmo in persona ethã israelite seu ecclie loquitur de dei mĩa et veritate iustitia et potẽtia ac promissiõib⁹ p̃ris de xp̃o factis et plurib⁹ alijs beneficijs nobis collatis. Erigam⁹ ergo animos nostros: quia ille qui promisit ita cetera c[?] p̃ [?]cur⁹ est vt multa compleuit. ¶ Quia in speciali. propheta ergo robustus nõ in se sed in misericordia dei ait. [Misericordias domini] i. multitudinẽ bñficiorũ que dñs p̃r per filiũ suũ ecclie sue ptulit. Pluraliter dicit mias: quia multe sunt mie genera de qb⁹ tñ quatuor sp̃alr notem⁹. s. q sum⁹ creati. q recreati et renati q cõseruati. et q glorificãdi [in eternũ] nõ solũ in p̃senti cũ mortalib⁹: sed etiã in futuro cũ angelis [cãtabo] i. laudabo et incẽde annũciabo. In quo pertinent illi qui laudant deũ in tedio et accidia. Et statim mutãdo personam et conuertens sermonem ad deum dicit. Similiter

Etban robustus interpretatur.

2 In generatiõe & generationem: annunciabo ueritatem tuam in ore meo.

¶ [In gñatione] p̃nti q̃ nũc est [et gñationẽ] sequẽtẽ q̃ futura est. i. in oi gñatione donec gñatio gñationi succedit. Vel [in gñatiõe] iudeorũ [et gñationẽ] gentiũ [annunciabo veritatẽ tuã] i. tuarũ promissionũ et p̃ceptorũ [in ore meo] in q̃ sit cõfessio ad salutẽ. Nõ ex ore labiis: sed in ore diu tanq̃ dulce versatur. aliud est laudare in ore quod est diu reuoluere et corde pertractare. aliud ex ore et nõ ex corde. Deinde ostendit quas misericordias cãtet et quam veritatem annũciet dicẽs

3 Quoniam dixisti in æternum mĩa ædificabitur: in cælis preparabitur ueritas tua † in eis. †nõ hʒ

¶ [Quĩ dixisti] i. apud teipsum decreuisti et disposuisti: seu per spiritum sanctũ mihi manifestasti q̃ [in eternũ] mãsura [misericordia] humano generi impendenda [edificabitur] et prius firmabitur [in celis] i. in ap̃lis et sic [p̃parabitur] alijs [veritas tua] i. cõpletio tue promissionis [in eis] i. per eos celos vt per eos fiat nota oibus: elegit enĩ eos dñs non suis meritis: sʒ per suã misericordiã vt prepararet eos ad annũciandam veritatem suam. dixisti etiam hoc. s.

4 Disposui testamentum electis meis iuraui

David servo meo: usque in æternum præparabo semen tuum.

¶ [Disposui testamentum] scz novum quo renouamur ad nouã hereditatem [electis meis] scz fidelib⁹ christianis [iuraui] .i. imobiliter et tã certitudinaliter pmisi sicut qđ iuramẽto firmat [david servo meo] ad lram: illi regi. .p[vsq3 i eternũ pręparabo semẽ tuũ] qđ est semẽ abrahe .i. xpm. vl' iurauit [david servo meo] .i. xpo visquequaq3 mihi obedienti qui ex genere david carnem assumpsit [vsq3 in eternũ preparabo] .i. stabiliã [semẽ tuũ] scz fideles in te credentes et tui imitatores. Dein de quod dixerat semen dicit sedem subdens:

5 Et ędificabo in generatione & generationẽ: sedem tuam.

¶ [Et edificabo in generatione] mortali [τ generationem] immortalem .i. in oẽm gñationẽ τ in eternum [sedem tuã] o david .i. regiã ptãtẽ τ thronũ regni tui in xpo semine tuo. Ul' [Edificabo sedẽ tuã] o xpe .i. ecclesiam cui presidebas: τ in qua tanq̃ rex sedebis in eternũ vt nos regas q̃ omni tpe tibi edificatur p predicationẽ: baptismũ et pniam: et hec sedes erit in generationem τ gñationem: qz nunc sedet christus in nobis vt regat sedebit τ tũc i scris vt pmaneat. Et qz sic dixisti et pmisisti ita fiet .cõ

6 Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: † etenim ueritatem tuã in ecclesia sanctorum. †et

¶ [Cõfitebunt] .i. laudabũt [celi] .i. predicatores scri [mirabilia tua] nõ merita sua otõnẽ] .i. q p mis redimis qđ iustificas. In oi enim mia pditorũ: in iustificatiõe ipoz. qd laudam⁹ nisi mirabilia dei laudas qz resurrexerunt mortui: pl⁹ laudat qz redempti sunt pditi τ iustificati ipi) [etenĩ] cõfitebunt [veritatem tuam] .i. impletionẽ promissionũ et precepta tua [in ecclia scõrũ] .i. in conuẽtu fideliũ vbi fides adhibet. Et merito pfitebũt.

7 Quoniã quis in nubibus æquabitur domino: † similis erit domino in filijs † dei. †et qualis litera dicit dei interrogatiue

¶ [Qm quis in nubib⁹] .i. pdicatoribus scz pphetis aplis τ alijs annũciatorib⁹ veritatis: τ si potẽtes sint [equabitur] in potẽtia [domino] scz christo. τ si ipe sit homo idẽ sunt celi τ nubes scz predicatores: sed celi propter veritatis fulgorem: nubes propter pdicatiõis imbrem. τ q [similis] in essentia [erit deo] .i. xpo filio dei per naturam [in filijs dei] p grãm. scz multi sunt τ in superis scz angeli τ in inferis scz hoies sancti. q. d. null⁹ sanctorum vel angelorum erit similis vel equalis christo / et ergo non putetur tm̃ homo. Ipe cũ est

8 Deus † qui glorificatur in consilio † sanctorum: magnus & terribilis † sup omnes qui in circuitu eius sunt. †glorificãd⁹. †iustorum †tu

¶ [Deus q glorificat in cõsilio] .i. per cõsiliũ [sanctorũ] quia cũ nubes τ filij dei nõ possunt dño similes esse vel equari cõsilium eorum est credere in illũ τ in eo gloriari. hoc enĩ psiliũ restat humane fragilitati vt qui gliat in dño gliet. q

...magnus] in potentia quia dominus
...im [et terribilis] in reuerentia quia
...idet omnium [super nos omnes in circuitu
...ius sunt] id est super angelos et homines
...ui sunt eius stipatores non pares
...ui eius dono ei proximant et ad-
...erent. Et vere super omnes. quia O

Domine deus uirtu-
tũ quis similis tibi? po-
tens es domine & ueri-
tas tuá in circuitu tuo.

[Domine deus virtutum] tam angelicarum
quam humanarum [quis similis est] [tibi] [po-
tentia vel virtute. q.d. nullus: quia [po-
tens es] singulariter [es] tu domine ex te:
illi vero de te: quia omnia fecisti [et veri-
tas tua] id est promissionum tuarum et pec-
torum [in circuitu tuo] id est vndique et
ex omni parte expansa est super omnes.
Magna est potentia tua qua omnia ex
fecisti: sed plus est nobis minus tua
... exhibuit veritatem tuam vbique
in omnes que veritas cum ibi cepit
predicari mare et hoc seculum ce-
pit fremere. sed non est timendum
predicatoribus tuis: quia

Tu dominaris pote-
stati maris motũ autem
fluctuũ eius tu mitigas.

[Tu dominaris potestati maris] id est potestat-
ibus seculi huius et dominus es potentium
eius [motum autem fluctuum eius] id est impetus
persecutionum et tentationum quas promo
uent huius tuis [tu mitigas] id est tempe
ras et iuxta voluntatem tuam dispo
nis vt non seuiant nisi quantum velis.
nec finis nos tentari supra id quod
possumus pati: non penitus tollis vt
mereatur quis coronam. Quinque enim tribu
latio quasi meritum nostrum nobis
datur: quia per eam meliores efficimur.
Vt autem rabies maris eneruaretur:

Tu humiliasti sicut
uulneratum superbũ:
† in brachio uirtutis tuę † tee
disperſisti inimicos
tuos.

[Tu humiliasti] id est deiecisti [sicut
vulneratum] nondum ex toto mortuum
[superbum] singulariter scilicet tentatorem
diabolum huius maris pincipem et dominum
qui humiliatus est et prostratus ac debi
litatus: sed non correctus. vulneratus
non quidem in carne quam non habebat:
sed percussus in corde vbi superbiebat.
Vulneratus est in primo aduentu: sed
in secundo occidetur [in brachio virtutis
tue] id est in fortitudine diuinitatis tue
[dispersisti inimicos tuos] satelli-
tes eius non solum luciferum sed et alios
cum capite vel iudeos per mundum.
Nec mirum quod talia fecisti. quia

Tu i sunt cæli & tua
est terra: orbem † terræ † terrarum
& plenitudinem eius
tu fundasti: Aquilonẽ
& † mare tu creasti. † maria.

[Tui sunt celi et tua est terra/
orbem terre et plenitudinem eius tu
fundasti] q.d. ideo potes facere predi
cta et maiora: quia tuus est ambitus
mundi et omnes creature que in eo sunt
[aquilonem] id est diabolum [et mare] id est
seculum [tu creasti] stulte ergo se eri-
gunt contra eum a quo creati sunt. Vel
[Tui sunt celi] predicatores qui plu-
unt alijs veritatem [et tua est ter-
ra] id est homines suscipientes imbrem.
hac autem pluuia [tu fundasti] et fir-
masti in fide [orbem terre] id est totam ec-
clesiam per orbem diffusam [et pleni
tudinem eius] his eorum quibus quotidie imple
tur. [aquilonem] id est diabolum aquilo-
ni presidentem [mare] id est amaros quibus
purgatur ecclesia [tu creasti] in flagel
lum vt electi plus mereantur. Et ideo

13 Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

¶ [Thabor & hermon] i. illi ad quos a te lumen gratie venit et qui lumine venerunt a te illa minari anathema dant diabolo. Thabor enim interpretatur veniens lumen et huiusmodi anathema eius s. diaboli [exultabunt] non in meritis suis sed [in nomine tuo] quo christiani vocantur ut non sibi sed nomini tuo dent gloriam. Vel [thabor] i. iudei ad quos primum venit lumen predicationis. [et hermon] id est gentes anathema i. aliene a te [in noie tuo exultabunt] conuenientes in angulari lapide duobus parietibus. Et hec omnia fecisti [quia tuum brachium] quo fecisti semper est [cum potentia] i. fortitudine: et cum qua vis operaris efficacia. et semper

Thabor quid interpretatur.

14 † Firmetur manus tua & exaltetur dextera tua: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.

† confirmetur.

¶ [Firmetur manus tua] id est operatio tua contra superbos vt humilientur [& exaltetur] in virtutibus [dextera tua] i. ecclesia ad dexteram collocanda: et numerus eorum qui in dextera sunt locandi clarificetur et augeatur. In fine autem erit [iustitia et iudicium preparatio sedis tue] i. sedes tua erit in iudicio preparata ad faciendum iustitiam & iudicium: id est ad iuste iudicandum. Qui etiam iustitiam sequitur et seipsum iudicat hic sedet in domino in anima. preparatur: que eterna in his sedes est dei: & his in dextera ponetur die iudicij: nunc autem iterum

15 Misericordia & veritas † præcedent faciem tuam: beatus populus † qui scit iubilationem.

† precedent † sciens.

¶ [Misericordia] qua deles peccata [et veritas] qua imples promissa [precedent faciem tuam] id est facie tua post iudicaturi ut non timeantur futura iudicia & beatus [est] [populus] scilicet fidelis [qui scit] i. sentit et experitur [iubilationem] i. qui scit ineffabiliter gaudere tantis beneficijs. Tantum enim de misericordia et veritate domini debemus gaudere vt magnitudinem gaudij non valeamus explicare: et hec est iubilatio. Iubilus enim est gaudium quod verbis non potest explicari nec tamen penitus reticeri. Unde non dicit qui loquitur sed qui scit. quia sciri iubilatio potest: verbis explicari non potest. Vel [misericordia et veritas] in hominibus [precedent faciem tuam] similis precursoris hospitium domino preparantis vt qui tuam faciem videre desiderat misericordiam & veritatem prehabeat. [et beatus popul9 qui scit iubilationem] qui suam letitiam non in sua sed in dei virtute posuit. hoc autem totum est de gratia dei non de homine. Unde sequitur.

16 Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die: & in iustitia tua exaltabuntur.

¶ [Domine in lumine vult9 tui] id est agnitione fidei & illuminatione spiritussancti [ambulabunt]

ominice de virtute in virtutē et
nficient vel in contēplatione tri
nitatis hic et in futuro pseuerabūt
et in noie tuo] scilz christiano nō
n se [exultabunt tota die]. i. assi
due non desistendo. q̄ autem in se
xultat non tota die exultat qz ces
sit: et qm̄ quos illuminat etiam iu
stificat subdit [et in iustitia tua nō
sua non suam querentes statuere
sua deprimerent sed tuā q̄ iustus
qui est ex fide viuit [exaltabuntur]
hic in meritis et in futuro i premijs.

Quoniam gloria uirtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

[Qm̄ gloria virtutis eorum tu es]
non enim de virtutibus suis in seipsis
sed in te gloriantur et de bonis ope
ribus nihil sibi attribuūt: sed totū
ad tuā laudē referunt. Et mutans
psonā di. ic ex psona ppli seu ecclie
ad deū [et in bn̄placito tuo]. i. i gra
uita mia tua. et qz tibi bn̄placuit
nō qz nos digni sim⁹ [exaltabitur
cornu nrm̄]. i. subleuabitur fortitudo
et petā nra. Sicut enim nobis bn̄placi
ta fuerunt pce... tua ita tibi bn̄
placitū est vt i te exaltetur vt⁹ nra.

† Quia domini est † assumptio nostra: & sc̄ti Israël regis nostri.

[Quia domini ē assumptio] ad
protegendum nos ne a cuiuslibet
impulsu conuamus: ipse enim nos
suscepit qui nos illuminauit et iu
stificauit [et sc̄ti israel]. i. dei israel
qui est sc̄ūs sanctorū et sanctificat
credētes [regis nostri] qui regnat
in ecclesia ac regit nos et omnia.
Vel [in beneplacito] filio [tuo]. i.
christo qui tibi bene placuit [exal
tabitur cornu nostrum] id est vir
tus et potestas nostra. ideo autem
in ipso et per ipsum [Quia domini
scz filij tui est [assumptio nostra]. i.
carnis nostre quam assumpsit in
quo est omnis spes nostra [et sanc
ti israel regis nostri]. i. sanctificā
tis et regentis credentes. Deinde
ostēdit vn̄ sciat hec predicta ponen
do promissiones patris de christo. d.

19 Tunc locutus es in † uisiōe sanctis tuis: & dixisti posui adiutoriū † in potēte: † & exaltaui electum de † plebe mea.

[Tūc] scz qn̄ dixisti. Mihi dispo
sui testamentum [locut⁹ es] et alijs
[sctis tuis] scz ceteris pphetis [in
visiōe]. i. in occulta reuelatiōe quā
fecisti eis. Vn̄ pphete. i. videntes
sunt dicti [et dixisti]. i. per spiritum
sanctū eis reuelasti: Vl [dixisti] pa
lā p eos [posui adiutoriū] liberatio
nis et redēptiōis humani generis
[in potēte] i. in xp̄o pprio filio quē
eia pōt. et exaltaui [sup oē nomen
[electū] scz xp̄m imunē a pctō na
tū [de plebe mea] iudaica. exponē
do qs fuerit iste potens et elect⁹: et
quō eum exaltauerit subiungit.

20 Inueni Dauid seruū meum: † oleo sancto meo unxi eum.

[Inueni dauid] significatum. i.
xp̄m de semine dauid natum et ma
nu fortē. Inuenit eum qz elegit vt
ex eius genere carnem assumeret
[seruum meum] pro parte carnis:
quia formam serui accepit vel per
obediētiā et p oia mihi obediēte:
et ideo in eo posui adiutorium et
[oleo sancto meo] spirituali scilz
cet gratia spiritualiter ... eū]

† aspe
ctu
filijs
tuis.
† in per
potēti
† nō hz
† pplo
meo.

† Sī

ab instāti cōceptiōis ſm q̄ hō pre participib⁹ ſuis. Jdeo aūt potēs

21 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meum confirmabit eū.

¶ [Manus enim mea auxiliabit ei] .i. diuinitas humanitati cōiuncta: ⁊ verbum meum per quod ego operor omnia cooperabitur ei: et conſolabitur ſm q̄ homo in operibus et paſſionibus [et brachium meum] .i. eadem diuinitas que eſt fortitudo mea per quam potenter aduerſarios meos viſibiles ⁊ inuiſibiles deuinco [confirmabit] et cōfortabit eū in aſſumpto corpore cōtra aduerſa vt peragat incepta et nullatenus ab aduerſarijs ſuperetur. Et eo vſq̄ confirmabit. q̄

22 † Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei. †non

¶ [Nihil proficiet inimicus] .i. diabolus [in eo] tētando vel ſeuiendo quia in eo non habet quicquam [et filius iniquitatis] ſcz iudas: vel ille iudaicus populus filius diaboli [non apponet nocere ei] .i. nō addet ad effectum praue voluntati vt noceat: ⁊ ſi ſeuiat q2 oīa in proſperū cedunt. Nam et ſi chriſtuz occiderunt non tamē nocuerūt imo ad ſalutem quam ipſe nobis per mortē ſuā dare diſpoſuerat ꝓfuerunt. hoc etiā ſm membra dici poteſt quia diabolus vel ꝑſecutor ſeuit quidem ⁊ facit quod ſuum eſt: ſed non proficit neq̄ nocet imo exercet et prodeſt.

23 Et concidam a facie † ipſius inimicos eius: & † odiētes eum in fugam conuertam. †illius †eos q̄ oderūt †cū fugabo.

¶ [Et cōcidā] ac cōminuā [a facie ipſi⁹ inimicos ei⁹] .ſ. iudeos ⁊ demones q̄ ſepe a dn̄o cōfuſi tāq̄ cōciſi gladijs diſcedebant a cōſpectu ei⁹ [⁊ odiētes eos in fugā cōuertā] q2 ⁊ ipi corā eo ſepe fugiebāt. Uel [cōcidā a facie ipſi⁹ inimicos ei⁹] cū ei facies ei⁹ pctōres reſpicit a criminib⁹ ſeparat̄ q̄b⁹ nō eſt locus ſub preſentia dei [⁊ odiētes eū in fugā cōuertā] vt fugiāt ab ipo irato ad ipm placatū: nō habētes q̄ a ſpū ſuo eant ⁊ quo a facie ſua fugiāt.

24 Et ueritas mea & miſericordia mea cū ipſo: † & in nomīe meo exaltabitur cornu eius. †eſt

¶ [Et veritas mea] qua complet premiſſa [⁊ oīa mea] qua remittit pctā [cū ipſo] erit [⁊ i noīe meo] qd̄ eſt de⁹ [exaltabit̄ cornu ei⁹] .i. poteſtas ⁊ dn̄ium: q2 in noīe dn̄i vicit īimicū ⁊ vbiq̄ dn̄at̄. Sepe mīa ⁊ veritas nobis cōmēdātur vt ea reddamus deo miſericordiā vt miſeroꝝ miſereamur: v̄itatē vt nō inique iudicem⁹: nec altera impediat vt in mīa nimis laxi: vel in veritate nimis rigidi non ſimus: aliter ei non ſumus in via dei vbi miſericordia ⁊ veritas occurrunt ſibi.

25 Et ponā in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

¶ [Et ponā in mari] .i. in gentib⁹ manum eius] .i. potentiā eius hoc eſt dn̄abit̄ gentibus per mare deſignatis vel ōpa eius oſtēdā in mūdo [⁊ in fluminib⁹ ponā dexterā] .i. fortitudinem [eius] hoc eſt ſubdā etiam ei cupidos: q2 ſicut flumina in mare ita cupidi in amaritudines huius ſeculi prolabuntur: et

tamen hi ad fidem christi conuer-
terentur et christo subijcientur. Uel
[in fluminibus] .i. in aquis baptis-
mi ponam [dexteram eius] id est
operationem. Et hoc ideo quia

26 Ipse inuocabit me pa
ter meus es tu: deus me
us & susceptor salutis
meæ.

¶ [Ipse inuocabit me] dicendo mi
hi [pater meus es tu] secundum quod ego
deus. hoc quidem et alij dicunt sed
per gratiam: ipse vero specialiter dicit
per naturam. et [deus meus] es tu secundum
quod ego sum homo [et susceptor salu-
tis mee] per verbum .i. susceptor mei
ad salutem secundum quod sum infirmus. quia
es auctor salutis mei infirmi.

Et ego primogeni-
27 tum ponam † illum: ex- †eū
celsum † præ regibus †apud reges.
terræ.

¶ [Et ego primogenitum] .i. vene-
rabilem et digniorem pre cunctis crea-
turis [ponam] .i. constituam [illum] hoc
est pre alijs honorabo eum a simili
sicut primogeniti solent honorari
scilicet [excelsum pre regibus terre] quod
iam impletum est: ipsum enim reges ter-
re adorauerunt. Uel primogenitum
ex mortuis / quia primus resurrexit
[et excelsum] quia celos ascendens re-
gna mundi cuncta subiecit. Et quia
hec potestas non est temporalis. subdit

28 In æternum seruabo
illi misericordiam meã:
& testamentum meum
fidele ipsi.

¶ [In eternum seruabo illi miseri
cordiam meam] quantum ad ipsum et
membra eius: quia bona ex miseri
cordia illi collata .s. vt sit deus et ho-
in vnitate persone et caput ecclesie cui
perpetua data est potestas in celo et
in terra erunt eterna: et misericordia quam pre-
electis suis per filium pollicitus est in
eternum mutari non potest [et testa-
mentum meum fidele ipsi] seruabo .i.
promissionem a me sibi factam ad-
implebo: quecunque enim de eo predi-
cta sunt integre in eo completa sunt.
Uel [testamentum meum] .i. promissio
hereditatis eterne est [fidele ipsi]
quia eiusdem testamenti est media-
tor et signator et fideiussor et testis
et hereditas et coheres testamenti

29 Et ponam in seculũ
seculi semẽ eius: & thro
num eius sicut dies cæli.

¶ [Et ponam in seculum seculi] .i. fir-
mabo in eternum [semen eius] .i. christi-
anos et imitatores eius qui semper
durabunt in generationibus sibi suc-
cedentibus in eternum accepturi he-
reditatem [et thronum eius] .s. ecclesiam
cui presidet ponam [sicut dies celi].
i. dies eternitatis vbi non est nisi
vnus continuus dies qui nunquam ten-
dit ad occasum: hoc est in eternum
durabit regnum eius. Thronus dei
sancti sunt in quibus deus tanquam in thro-
no sedet et regnat qui sine fine viue-
re habent: et sicut sol in regno pa-
tris fulgebunt.

30 Si † autem dereli- †non a-
querint filij eius legem bs aũt.
meã: & in iudicijs meis
non ambulauerint.

¶ [Si autem dereliquerint filij
eius] scilicet christiani [leges meas]
scilicet precepta decalogi ad tempus
[et in iudicijs meis non ambulaue
rint] proficiendo ac de virtute in
virtutem et de bono in melius eun-
do. q. d. non solum de persistenti-
bus hoc promitto: sed etiam de ea-

dentibus quibus etiam misericor diam meam seruabo.

31 Si † iustitias meas prophanauerint: & mandata mea non custodierint.

† iustificationes

¶ [Si iustitias meas prophanauerint] i. prophana reputauerint male viuendo et operando. [et mandata mea non custodierint] per inertiam negligendo. Nota quattuor mala hic notata contra que quattuor bona sunt necessaria. Primum est implere decalogum: contra hoc s. si dereliquerit legem meam. Secundum est proficere in bonis operibus contra hoc scilicet et in iudicijs meis non ambulauerint: non est enim standum sed ambulandum de virtute in virtutem: quia virtus aut proficit aut deficit: et in via dei non progredi regredi est. Tertium est ipsa bona sanctificare et pura intentione facere contra hoc scilicet. Si iustitias meas prophanauerint: ea enim iustitie hypocrite quasi pannus menstruate faciunt: quia prophanant eas vel propter prauam intentionem vel propter doni vel propter simulationem. Quartum est custodire mandata euangelica etiam minima contra hoc scilicet et mandata mea non custodierint: hec ergo quattuor hic ponuntur contra stultos pigros/ hypocritas/ et inutiles. Si in quatuor his premissis offenderint: non ideo eos contemnam neque in perditionem dimittam.

Eccl. xix.

Ps. lxxxiiij.

Ibidem.

32 Visitabo in uirga iniquitates eorum: & in † uerberibus peccata eorum.

† flagellis delictas.

¶ [Visitabo] vt medicus infirmum et vt pater filium [in virga] i. in remissiori et leniori disciplina [iniquitates eorum] minores [et in verberibus] i. in asperiori et grauiori correctione [peccata eorum] maiora. Non ergo tantum misericordia est vocantis sed et flagellantis et verberantis. Quem enim diligit deus corripit et flagellat omnem filium quem recipit: Cedit quidem sed reddit hereditatem. Sit itaque manus paterna super te: et tu filius bonus noli disciplinam repellere.

Hebr. xij.

33 Misericordiam † autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo † in ueritate mea.

† vero ... eos.

¶ [Misericordiam autem meam non dispergam] i. non totaliter auferam vel tollam ab eo dauid: scilicet christo, i. a corpore eius quod est vnum cum capite: vnusquisque enim pro peccato suo necessario flagellatur: sed ab eo christianus est dei gratia non dispergitur. Quod si ita iniquus eo vt repellas a te virgas verberantis et de disciplina dei indigneris tu te alienasti ab hereditate ipse te non abiecit [neque nocebo ei in veritate mea] i. a. fere enim non tollitur nisi liberum quis vt non noceat veritas vindicans.

34 Neque prophanabo testamentum meum: & que procedunt de labijs meis non † faciam irrita.

† reprobabo.

¶ [Neque prophanabo] i. violabo [testamentum meum] id est pactum et promissum meum ipsi dauid factum de successione perpetua ei danda: prophana enim esset promissio si esset inexpleta: prius et faciam [et que procedunt de labijs meis] scilicet de prophetis meis per quos loquor [non faciam irrita] i. cassa et vana: hoc est non annullabo sed firma et immobilia erunt et sequetur effectus: pereuntibus enim verbis et a ...

missio eius sua culpa caderētib⁹ ve ritas remanebit in electis: nec re manebit sine hereditate christus noluit enim qui sunt eius. Et vere non faciā irrita. quia

55 Semel iuraui in sancto meo si Dauid mentiar: semē eius in eternū manebit.

¶ [Semel] .i. eternaliter et immutabiliter [iuraui] .i. firmiter statui homo frequenter iurat. de⁹ autē semel: qꝛ nō mutatur nec variatur [in sctō meo] .i. in secreto meo sanctissimo. vñ prophete biberunt [sī] i. nō [dauid] .i. christo [mētiar] scꝫ quin pactū: et promissionem meaꝫ impleam. Juraui inquam ꝙ [semen eius] id est successio .scꝫ populus christian⁹ [in eternū manebit] in regno dei. nō erit fallax ꝗ iurauit: manet immobile testamētum eius quia ipse sibi heredes predestinauit.

56 Et † thronus eius sicut sol in cōspectu meo: & sicut luna perfecta in eternum: & testis in cælo fidelis.

†sedes

¶ [Et thronus eius] erit [sicut sol in cōspectu meo] .i. illi in quib⁹ sedet et regnat: scꝫ mēbra ꝗ portāt caput erūt sicut sol qꝛ iusti fulgebūt sicut sol i regno patris sui [et sicut luna perfecta in eternū] tota luna da: tota pfecta: nullā obscuritateꝫ vel defectū in se cōtinēs: etiā nec crescēs nec decrescēs. Fulgebunt ergo sancti sicut sol ꝙtū ad inteti⁹ et secundum aīam que tūc dei cōtēplatione glorabitur: et sicut luna ꝙtum ad exteri⁹: et fm carnē que nō mutabilis est sicut luna: tunc autē erit immutabilis et perfecta: tūc eñ sancti erūt in vltioꝗ pfecti gemina stola candidati et glorificati [et ipse hui⁹ rei testis] est [in celo fidelis] aduersus cōtradictores ꝗ resurrectionē carnis negāt. Jlle enim ꝗ in carne nostra sedet ad dexterā patris testimoniū verū dat nrē future resurrectiōis. Jdeo eñ ipse christus carnē suam resuscitauit vt credatur ꝙ alios resuscitare possit. Sequitur vox ecclesie.

57 Tu verò repulisti & † despexisti: distulisti Christum tuum.

†ad nihilum.

¶ [Tu vero repulisti] et proiecisti dauid filiū eius: et semen eius fm carnē a regno pro peccato suo [et despexisti] opprobrijs et tribulationib⁹ exponēdo: et ideo supradicta bñficia pmissa nō erant in ipso implenda: destruxisti ea in dauid vt queras alterū in quo ostēdaris implere: vnde sequitur [distulisti] nō abstulisti [christū tuū] filium tuuꝫ cui in temporis plenitudine hec ōia daturus es: et in quo promisisti pperuare regnū dauid: ergo fm carnē destruitur: et cū pmissa dei que necesse est impleri in illo impleta non videntur in alio firmi⁹ expectentur. Jn hoc itaque premissa firmantur quodestī ui a dño videtur.

58 Auertisti testamentū serui tui: prophanasti in terra † sanctuariū eius.

†sancti tatē.

¶ [Auertisti] .i. exclusisti vel subtraxisti [testamētū serui tui] vet⁹ scꝫ testamētū qd̄ seruo tuo factū erat: vbi eñ ē testim̄ vet⁹: vbi ē terra pmissionis: vbi ē regnū iudeorū: vbi altare: sacerdos: et sacrificiū [pphanasti] .i. pphana videri

¶ [Beatus] et felix est [homo] non qui seipsum docet sed quem [tu erudieris] o [domine] vt puerum per flagella castigando et in mente illustrando [et de lege tua] i. scripturis tuis et celesti doctrina non de vanitate [docueris eum] vt adultum vt mandata tua intelligat et ope perficiat: ac sic te docente mala patienter ferre sciat. Et nota quod eruditio dupliciter fit. Per disciplinam tribulationum ideo ait [quem tu erudieris] et per doctrinam legis ideo addit [et de lege tua docueris eum] docueris inquam ad hoc.

13 Vt mitiges † ei à diebus † malis: donec fodeatur peccatori fouea.

† eum † malis ignis.

¶ [Ut mitiges ei] tribulationem et hoc patiendam conferendo [a diebus malis] quibus florent mali et laborant boni vt patienter ferat quicquid hic agitur non dicit vt auferat ex toto sed vt moderentur tentationes: et fidelis est deus qui non permittit nos tentari vltra quod possumus. Mitiges inquam [donec fodiatur peccatori] non omni sed superbo non publicano penitenti sed phariseo superbienti [fouea] i. casus et interitus. Felicitas malorum fouea est: quia cum deus parcit per impunitatem fit homo elatus: et cum putat se altum cadit: et de hac fouea: quia adhuc foditur ad foueam gehenne tendit. Ita malis sed aliter bonis

Malorum felicitas fouea est.

14 Quia non repellet dominus plebem suam: & hæreditatem suam non delinquet.

¶ [Quia non repellet dominus] deserendo in aduersitate vt despectam et abiectam [plebem suam] sibi subiectam: et si exercet vt det ei hereditatem eternam: quia quem diligit dominus corripit. Non repellit quos ad tempus castigat: sed ideo ad tempus flagellat vt in eternum recipiat: aliis autem ad tempus parcit quos in eternum damnabit. Elige ergo temporalem laborem vt euadas sempiternam penam [et hereditatem suam] i. populum quem eligit in hereditatem sibi [non derelinquet] vt non ad vitam auxilio suo eam destituendo: ipse enim ait: ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

Hebr. xij.

Math. vlt.

15 † Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: & qui † iuxta illam: omnes † qui recto sunt corde.

[Math.] xxviij. † donec † habebit eam. † non habet qui

¶ [Quoadusque] inclusiue: quia nec tunc repellet vel dereliquet con [iustitia] suorum qui modo iudicantur [conuertatur in iudicium] vt iudicent. i. donec illi qui modo sunt iusti: et ideo iudicati fiant iudices aliorum prius est vt habeas iustitiam: deinde iudicium modo enim quisquis iustus hic fuerit et mala tolerat postea cum domino iudex erit: et sic iustitia eius conuertetur in iudicium [et qui] sunt [iuxta illam] i. qui sunt qui adherent iustitie et habent eam et respondent [omnes qui recto sunt corde] i. qui sunt sine errore et qui hoc volunt quod deus vult scilicet tolerare malos et expectare iudicium et huiusmodi. Sed iustus qui inter peccatores habitat timens ne fluctuet et vincat clamat. D.

16 Quis † consurget mihi aduersus malignantes: aut quis † stabit mecum aduersus operantes iniquitatem:

† tecum † consurget. † assistet mihi.

¶ [Quis] ergo [cōsurget mihi] .i. pro me [aduersus malignantes] .i. maligna loquentes / et mala mihi suadentes [aut quis] scʒ [surrexerit] [stabit] constanter et perseueranter [mecum] in acie mihi adiutor ad sustinendū patienter. Quia ille vincit qui sustinet: perdit ille qui ferit [aduersus operātes iniquitatem] ad subuertendū me et opprimendū iustitiā. Iniusti enī nō solum iniqua faciendo sed etiā maligna loquendo iustos moliuntur subuertere. q.d. nullus hō faciet nisi deus quod per effectum ōndit. d.

17 Nisi quia dominus audiuit me: paulominus † habitasset in inferno anima mea.

†inhabitauerat.

¶ [Nisi] enim hoc esset [qz dñs] .i. solus [audiuit me] id est nisi mihi adiutoriū dñi speciale affuisset cōtra tales [paulominus] id est fere [habitasset in inferno] .i. in pfundo vitiorum et in fouea que parat peccatoribus [anima mea] male sua sa: iam enī mutabat: iam pene impijs consenserat: ac malis et vanis persuasionibus omnino decepta fuisset nisi dñs liberasset. Ideo autem eum adiuuit quia humiliter ad confessionem recursum habuit. Unde subiungit. Sed

18 Si dicebā motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me.

¶ [Si dicebam] et veraciter tibi iudici culpam meā cōfitendo [motus est] a firmitate [pes meus] .i. affectus [mia tua dñe] mox [adiuuabat me] in tali motione vt redirem ad statum meū et nō perirem: cōfessionē et hūilitatē vult et amat deus. Motus es vt hō adiuuat et liberat te ille vt deus: sed tamen confitere motum: et dic motus est pes meus et euadis. Occurrēdum est primarijs motibus ne crescant in peius. Miro autem modo pericula et tribulationes dulciorem et gratiorem nobis faciunt liberatorem. vnde ille exclamat dicens

19 † Secundum multitudinem dolorum meorū in corde meo: † cōsolationes tuæ † lætificauerunt animam meā.

†dñe †exhortationes. †iocundauerunt.

¶ [Secdm multitudinem dolorū meorū in corde meo] scilicet existētium consolatiōes tue letificauerunt aiam meam] qz sicut dolores multi sunt et amari: sic quoqz consolatiōes multe sunt et suaues. Si mltū doleo et peniteo de peccatis tu dñe letificas me de spe remissionis. Quanto magis egi penitētiam tanto magis me consolatus es. vnā fudi lachrymam: vnā merui cōsolationē: decem fudi lachrymas: decem merui consolationes. Quantum fuit penitentie pondus / tantus fuit et consolationis numerus. Magnitudo tribulationum: magnitudo premiorū est: quot patimur vulnera tot meremur et coronas. Quis ergo multos dolores non desideret? siquidem ſm multitudinem dolorum multitudinum consolationū recipiet. Sunt autē dolores mō pro peccatis proprijs: modo pro peccatis alienis: modo pro tribulatiōibus istius vite: modo pro incolatu presentis miserie: modo pro dilatione celestis glie. Et vere pro lapsu dolēdū erat. Nā

Tribulationū magnitudo: ꝑmiorū

20 Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis: q

fingis † laborem in præcepto? † dolorem.

❡[Nũquid adheret tibi sedes iniquitatis]id est ille in quo iniquitas sedem sibi locauit:in quo vitia mores fiunt: hoc est nunquid aliquis iniquorum impenitentiũ quibus hic parcis sedet tecũ?quasi diceret non.quia non habitabit iuxta te malignus:nulla enim est cõuẽtio lucis ad tenebras[qui fingis]id est facis[laborem]et dolorem[in p̄cepto]id est de labore et dolore facis preceptum et ammonitionem iustis ꝛ sanctis:puta vt modo sint in labore et dolore:ẜm illud.Beati qui lugent ꝛ qui persecutionem patiuntur ꝓpter iustitiam.Et ideo hoc facis vt requiem alibi requirãt:nec amẽt aliquid aliud obliti veri boni.et quia labor ꝛ dolor est precium regni dei quo ipsum venale emitur et sine his non possumus regnũ dei possidere.q.d. ex hoc intelligo ꝙ non erũt tecum sed peribũt iniqui quibus modo parcis:qui a fidelibus tuis a flagello non parcis.Si eñ flagellantur filij quid sperare dñe serui nequissimi?Et ꝙuis nihil malis cum deo sit nõ tamen sunt frustra.Sunt enim ad hoc vt de eis exerceantur boni ꝛ erudiantur ad vitam ꝛ demũ ipsi descendant in gehennam:nam sepe post filij castigationẽ virga mittitur in ignẽ.Unde sequitur Mat. v.

21 † Captabunt in animam iusti:& sanguinẽ innocentẽ cõdẽnabũt. † captabant.

❡[Captabũt]i.frequẽter et auide captionẽ parabunt scilꝫ iniqui[in]i.cõtra[aiam iusti]vt eũ decipiant ꝛ ad peccñ inducãt.quia eñ vera non inueniunt;falsa crimina obijciunt[ꝛ]eã in anima non possunt nocere[sanguinẽ innocentẽ]quasi scelerati[condemnabunt]in iudicio iniquo ad mortẽ vt patet de multis factũ.Et quare hoc totũ fiat ꝛ de⁹ fieri ꝑmittat subiũgẽdo declarat.d.

22 Et factus est mihi dominus in refugium: & deus meus in † adiutorium spei meæ. † auxilium.

❡[Et]i.quia sic[factus est mihi]laborãti ꝛ afflicto[domin⁹ in refugiũ]contra peccata:contra pericula:contra tormenta:vt sim secur⁹.Si eñ nõ periclitareris non quereres tale refugium.pungeris dolore vt queras remedium.Nã qui semper felix est et spe gaudet presenti nõ facile recordatur dñi.recedit spes seculi et venit spes dei[Et deus meus]factus est[in adiutorium spei mee]i.mihi speranti in ipso.speraui ꝛ adiutus sum:ꝛ insup in spe futurorum adiuuat ne in ea deficiã sed sperata scilꝫ eterna consequar.Et qd fiet de iniqs.

23 Et reddet illis † iniquitatem ipsorũ: & in malitia eorum disperdet eos:disperdet illos dominus deus noster. † dñs ẜm opera eorũ: ꝛ ẜm maliciam.

❡[Et]ecõtrario[reddet illis]scꝫ iniqs et impijs[iniquitatem ipsorum]i.penam pro iniquitate[et in malitia eorũ]i.non scd̃m bonũ quod de illis malis prouenit honorat eos qui etiam malis bene vtitur:sed ẜm malum quod intenderunt[disperdet eos]id est a suo regno ꝛ gloria separabit:in qua separatione incomprehensibilis miseria erit:quod vere poterit quia[disperdet illos]qui est[dominus

deus noster [quem nō putabat curare res humanas vbi relucet diuina iustitia quam exercebit tempore opportuno. Bis dicit disperdet: q2 duplicē habebunt in pena sicut habuerunt in culpa. Oro.

Erudi nos domine beniuolentia legis tue et esto nobis in tribulatione refugium: qui homini prudenter insinuas scietiā ne delinquat. Per do.

Psalmus de aduentu Christi & inuitatione populi ad dei hilarem laudem & uenerationē, ne indurati eius incurrant indignationem.

Psalmus. XCIIII.

Venite exultemus domino: iubilem9 deo salutari nostro.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus: laus cantici dauid. Et est sensus: laus ista cantici .i. deuotiōis et hilaritatis sit ipsi dauid .i. xpo. Agitur enī hic de tēpore grē in quo per xpm itratur ad regem cuius psona hic cōmēdatur ɓm diuinitatem et ɓm humanitatē. Et bn̄ postq̄ supra dictum est de iudiciaria ptāte nunc agit de tempore gratie in quo monemur faciē venturi iudicis in cōfessione ꝑuenire: et modis alijs nos deo preparare. ¶ Materia: aduēt9 xpi et inuitatio ad laudē et venerationem dei. z Psalmus enī ille est inuitatorius omnium et ad multa exhortatur q̄ omnia implēda sunt vt digne matutine celebrentur sicut exultare: iubilare: confiteri: adorare: procidere: plorare: et huiusmodi. ¶ Intentio: deū hilariter et deuote laudare: ad dei laudem et venerationem inuitare. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo inuitat omnes ad hilarem dei laudem: ad deuotam eius orationem: ad humilem coram eo ꝓstrationem: ad precordialem plorationem: et tandem contemptoribus cōminatur eternā damnationem volens ex his specialiter inducere iudeos vt christo obediant ne indurati filij induratorum patrum pena recipiant: et sicut illi ab ingressu terre repromissionis/sic isti ab ingressu terre viuentium exclusi remaneant. ¶ Sententia in speciali. Itaqz quasi ad magnas epulas inuitans ait. o vos qui longe estis a deo per dissimilitudinem: vel qui estis de populo dei per fidē [Venite] passibus fidei non tantum corporis vel magna affectione mentis et deuotione cordis [exultemus] interi9 mente [domino] id est in domino non in seculo: et si gaudium verbis explicare nō possumus quod tamen intus conceptum est voce testantes [iubilem9 deo salutari nostro] id est gaudeamus inenarrabili letitia in domino nostro iesu christo vero saluatore nostro: non in mūdo deceptore nr̄o. Exultatio est letitia in mente apparens in corpore. Iubilare vero est gaudium conceptum voce testari: et verbis non posse explicari. intelligamus ergo quia ipse est domin9 et ipse cōtulit sua morte salutem nobis. *Exultatio qd est.*

† Preoccupem9 faciē eius in cōfessione: & in psalmis iubilemus † ei. *preueniam9.* *illi*

¶ Preoccupem9 .i. preueniamus

faciē eius] .i. aspectū venturi iudicis in cōfessiōe pctōr nrōr ne inimicus accusando nos preueniat: et ne qd tūc in nobis discutiendū sit: et in cōfessiōe laudis ac gratiarum actiōis p suis bñficijs ne i iudicio nos dānet tāq ingratos[et in psalmis] .i. in cāticis spūalib9 vl in bonis opib9 iubilem9 ei] scdm9 et devoti, vt q dicim9 in psalmis vel secum9 in opib9 sentiam9 in iubilatiōe et letitia vt cū hilaritate fiant omnia: repetit iubilatio in dicēdo vt confirmet in faciēdo. Et merito debem9 hec exhibere xpo. et hoc ideo.

3 Quoniā deus magnus † dominus: & rex magn9 super omnes deos: quoniam non repellit dominus plebem suam.

† est

¶ [Qm] ipse est [deus] et per cōsequēs [magnus dñs] dñor in summa ptāte. nullus eni equat magnitudini .i. potētie eius cuius magnitudinis nō est finis[et rex magn9] ipse eni oia regit et gubernat[super omnes deos] participatione non nature sup quos rex est: q3 rector eorum. Et istud iam premissum potētie est sed qd scdm aliam literā addit et in cantu interponitur mie ē scz[qm nō repellit dns plebē suā]. .i. iudeos q proprie sua plebs sunt. quāuis enim multos ex ipsis repulerit non tamen penitus plebem deleuit q: multos ex eis elegit. Vl' [plebem suam] quam proprio cruore redemit. Item ideo.

4 † Quia in manu eius † sunt omnes fines terre: & altitudines montium † ipsius sunt.

† qm † nō hs sunt omnes † ipe cō spicit.

¶ [Qr in manu ei9] .i. ptāte iudic natiōe et regimine[sunt oēs fines terre] pugillo eius .i. ptāte cōcludit oēs latitudinē terre q3 oia cōtinet. et [altitudines mōtiū] .i. excelsi mōtes[ipsi9 sunt] .i. in ptāte eius qs scdm aliā lrāz ipe cōspicit .i. sicut rector op9 suū. q. d. in ptāte dei sunt infirma et suprema terre: vel ostendit p hoc vocationē gentiū dicēs. [Quia in manu ei9 sunt oēs fines terre] .i. gētes: q3 ad eū venerūt omnes gētes vt de omnib9 nationib9 orbis fit vnus pplś scrūs [et altitudines montiū] .i. terrene et sublimes hui9 scli ptātes q pus aduerse erāt[ipsi9 sunt] id est eas fidei subiectas possidet. Item ideo.

5 Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud: & † siccam manus eius † formauerunt.

† aridā terram † finxerunt.

¶ [Quoniā ipsius] .i. in ptāte ei9 [est mare] et merito q3[et ipse fecit illud] cōgregans aquas in vnū locū[et siccā] .i. aridā scilicet terram [manus eius] .i. ptās eius operatiua q nunc manus nunc verbum eius dicit [formauerunt] et dispo suerunt quā fluctibus operiri non pmittit Vel [quoniā ipius] et sub eius dñio est mare] .i. mundus[et ipse fecit illud] vt quando vult surgat quando vult quiescat[et siccā] scilicet ecclesiam que imbrem gratie sitit vt fructificet [manus eius formauerunt] quam non sinit fluctibus tentationum operiri: nec nos vltra posse tentari. Postquam igitur vocauit ad exultationem et laudem iam ostensa gratia dei vocat ad penitentiam: dicens. Ergo quia tantus est. et tanta facit nolite longe stare vita et moribus. sed

6 Venite adoremus & procidamus † & ploremus

mus ante dominum qui
†quia fecit nos: † quia ipse est
†dñs † deus noster.

℗[Uenite] ꝓpicius affectibus et passibus mentis appropinquando: ⁊ de virtute in virtutem ꝓficiẽdo [adoremus] per deuotionẽ singularẽ venerãdo [et ꝓcidamus] corpora ⁊ ↄsciẽtias eius hũiliãdo ⁊ [ploremus] ꝓ excessibus nr̃is ipm̃ implorãdo [ante dñm] ꝓ puritatem mentis ei placendo [q fecit nos] ad imaginẽ ⁊ similitudinem suam. q. d. q opus suum non spernit aut contemnit que est magna fiducia. Ergo venite contra pigros: adoremus cõtra incredulos: procidamus cõtra superbos: ⁊ ploremus contra duros [qr ipse est deus noster] ⁊ cõditor dãs se nobis per suam benedictam incarnationẽ qui solus est adorãdus.

7 †nõ habet et. † Et nos † populus
†autem pascuę eius: & oues †
†manuum. manus eius.

℗[Et nos] sumus [populus pascue eius] quẽ fecit ⁊ pascit corporaliter ⁊ spũaliter [et oues manus eius] quos fecit esse suas oues per pascua vite ducens eos: ⁊ diligentem curam gerens circa salutem omniũ sicut pastor diligẽs est i regimine ouium. Eleganter verborum ordinem commutauit ⁊ tanꝙ non propria reddidit. non enim dixit oues pascue ⁊ populus manus eius qđ magis putabatur congruere sed ait populus pascue ⁊ oues manus vt ipsos intelligas oues qui sunt ⁊ populus. Sumus quippe ⁊ populus et oues sed hac conditiõe vez.

8 † Hodie si uocem
†ergo Heb. iiij. eius audieritis: nolite obdurare corda uestra.

℗[Hodie] i. modo tempore gratie semper quod presens erat dauid in spiritu [si vocem eius audieritis] i. si obedieritis voci eius scilicet christi per se nunc loquentis Qui precones ante mittebat ipse venire dignatus est. Ore suo nunc hic loquitur qui olim per ora prophetarum loquebatur: et ideo ne sitis nunc duri sicut ante fuistis. Que autem sit vox christi cui obediendum sit subdit dicens ex persona eius [nolite obdurare corda vestra] ⁊ ne sitis lapidei vt non credatis vel non obediatis mandatis meis. Monet ne obdurentur ne contingat eis vt patribus eorum. Unde subditur.

9 † Sicut in irritatiõe: †quem admodum in illa amaricatiõe.
secundum diem tentationis in deserto.

℗[Sicut] factum est [in irritatione] vel ſm aliam literã [in exacerbatione] i. in ꝓuocatione facta [ſm diem] i. in diebus ⁊ tẽpore [tẽtationis] facte [in deserto] tũc eñ similes illis eritis si duri fueritis. Obstinatos terret per patrũ similitudinem vt saltem sic mollescerent: ne eis vt patribus contingeret: et culpa parentum repetitur vt vindicta timeatur.

10 Ubi tentauerunt me patres uestri: probaue-
runt † & uiderunt ope †me
ra mea.

℗[Ubi tentauerũt me patres vestri] dubitando de potestate mea circa promissionem ipsorum [probauerunt me] scilicet quid facere possem [et viderunt] scilicet oculis suis sed nõ crediderunt mẽte [opera mea] magne virtutis in diuersis miraculis. Ante oculos eorũ miracula

in manu moysi faciebā: et tot, viderunt opera mea mirabiliaque nullo modo dubitare debebant: sed ipsi magis magisque corda obdurabāt et pmissiōib' meis nō credebant. Jā ḡ ne sit; taliū filij. i. imitatores.

11 Quadraginta annis † offensus fui generationi † illi: & dixi semper † hi errant corde.

† proximus. † huic † illi

¶ [Quadraginta annis] scilicet quibus duxi eos per desertum [offensus]: id ē implacabiliter iratus [fui generationi illi] scilicet propter incredulitatem et murmurationes eorum: hoc est effectum aliquem offense ostendi retardans eos ab impletione promissi et deducens eos per desertum tanquam vagos et tamen secundum aliam literam [proximus fui] in virtutibus et signis ac bñficijs multis et magnis eis exhibitis. vl' primus fui quia in virtutibus et signis me presentaui et tamen offensus fui: quia ipsi me offenderunt [et dixi semper] tunc arguendo per ministros et nunc per me et apostolos [errāt] scilicet hi quod secundum aliam literam apponitur [corde]: id est malo proposito et voluntate et nunquam dedisti errorem eorum arguere.

12 Et isti non cognouerunt uias meas: † ut iuraui in ira mea si † introibūt in requiē meā

† quibus † intrabunt.

¶ [Et isti nō cognouerunt]: id est cognoscere noluerunt vel sic egerunt ac si non cognoscerent [vias meas] i. precepta et mādata in quib' debebāt ambulare [vt] i. sicut: vel ſm aliam literam [quib' iuraui] i. firmiter et immobiliter statui [in ira mea] hoc ideo addit: qz inerat aliqn̄ placid' sicut iurauit dauid veritatē [si introibunt] i. non itroibūt sc; illi duri alij eni intrāt [in requiē meā] sc; in terrā pmissam quā elegi in quietā mansionē tā populi q̄ cultus mei. Vel [in requiē meā] eternā. Sic q̄ obdurati sunt tpe gr̄e nō itrabūt in requiē brōꝝ per terrā promissionis designatā et figuratā. Dupliciter iurat de' vl' pmittēdo vl' cōminādo vñ Augu. Jurauit dñs in pmissis suis. Jurauit in comminationib' suis vt q̄ cert' es d̄ felicitate eterna si feceris precepta ipsius tam cert' sis de dānatiōe cū diabolo si cōtempseris p̄cepta eius. Oratio. Augu.

Salutare eximiū oīm ppl'oꝝ dñe respice ppicius super oues gregis tui: eisque impartiens sal prudentie introducere easdem sempiternam digneris in requiem. Per dominum.

Inductio ad Christi laudē ppter eius aduētū in carnē: & ad ipsius reuerentiā & timorem propter eius aduentum ad iudicium.

Psalmus. XCV.

1 Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

¶ Auctor psalmi ppheta dauid ¶ Titul' est p̄s dauid qn̄ domus edificabatur post captiuitatē. Et est sensus psalmus iste est dauid prophete qui hic loquitur agens de eo quod factum est: quando domus dei scilicet ecclesia edificabatur

tur toto orbe post captiuitatē que sub diabolo fuit p peccm̄ sicut ad literā sub zorobabel post captiuitatē babylonicā reedificatū ē tēplum salomonicū: ꝛ p illā reedificationē reedificatio tēpli spūalis a diabolo subuersi intelligit: de qua reedificatiōe nō de illa actuali hic agit. Tenebantur homines sub diabolo captiui. sed per christum a captiuitate sunt redempti qui fudit sanguinē suū ꝛ dato precio emit orbē terrarū. Et hec est domus que adhuc quotidie a captiuitate liberat cum pctōr quisq; relicto diabolo ꝛ vitijs suis ad penitentiam reducitur et super fundamentum xp̄m per fidem ꝛ operationē edificatur. ¶ Materia: aduentus xp̄i in carnem ꝛ ad finale iudiciū. ¶ Intentio: monere ad fidē incarnationis xp̄i ꝛ ad exultationē ꝛ laudē pro liberatione gn̄is humani. ¶ Sententia in gn̄ali: ꝑpheta in isto psalmo inuitat omnes fideles ad xp̄i laudē ꝛ preconiū ꝑpter ipsius aduentū in carnē: ꝛ ad ipsi⁹ reuerētiā et timorē ꝑpter ei⁹ aduētū ad iudicium. In his em̄ ē causa spei ꝛ timoris: spei per miam aduētus primi: timoris per iustitiam scd̄i. ¶ Snia in speciali: in p̄cedēti psalmo specialiter monuit iudeos vt deposita duricia in xp̄m crederent: sed q2 erat mēsura: nūc specialiter monet gentes dicens cōmuniter ad oēs. [Cantate] lingua ꝛ vita [dn̄o] patri [canticū nouum] pro nouo bn̄ficio liberationis scz ꝑpter aduentū xp̄i in carnē ꝛ nō in vetustate sed in nouitate: non timore pene sed amore iustitie exuentes veterē hominē et induentes nouū quod canticum cantat qui amat: charitas em̄ est canticum nouum: ꝛ ipsa est vox ad deum. Vetus canticum cantat cupiditas: nouum charitas [cantate domino] filio scilicet iesu christo. Deinde quos cantare monuerit ostendit dicens [omnis terra] non tamen iudea: id est omnes habitantes in terra. vnde edificatur domus dei scilicet ecclesia.

2 Cantare domino & benedicite † nomini eius † annūciate de die in diem salutare eius. †nomē †bn̄ nūciate

¶ [Cantate domino] spiritu sancto. Ter repetit domino ad distinguendum personarum trinitatē: quia laus christi honor totius trinitatis est [et benedicite nomini eius] quod est iesus: id est saluator gratias agendo de tanto beneficio. Nunc ex eo ꝙ in nobis fact⁹ est omni tempore nos benedicere et laudare debemus. Deinde ad prelatos loquitur dicens [annunciate] id est predicate o vos prelati vt crescat edificatio domus dei [de die in diem] id est assidue et semper [salutare eius] scilicet ꝙ propter nostram salutem venerit vt totum genus humanum a morte redimeret. Deinde vbi sit annunciandum exponit d.

3 Annunciate † inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. †in gētibus.

¶ [Annūciate] .i. predicate [inter gentes] nō solum iudeis [gloriam eius] natiuitatē inenarrabilē: resurrectionē: ascēsionē: et gloriosam dom⁹ eius edificationē: ꝛ ne aliq̄s putares excipi addit [in oībus populis] nō in quibusdam gentibus [mirabilia eius] .i. opera eius miraculosa que fecit. Et hoc ideo

4 Quoniam magnus dominus & laudabilis p̄o. xl. vij.

nimis: terribilis est super omnes deos.

¶ [Quoniã magnus] est in potẽtia & veritate quia potest omnia [dominus] christus & si homo factus sit per quod paruus appa ruit & tanq̃ deficiẽs in laude ipius [& laudabilis] est bonitate et hoc [nimis] quia magis q̃ possit dici vel cogitari [terribilis est] suis aduersarijs qui territus visus est inter homines & etiã terribilia faciens [sup oẽs deos] .i. plus q̃ oẽs qui colunt tanq̃ dij a gentibus & non sunt dij. Unde quasi diceret ei quare dixisti super omnes deos cum non sint dij sequitur & dicit

5 Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus autẽ celos fecit.

¶ [Quoniã omnes dij gentiũ] .i. quos generaliter viuentes reputant deos/ [sunt demonia] & quia parũ est esse super demonia addit [dominus autem] sicut quem nos dicimus deum nostrum [celos fecit] vbi habitare nõ possunt demones & nõ tantum materiales sed etiam spirituales scilicet angelos & apostolos qui christum qui in eis sedet portãt & demonibus imperãt. Igitur bene magnus & terribilis est qui tales celos fecit. Hoc enim annunciate scilicet q̃

6 Confessio & pulchritudo in conspectu eius: † sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.

I. Paralip. xvi. † sancti tas

¶ [Confessio] peccatorum [& pulchritudo] confitendo enim fit homo de fedo pulcher id est de peccatore iustus eis/ [in conspectu ei⁹] tales enim ipsum conspiciunt et conspiciunt ab eo. Si ergo amas pulchritudinem prius elige confessionem vt sequatur pulchritudo [sanctimonia] id est sanctitas [et] consequens [magnificentia] est [in sanctificatione eius] non ex nobis quasi dicat qui vult esse magnificus & potens vt sunt angeli prius fit sanct⁹ qd̃ fit ex eo solo sanctificante non per nos. Uel [confessio] laudis [& pulchritudo] interior mẽtis [in conspectu eius] decet [sanctimonia] id est exterior conuersatio serẽa honesta [& magnificẽtia] id est in magnis operibus & exercitijs virtuosis [in sanctificatiõe] id est i sancto cultu [ei⁹] decet. Et q̃ talis est dominus .ergo

7 Afferte domino patrie gentium: afferte domino gloriam & honorem: afferte domino gloriam nomini eius.

¶ [Afferte] .i. date [domino] o vos [patrie gentium] id est gentes de quacunq̃ patria ad fidem christi conuerse. & subiungit quid [afferte domino gloriam] bene conuersando & ipsum bonis operibus glorificando [& honorẽ] de bonis operibus gratias referendo & ipsi omnia attribuendo. & repetit [afferte domino gloriam] et hoc nomini ei⁹ ascribẽdo nõ vestro vel hominum. Supra quater posuit afferte propter quatuor virtutes vel propter quadripartitum preslati officium: hic ter ponit propter tria a nobis offerenda. Debemus enim primo offerre deo & offerre animas nostras. secũdo corpora. tertio aliq̃d de nostra substãtia. Et ne vacui intretis ad dñm.

8 Tollite hoſtias & in-
troite in atria eius: ado-
rate dominum in atrio
ſancto eius.

¶ [Tollite hoſtias] ſcz dona & mu
nera ac bonas opationes vl' ſacrifi
cium ſpūs contribulati ac humili
tatis cōfeſſionis [& introite i atria
eius] id eſt in eccleſiam militantē
vt ſitis conformes populo eius.
Qui intrant ipſi edificantur in tē
plum dei: ipſi ſunt domus dei: ille
eſt inhabitator cui edificatur do-
mus toto orbe terrarum [adorate
dūm] deuote [in atrio ſancto eiꝰ]
id eſt in catholica eccleſia. plures
ſunt eccleſie & vna eſt eccleſia & nō
variat numerū. Uel [in atrio] qđ
eſt in celo & eccleſia triumphante
Illud cor & intentionem dirigēdo
Et vt moueam

9 Commoueatur à fa-
cie eius uniuerſa terra:
dicite in † gētibus quia
dominus regnauit †

† natio nibꝰ. ſa li-

¶ [Cōmoueat] motu timoris & re
uerentie vt cōuertatur ad penitē
tiam & a vitijs ad virtutes [a fa-
cie] .i. a cogitatione [eius] vel a pre
ſentia gratie eius & nō tantū pars
ſed [vniuerſa terra] .i. oēs habita-
tores terre: vt autem hoc fit [di-
cite vos] bene diuulgando [in gē
tibus] hoc ſcz [q2 dñs] .i. xp̄s victo
diabolo [regnauit] a ligno .i. p lignū
crucis forte p qđ armatum expu-
gnauit. vl [regnauit] .i. rex eſſe mū
do innotuit quo ſemper apud pa-
trē regnauit & dñm ac poteſtatem
ſuper omnē creaturam in ſua re-
ſurrectione accepit

10 Etenim correxit or-
bem terrę qui nō com
mouebit: iudicabit po-
pulos in ęquitate.

¶ [Etenim] poſt reſurrectionem
[correxit] ab errore & vitijs ac iu-
ſtificauit [orbem terre] .i. eccleſiam
toto orbe [qui non commouebit]
a veritate fidei que ſtabit vſq3 ad
finem mundi quantūcūq3 tribula
tionibus impellatur. & poſt [iudi-
cabit populos in equitate] id eſt
iuſte reddens vnicuiq3 ſm opera
ſua: & tunc plangent & dolebunt
qui modo equitatē diligere & eli-
gere noluerunt. Ergo

11 Lętentur cęli & ex-
ultet terra: commouea
tur mare & plenitudo
eius: gaudebunt cam-
pi & omnia quę in eis
ſunt.

¶ [Letentur celi] .ſ. predicatores
qui enarrant gloriā dei compluē-
tes terram quos dominꝰ fecit ce
los .i. de terrenis celeſtes: de carna
libus ſpūales [& exultet terra] .i. ſ
auditores imbrē doctrine ſuſcipiē
tes [commoueatur mare] .i. ſecu-
lum vt cōmutetur in melius [et
plenitudo eius] .i. omnes a maxi-
mo vſq3 ad minimū & inde [gaude
bunt cāpi] .i. leues: mites: equi: q
ſunt cāpi dei diuerſis florū ſuaui-
tatibus pollentes & terrena alti-
tudine nō tumētes [& omnia que
in eis ſunt] id eſt omnes vires ſen
ſus: ratio. Et

12 Tunc exultabunt o-
mnia ligna ſyluarum à
facie domini quia uenit:
quoniam uenit iudica-
re terram.

¶ [Tūc] .ſ. qn̄ corriget & ſic edifica

tur dom⁹[exultabūt oīa ligna syl uarū]id est pagani inculti more sil uestri quia de oleastro precisi i oliuam sunt inserti et in edificium domus assumpti[a facie dñi]id est a cognitione et presentia eius[quia venit]primo aduentu redimere et iudicium discretionis facere aliquos vocando ad fidem et gratias alios nō et quoniam[venit]id est postea venturus est[iudicare terrā] i. homines scilicet viuos et mortuos iudicio retributionis: primo venit in ecclesiam ad redimendum: scdo veniet ad iudicandum.

15 Iudicabit orbem terre in equitate & populos in ueritate sua.

¶ [Judicabit]enim[orbem terre] i. oms homines habitatores orbis terre[in equitate]sed quomodo iudicet apertius exponit subdens[et populos in veritate sua in illo cū iudicio equitas et veritas erit: qr ibi duo erunt populi quibus dabit sententiam equitatis et veritatis vt alij in vitam: alij in penas eant equitas et veritas in quibus dñs populum suum iudicabit hoc est vt non expectent misericordiam qui misericordiam facere noluerunt q autē miam facere voluerunt cum misericordia iudicabuntur: qr misericordes miam cōsequentur. Oro.

Hactor celi terreque creator deus quem omnis terra cantici noui modulatione per sultat: precamur vt sicut te a ligno regnātē supplices confitemur: ita amisso omi gentilitatis errore futuri aduentus tui gloriam intētis sensibus sentiamus. Per dām

Psalmus de primo aduentu Christi in carne eiusque uictoria & gloriosa resurrectione ac regni commendatione & consequenti ex his mundi liberatione.

Psalmus. XCVI.

1 Dominus regnauit exultet terra: † letentur insulae multe. † iocundentur

¶ Auctor psalmi ppheta dauid. ¶ Titulus est p̄s ipi dauid qñ terra restituta est ei. Et est sensus p̄s iste sit ipi dauid. i. xpo cuius laudē et victoriam continet agens de eo qd factū est qñ eius terra restituta est ei id est corpus suum qñ surrexit: vel qñ iudea que eum crucifigēdo pierat credidit et discipuli qui titubauerāt sunt firmati/sed et alie oues de gentib⁹ sunt adducte. Et hū post dom⁹ edificationē (de qua supius dictū est) de restitutiōe terre hic agitur per quā domus illa edificatur. ¶ Materia aduentus xpi in carnem: eiusque victoria gñale post resurrectionem dominium. ¶ Intentio: monere ad exultationē et laudē pro mūdi liberatione facta per primū xpi aduētū. ¶ Snia in gñali ppheta in isto psalmo describit aduentū xpi in carnē et ipsi⁹ gñale dominiū: confusionē reproborū: et exultationē fideliū. Snia i speciali: videns ergo ppheta superstitiōes mundi abūdare ante xpi resurrectionē opponit dicēs[Dñs] ille q spretus et occisus fuit[regnauit]. i. deuicta morte regnū sibi acquisiuit vt rex ecce inotuit: qr in sua resurrectione generale dñium super oms creaturas accepit. Qui ante subiecti erāt sub dño diabolo: nūc subiecti sunt sub dño creatore ideo

et inde[exultet terra].i.hoies habitantes in terra qb⁹ igressus tribuit ad gloria eius[letentur insule]non omes sed[multe]scz ad fide couerse .i.fideles in insulis habitantes.q.d. vbiqz fit exultatio ⁊ leticia.Uel[insule].i.totius mundi ecclesia q in medio tentationu sunt sicut insule inter fluctus ⁊ addit[multe]nec dicit omnes propter hereticorum conuentus.Deide ostedit qualis fit domin⁹ in primo aduentu dicens.

2 Nubes & caligo in
[p]doires-
cio. circuitu eius: iustitia &
iudicium † correctio se
dis eius.

¶[Nubes ⁊ caligo].i.obscuritas: sunt[in circuitu eius]his q eu non cognouerunt.i.impijs q eu no crediderut est sepe nubilosus ⁊ caliginosus q: eis nulla claritate resplendet.sz ipse est[iustitia ⁊ iudiciu correctio sedis eius].i.bonis q in eum crediderunt est ipse iusticia:q: ex fide sunt iustificati ⁊ iudiciu q: per eos iudicat et correctio q: eos regit et dirigit sedem dicit eos ipsos q in eu crediderunt facti enim iusti facti sunt sedes dei.sedet i ipsis:iudicat ex ipsis:corrigit eos.Uel[nubes]sacram doctrinam predicates[et caligo]profundoru mysterioru capaces[sunt in circuitu eius]⁊ militant ei[iusticia].i.opprobatio boni[⁊ iudiciu].i.reprobatio mali sunt[correctio sedis eius].i.corrigunt eos qui sunt sedes eius.

3 Ignis ante † ipsu pre-
[p]ceum
[p]ibit. cedet: & † inflammabit
[p]inflā-
mauit. in circuitu inimicos ei⁹.

¶[Ignis]spuscti que venit mittere in terra[ante ipm].i.ante aduentu eius[precedet] anteq i eis sedeat hoc enim igne exarserunt credentes in eum[⁊]hic ignis [in]flamabit in circuitu]per tota orbem[inimicos eius]scz dei:isto eni igne inflamati apli ceperunt ire p mundum et inflamare in circuitu inimicos eius q deo derelicto idola adorabant.Qui credere nolebat incendebantur ad consumptionem verbo dei facti peiores inuidia sua exusti ⁊ consumpti:sed qui credere volebant incendebantur ad reparatione igne charitatis vt salubriter arderent.Insuper

4 † Alluxerunt fulgura
eius orbi terre: uidit & [p]appa-
ruerūt
commota est terra.

¶[Alluxerunt fulgura eius].i.miracula[orbi terre].i.toti mudo cum enim nubes.s.predicatores missi in verbis ⁊ in factis mira dicerent et facerent:verbis tonabat et splendore miraculorum chorusca bant[vidit]hec miracula[⁊ comota est terra].i.terrena corda vel habitantes in terra alij ad fidem alij ad indignatione hec enim fulgura credentes illuminabant non credentes coburebant,et inde

5 Montes sicut cera flu
xerunt á facie domini:
à facie domini omnis
terra.

¶[Montes].i. superbi et alti[sicut cera]que fluit a facie ignis[fluxerunt] liquefacti et complanata est omnis altitudo que erat contra deum et hoc[a facie domini]qui ignis fuit duris et[a facie domini] id est a presentia domini non solum montes sed et[omnis terra] id est duritia gentium infidelium fluxit quia non iudeorum tantum est deus sed et gentium qui tamdiu duri erant donec ille ignis admoueretur dominus ergo in iudea natus omni terre id est cunctis

gentibus est cognitus Quia

6 Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & uiderunt omnes populi gloriam eius.

¶ [Annunciauerunt primo [celi]. i. predicatores quorum cor sursum est et de quibus dicitur celi enarrant gloriam dei [iustitiam eius]. i. xpm: quis enim fidelium tacet christum vel iustitiam fidei [et sic viderunt] corde [omnes populi gloriam eius]. i. cognouerunt diuinitatem xpi quia etiam quibus nunciatum non est de eo intellexerunt deum in carne venisse. Vel [gloriam eius] scilicet quod gloriose sibi restituerit terram suam. Ergo quia dominus regnauit et quia viderunt omnes populi gloriam eius.

7 Confundantur omnes qui adorant sculptilia: † & qui gloriantur in simulachris suis.

Iudæ habet et.

¶ [Confundantur] et erubescant exemplo conuersorum [omnes] qui eo relicto [adorant sculptilia] manu artificum facta quae nullius precii sunt vt dum in spe vana confunduntur ad illum verum valeant peruenire [et qui gloriantur in simulachris suis] falsis qui spiritu carent et vana sunt vt iam glorientur in deo vero. Et merito confunduntur quia cultum debitum soli deo creatori attribuunt creature. Cuilibet simulachrum suum dici potest cuius amore pre aliis occupatur. Noster autem deus est quem et angeli adorant. Unde sequitur.

8 Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & † lætata est Syon.

Filiæ iudæ.

¶ [Adorate eum] scilicet verum deum [omnes angeli eius] laudando et glorificando ad confusionem idolatrarum vt videant et cognoscant errorem suum et discant adorare dominum qui ab angelis adoratur [audiuit] de conuersione gentium [syon]. i. ecclesia primitiua que erat in iudea et que gloriam eius speculabatur et inde [letata est] benedicens dominus. iudea enim prius credebat se solum pertinere et venire ad christum sed iam de sociis gentibus letatur

9 Et exultauerunt filiæ iudæ: propter iudicia tua domine.

per xlvij.

¶ [Et exultauerunt] et deum magnificauerunt [filie iude]. i. anime confessorum fideles et electe anime religiose. anime ecclesie que iesum christum dominum confitentur: eo hec [propter iudicia tua domine] que sunt quia non est personarum acceptor deus sed in omni gente et in omni populo quicumque ei seruierit acceptus est illi quia non iudeorum tantum deus sed et gentium. Bene ergo sequitur.

10 Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.

¶ [Quoniam tu dominus] es [altissimus] et supremus ac potentissimus [super omnem terram] non super solam iudeam. et o christe [nimis] et plus quam dici possit [exaltatus es] vsque ad patris equalitatem vel secundum opera et hec [super omnes] non tamen super minores sed et super [deos] et non tantum super deos malos sed super idola et demones qui dicuntur dii nuncupatiue: sed super bonos scilicet super homines iustos et angelos qui dicuntur dii participatiue. vel per terram et deos significat eum

imperare terrenis et celestibus. Et cum tantus sit et talis ergo vt ad eum veniatis

11 Qui diligitis dominum odite † malum custodit dominus animas † sanctorum suorũ de manu peccatoris † liberabit eos.

† malignum. † seruorum † seruet eos.

¶ [Qui diligitis dñm] qui solus bonus est [odite malum] et quodcunq; deo aduersum. Animas deus debes odisse quod odit: hinc enim apparet te diligere quod bonum est si ceperis odisse quod malũ est. sed iam subsequũtur persecutiões hoim et tentationes vitiorũ: audi ɔsolationẽ. [Custodit dñs animas sctórũ suorũ] ne eis aliquid noceat vnde sequitur [de manu peccatoris] .i. de potestate demonis vl' iniqui homis [liberabit eos] .s. sctõs suos saltem in anima et quandoq; etiã in corpore: et ergo fortis esto non solum in diligendo deum sed etiam in odiendo malum. Nam

12 Lux orta est iusto: & rectis corde † lætitia.

† iocunditas.

¶ [Lux] diuine gratie [orta est iusto] .i. tanquam nouiter orta apparet et refulget i corde ei⁹ [et rectis corde] qb⁹ .s. p oĩa placet de⁹ orta ẽ per spem [letitia] vera et gaudiũ in dño: non enĩ letitia que est bʒ sclʒ vera est. Non ergo vere in miseria sunt scti spe iã salui. Uel [lux] ppetua et letitia sine fine: et iõ non curẽt pdere lucẽ istã nec timeãt eos qui corpus occidũt: quia vera lux anime lucebit. Ergo

13 † Lætamini iusti in domino: & cõfitemini memoriæ † sanctificationis eius.

† iocundamini † sanctificatio.

¶ [Letamini iusti in dño] cõgratulando beneficijs eius et vestris meritis que est letitia deuotionis et nõ in sclõ q̃ est letitia vanitatis qui enĩ dñm habẽt letitiam semp possidẽt [et] letati [cõfitemini] cõfessione laudis [memorie sctificatiõis eius] .i. laudate eũ gratias sibi agendo: q: memor fuit sctificare vos donis et gratijs suis. Bonũ est ergo nõ gaudere in hoc seculo sed in dño: ne cũ hic gaudere volumus eterna gaudia amittamus.

Oratio.

Custos aiaꝝ sctãrũ cui⁹ regnum est perfecta pars iustoꝝ: ɔcede ppheticas euãgelicasq; chorũscatiões pectorib⁹ nostris inseri: vt si quid obtectum velamine prisco reperitur/ spũsancto reuelante pandatur. Per dñs.

Exhortatio ad exultationẽ & dei laudem propter Christi aduentum in carnẽ & nostrã redemptionẽ eiusque aduentum ad iudiciũ & nostram glorificationem Psal. XCVII.

1 Cantate domino canticum nouũ: † quia mirabilia fecit

† quẽ. † dño.

¶ Auctor psalmi ppheta dauid.
¶ Titulus est psalm⁹ ipsi dauid.
Et est sensus ps i. e. sit ipsi dauid. i. xpo q̃ forti manu diabolum superauit. debet quoq; vnusquisq; fidelis spũaliter esse dauid vt fortiter

fiter a se tētationes ⁊ vitia repel-
lat: ⁊ in om̄i opere bono fortis nō
solū operando sed etiam perseue-
rando existat: vt cum talis fuerit
reuocatus in ipū canticū nouū oī-
potēti deo cātare possit. ¶ Mate
ria: aduēt⁹ xp̄i in carnē ⁊ resurre-
ctio eiusdē: ⁊ aduēt⁹ eius ad iudi-
ciū. ¶ Intētio: monere fideles ad
exultationē ⁊ dei laudē tum ex eo
qꝛ p cognitionē sui nostre infideli-
tatis tenebras illustrauit: ⁊ primo
suo aduētu nos a morte aīe rede-
mit. tum ex eo/qꝛ venturus iudex
quos hic iustificauit sine fine glori
cabit. ¶ Sn̄ia i generali. Prophe
ta in isto psalmo agit de incarna-
tiōe nostri saluatoris: et de resur-
rectiōe ipsius: ⁊ aduētu sui iudicij:
⁊ de ꝯuersione gētiū: ⁊ ꝙ ei iube-
mus iubilare ⁊ psallere nō solū cā
tādo sꝫ ēt bene operando. Vn̄ post
duos psalmos p̄cedētes bene hic
psalm⁹ ponit: nā quasi de eisdē hic
⁊ ibi dr̄. Eadē em̄ ⁊ si iterētur sepe
tn̄ sp noua sunt varia descriptiōe.
¶ Sn̄ia in sp̄ali. inuitās ergo ad
laudē ait o vos q̄ noui estis i xp̄o
olim veteres in adā [Cātate] vita
⁊ lingua [Dn̄o] .s. deo patri [cāticū
de xp̄i icarnatiōe ⁊ hois redēptio
ne [nouū] qꝛ nihil tale mūd⁹ audi
uit. Vn̄ [qꝛ mirabilia fecit] i libera
tiōe mūdi seu gn̄is hūani. Mira- 4
bilia fecit i mūdi ⁊ hois creatiōe.
et ex euangelio multa mirabilia
et miracula audiuimus que fecit
Iesus. Sed multo maiora mira
bilia sunt q̄ fecit in recreatiōe: qꝛ
totū orbē terrarū a morte eterna
eripuit. Vn̄ subiūgit q̄ mirabilia
fecit: quia non solum que commu
nia sunt sed et hoc singulare scꝫ ꝙ

2 † Saluauit sibi dexte †sanauit ei
ram eius: & brachium
sanctum eius.

¶ [Saluauit sibi] .s. deo patri or-
bem terre puta genus humanum
redimendo [dexteram eius] .i. est
christus dei fili⁹ qui dicitur dexte
ra patris ab operatiōe [⁊ brachiū
sanctū ei⁹] scꝫ ipse idem christus q̄
dicitur brachium a fortitudine. Et
bene dicit [sibi] scꝫ deo .i. ad dei ho
norē et gloriā: qꝛ multi saluantur
corporaliter sꝫ sibi ipsis nō deo. qꝛ
accepta corpali sanitate lasciuiūt
et mala perpetrant qui egroti ab
eis abstinebant. de qua dextera et
brachio adhuc subiungit.

5 Notum fecit domi-
nus salutare suum: † in
conspectu gentium re †ante conspectum.
uelauit iustitiam suam.

¶ [Notū fecit dn̄s] .s. deus pater
[salutare suū] .i. iesum xp̄m filium
suū p salute mūdi incarnatū: et sic
visibilē factū q̄ dr̄ salutare qꝛ sal-
uat: ⁊ subdit q̄b⁹ notū fecit qꝛ nō
hic vel illic sed [in cōspectu gētiū]
omnium .i. vniuerso orbe nō in iu-
dea tm̄ [reuelauit] .i. manifestauit
nō sub velamine ostendit [iustitiā
suam] .i. xp̄m qui dicit iustitia qꝛ
iustificat: et sine hac iustitia ⁊ nisi
p ipsuꝫ nemo iustificari potest. Et
hoc non ex meritis sed

4 † Recordatus est
misericordiæ suæ † : & †memor fuit.
ueritatis suæ † domui †iacob
Israël. †domus.

¶ [Recordat⁹ est mīe sue] qua p-
misit: qꝛ vt p̄mitteret misert⁹ est: ⁊
mia fuit ꝙ p̄misit [⁊ v̄itatis sue]
qua reddidit. Mia ergo fecit pro-
missionem patribus de xp̄o nasci-
turo ⁊ veritas reddidit qđ p̄misit
⁊ hoc [domui israel] .i. videntiū deū
Qui modo videt deum p fidem po
stea videbit per speciem. debemus

ergo purgare oculũ cordis vt nobis sapientie sue speciẽ dignetur dñs oñdere. et ne ad literã patres israel vnã gentẽ tñ; subdit. Et ita

5 Viderunt omnes † termini terræ: salutare dei nostri. †loci.

¶ [Viderunt] i. per fidem ꝛ mentem aperte cognouerunt ac si oculis vidissent [omnes termini] et fines [terre] id est a termino vsq; ad terminum non iudea tñ: vñ dicit oẽs q: omnibus ꝛ nõ quibusdam tantũ datus est xp̃s [salutare dei nostri] i. dominum iesum christum saluatorem oĩũ a patre missum. iõ

6 Iubilate † domino omnis terra: cantate & exultate & psallite. †oẽs vniuersa.

¶ [Iubilate dño] i. in tñ affectũ audis assurgite vt non possit verbis dici nec tamen taceri [omnis terra] i. omnes habitatores terre [cantate] verbis ꝛ voce p̃dicate [et exultate] corde non inuiti sed iocũdi et voluntarij [et psallite] opere. Et quibus modis

7 Psallite domino † in cithara: in cithara & uoce psalmi: in tubis ductilibus & uoce tubæ corneæ. †oẽs nostro.

¶ [Psallite domino in cithara] i. mortificatiõe carnis opa diuina facite. s. pascẽdo pauperes ꝛ hmõi ꝛ celestia mãdata iplere. deinde ea dẽ p̃posterata subiũgit cãtate [in cithara ꝛ voce psalmi] iõ p̃posterat vt duodus eorũ pri⁹ fiat totũ ad deũ ptineat [i tubis ductilib⁹] s. argẽteis vł ereis tũdẽdo producitis: p quas significat illi q̃ tonsio nibus .i. tribulationibus producti tur. i. proficiũt et laudes dei sonãt. Talis tuba Job erat qui in tantis tribulationibus dicebat: dominus dedit ꝛc. [et voce tube cornee] id est de cornu quod carnem excedit et superat facte: per quam significantur illi qui carnales affectus trãscẽdũt: ꝛ ita alijs predicãdo sonant vt in seipsis vitia carnis castigent et superẽt. Talis tuba erat paulus qui dicebat Si cõsurrexistis cum christo que sursum sunt querite nõ que super terrã. i. carnẽ excedite nolite carnalia cogitare. Colo. iij.

8 Iubilate in cõspectu regis domini: † moueatur mare & plenitudo eius: orbis † terrarum & † qui habitant in eo. †cõmoueať. †terre. †oẽs habitãtes ieã

¶ [Jubilate] intus vbi deus videt non ad aspectum hominum. sed [in conspectu regis dñi] scilicet iesu christi cuius aures tubis psonantibus delectantur: et tubis sonantibus: ꝛ veritatem predicantibus [moueatur] ad dei reuerentiã et fidem [mare] i. seculum [et plenitudo eius] i. omnes eius habitatores: Vel [moueať mare ꝛ plenitudo eius] id est concitetur mũdus ad ipugnãdũ cũ toto tumultu furoris sui: ꝛ sic predicet nõ optat. Et quasi exponendo subdit. s. [orbis terrarum] ecce mare [ꝛ qui habitant in eo] scilicet mũdi amatores: illis autem motis pariter siue in bono siue in malo.

9 Flumina plaudent † manu simul: montes exultabũt ã † cõspectu domini: quoniã uenit iudicare terram. †manib⁹ i idipsum. †facie

¶ [Flumina] .i. ſancti pleni aqua ſcʒ ſpiritu dei [plaudent manu ſimul] .i. delectabiliter ꝛ cōcorditer bonis operibus inſudabūt ꝛ gaudebunt de opibꝰ bonis in vnitate charitatis. opa ſctōꝝ laus dei eſt. chriſtus nō voce laudatur ſed opere nō audit vocē ſꝫ opa [mōtes] .i. boni alti celſitudie ſpūali [exultabūt a cōſpectu dñi] .i. ob aduentu ꝛ a contemplatione eiꝰ [qm̄ venit iudicare terrā] p̄rio iudicio diſcretionis ꝛ poſt iudicio retributiōis. Uel [qm̄ venit] .i. venturus eſt [iudicare terrā] .i. habitātes in terra reddendo cuiqꝫ ſm opa ſua. Jnde gaudebūt bōni: ꝫ mali ꝯtremiſcēt.

10 Iudicabit orbē † terrarum in iuſtitia: & populos in æquitate. †terre

¶ [Judicabit] eñi [orbē terrarū] .i. habitatores orbis [in iuſtitia] ali quos vocādo ad fidē ꝛ grām: alios nō: qḋ iudiciū diſcretiōis valde ē iuſtū licet nc nobis occl'tū [ꝛ] ſcḋo [pplos] .i. oēs [in eq̄tate] [reddēs] ſingulis ſm merita ſua/ vl' in futuro iudicio [iudicabit orbē terrarū] .i. oēs terrenos [in iuſtitia] ſcʒ ſola: quia non meruerūt miſericordiam ſcʒ liberātē. Ei nāqꝫ q̄ nō fecit miſericordiā fiet iudicium ſine miſericordia ſcilicet ſaluante non relaxāte: quia in omni opere domini miſericordia eſt ꝛ veritas: ꝛ ēt in dānādis eſt miſericordia: quia nō puniantur quātum meruerūt [et populos] .i. fideles de iudeis ꝛ gētibus iudicabit [in eq̄tate] q̄ꝛ capiēt equa meritis ſuis. Oratio.

Imitte dñe ſalutare tuū in mentibus nr̄is: qui reuelaſti iuſticiam tuā gētibus vniuerſis. vt qui quondā iudicari veniſti pro perditis: miſericordiā eum aduenerís pro quibus iudicatus es largiaris. Qui viuis.

Pſalmus de poteſtate Chriſti regia & magnificentia eius in eccleſia: ac laude & ueneratione ſibi tanquā deo & regi ab omnibus exhibenda.

Pſalmus. XCVIII.

1 Ominꝰ regnauit iraſcantur populi: qui ſedet ſuper cherubin † moueat̄ terra. † cōmoueatur

¶ Auctor pſalmi propheta dauid. ¶ Titulꝰ eſt. pſalmꝰ dauid ꝛ p̄s titulꝰ. Poſt laudē ergo multiplicē agit hic pp̄ha de potētia ꝛ regno eiꝰ vt ēt in hoīe adoretur: ꝛ deſcribit xp̄m eſſe regē ꝛ bona dantē eis et antiqui ſeruierūt. ¶ Materia. reuocatio malorū ad xp̄m contēnēdū ꝛ p̄uocatio bonorū ad ipm exaltādū. ¶ Intētio mōere vt xp̄m tanq̄ deū adoremꝰ: ꝛ velut regē exaltemus. ¶ Snia in gn̄ali propheta in iſto pſalmo annūciat chriſti poteſtatē regiā: inuitans homīs diuerſorū ſtatuū ad laudem diuinā. ¶ Snia in ſpāli: oſtēdēs ergo chriſtū regē dicit [Dominus] ſcʒ ieſus xp̄s: ꝛ ſi hō ꝛ humilis factꝰ [regnauit] ꝛ in re ab eterno ꝛ in manifeſtatione poſt eiꝰ reſurrectionem ꝛ aſcēſionē q̄ꝛ tūc rex eē inotuit ꝛ ideo [iraſcant̄ ppli] .i. iraſcētur vt ſic p̄dictio nō iuſſio. dñs ꝛ q̄ [q̄ ſedet ſup cherubin] .i. ſup angelicas p̄tātes. qui p̄ſidet angelicis ſpiritibus plenitudinē ſciētie eiꝰ p̄ſtātibꝰ: ille ſcʒ regnauit ꝛ regnabit ſemp

ꝗ inde[moueatur terra]id est mouebũtur terreni. Per populos irascentes ratiõe vtẽtes: ⁊ oculũ celi cogitantes iudei possunt intelligi. Per terrã vero terreni et insensati gentiles idola sensu carẽtia adorãtes qui vtriq; regnãte xp̃o irati sunt et commoti: sed alij sana ira vt sibimetipsis de peccatis irascentes ad xp̃m conuerterentur. alij vero insana ⁊ furibunda vt xp̃m ⁊ seruos eius psequerẽtur. Sup cherubin vero dominus sedere dicit̃ vt qualis ⁊ quãt⁹ sit is qui regnauit demonstrarez. Cherubin qppe interpretatur plenitudo sciẽtie. Dominus ergo super cherubin sedet: q: xp̃s qui est dei virt⁹ ⁊ dei sapiẽtia ipsos sciẽtia eminẽtes spirit⁹ superat et implet. Et ne putares illũ ita sedere in pricipibus vt nõ sedeat etiã in hominib⁹ adiungit.

Cherubin q. i. interpretatur.

2 Dominus in Syõ magnus: & excelsus † super omnes populos.

† est

ℭ [Dñs iste est] magnus in syõ] qd interpretatur speculatio. in ecclesia deum speculãte nũc per fidẽ postea p speciẽ. Qd aũt subdit [et excelsus sup omnes populos] designat eãdẽ ecclesiam p vniuersum mũdũ esse dilatatã vbi oẽs ppli cõuersant̃: vbi dñs q pri⁹ humilis apparuit magnus ⁊ excelsus dicit̃: quia a sancta ecclesia q̃tidie ⁊ magnificatur et exaltatur. Uel quia ipe eandem ecclesiã per suã grãm magnificat: ⁊ cor ipsius a terrenis ad celestia subleuat. Et q: est magnus ⁊ excelsus iam ergo illi qui prius blasphemi erant et humiles contemnebant.

3 Confiteantur nomini tuo magno quoniã terribile & sanctũ est: & honor regis iudiciũ diligit.

ℭ [Confiteant̃] cõfessione debite laudis [nomini tuo magno vbiq; per famam ⁊ gloriã dilatato [qm̃ est terribile] potentia qua punit vt timeatur [et sanctum] bonitate qua parcit vt honoretur ⁊ ametur [et honor regis] id est xp̃i [iudicium diligit] quo punit nõ tãtum misericordiã qua parcit. Sic vtiq; vult a nobis honorari dñs rex vt nõ credamus eum peccata nostra dimittere impunita. diligit enim iudiciũ vel in nobis vel in se. In nobis vt mala que fecim⁹ accusemus: iudicemus; ⁊ dãnem⁹. Quod iudicium qui nõ facere in se negligit eum per semetipsum cũ venerit districti⁹ iudicabit. Sed vt iusti simus ipse facit. Unde sequit̃.

4 Tu parasti † directiones: iudicium & iustitiã in Iacob tu fecisti.

† equitatem.

℃ Auctor psalmi pp̄heta dauid. ℃ Titul⁹ e ł allā. Nomen autē angelice laudis allā: et si oibus psalmus cōueniat: ibi tñ p̄cipue ponit vbi magna exultatiōe gaudet: sicut in hoc psalmo popl's dei a diabolo liberat⁹ laudat ꝛ ad laudem dei pro oib⁹ opib⁹ ei⁹ inuitat que laus figurā future laudis habet. ℃ Materia: opa dei magna ꝛ mirabilia: ꝛ singl'ariter opatio dei mirabilis i sacramēto altaris. ℃ Intētio: monere nos ad dei laudē et p̄coniū pp mirabile i opib⁹ suis bn̄ficiū. ℃ Snia i gn̄ali: pp̄ha q₂ sup:a locut⁹ ē de xpi exaltatiōe et magnificētia: nūc icipit exhortari ad dei laudē mltiplici de cā: ꝛ primo i psona fidelis ppl'i et ɔsideratiōe diuinoꝝ opeꝝ mirabilr ꝛ misericorditer exhibitorū deuotas se laudes p̄ſtet deo redditurū ꝑ hoc suo exēplo exhortās ceteros vt i h' sui exitāt ꝛ imitatores. ℃ Snia i spāli: A laude ergo icipiēs ait i psona fidelis ppl'i [Cōfitebor tibi] s dn̄e ɔfessiōe laudis ꝛ graꝝ actionis nō labijs tm̄: sꝫ [in toto corde meo] .i. toto mētis affectu ꝛ itētione: nō ergo labijs p̄pe ꝛ corde longe ꝛ hoc [in ɔsilio iustoꝝ] videlicet ɔformatus iustis: ꝛ ɔsiliū bn̄ viuēdi seruās cū eis. nec temere: sed ex ratiōe. s. pro eternis sicut oēs iusti faciūt [ꝛ cōgregatiōe] .i. poꝝ iustoꝝ ꝛ fidelium vt ceteri meo informētur exemplo: non in conuenticulis hereticoꝝ ꝛ infideliū: nō est enī locus veri sacrificij extra catholicā ecclesiā. Ideo autē ɔfitebor. Quia

2 Magna opera domini: exquisita in omnes uoluntates eius.

℃ [Magna] sunt opa dn̄i ꝛ tam magna q̄ nō possint ad plenū a nobis inuestigari. Sunt q̄dē opa creatiōis: recreatiōis: gubernationis: conseruationis: et retributionis [exquisita] .i. exq̄site et laudabiliter facta [in omnes volūtates eius] q: oia quecunq₃ ꝛ quomodocūq₃ voluit eximie ꝛ mirifice fecit.

 6

Unde si aliquis querat rationem operum dei inueniet ꝙ omnia de pendēt ex libera eius volūtate: ita vt nec fiat preter ei⁹ voluntatē qđ etiam cōtra ei⁹ volūtatē fit: qꝛ nō fieret si non fineret: nec hoc fineret nisi de malo facere bene posset. In de etiam confitebor. quia

3 ꝓnō ha bet et. Confessio & magnificentia opus eius: † & iustitia eius manet in seculum seculi.

¶ [Confessio] peccatorum [et magnificentia] bonorum operum est [opus eius] ꝛ hec est voluntas ei⁹ vt ex suis operib⁹ insit homini cōfessio peccatorum et magnificentia bonorum operum. Uel [magnificentia] id est iustificatio peccatoris que est magnificentia domini non ergo glorietur in se homo: qꝛ omnia sunt a deo [ꝛ iustitia eius] id est merces que iuste datur et retributio iustitie [manet in seculū seculi] .i. in eternum. Uel [confessio et magnificentia] est [opus eius] id est opus dei est materia ꝛ occasio confitendi domino in laude et magnificandi eum [ꝛ iustitia ei⁹] que est in oībus operibus eius: quia omnia iuste facit [manet in seculum seculi] id est immutabiliter et in eternum. Inde etiam confitebor domino. quia

4 Memoriam fecit mirabilium suorum: ꝓdaret misericors & miserator dominus: escam † dedit timentibus se.

¶ [Memoriam fecit] relinquendo scilicet memoriale [mirabilium suorum] ab eo factorum: quia quod mirabiliter egit scripture sancte commendauit [dominus] in carne apparens [misericors] natura [et miserator] exhibitione et sic [escā] sacre scripture [dedit timentibus se] non contemnētibus. Uel [Memoriam fecit mirabilium suorum] tradendo discipulis eucharistie sacramentum quod ad memoriam reducat ipsam figuram scꝫ manna per quod fuit figuratum: ideo subditur [escam] scilicet spiritualem. i. corpus et sanguinem suum [dedit] nullis meritis: sed misericordia [timentibus se] non offendentibus. Et quasi nec totum dederit qui pignus dedit.

5 Memor erit in seculum testamēti sui: † uirtutem operum suorum annūciabit populo suo.

¶ [Memor erit in seculum] et in eternum [testamenti sui] id est promissionis sue complende ꝛ mãsure In testamento nouo precepit nobis deus facere iustitiam: et promittit vitam eternam que est hereditas noui testamenti. Qđ si memores sumus vt faciamus qđ ipse precepit: memor erit in seculum testamenti sui vt impleat qđ promisit [virtutem operum suorū] .i. virtuosa opera [annunciabit populo suo] scilicet adoptiuo populo gratie dicēs. Nisi abūdauerit iustitia vr̄a plusꝙ scribarum ꝛ phariseoꝝ non intrabitis regnum celorum. In veteri populo minora precepta dominus annunciauit: quibus terrena bñficia promisit. Deinde apparēs in carne speciali populo altiora precepta dedit: perfectionem iustitie ostēdit: quibus vitam eternam promisit. Unde sequitur.

Uita eterna est hereditas noui testamenti:

Matt. v.

6 Ut det illis hæreditatem gētium: opera

manuū eius ueritas & iudicium.

❡ [Ut det illis hereditatem gentiū] scz beatitudinē eternā hereditas iudeorum tanq̄ carnaliū fuit terra promissionis: hereditas gentium tanq̄ perfectorū est patria celestis [opera manuum ei⁹] sunt [veritas & iudiciū] scz eius que annūciauit etiā operādo impleuit q: cepit facere & docere. & si operatus est veritatem: deinde operatus est iudiciū: q: iudicaturus est viuos & mortuos & redditurus vnicuiq; ꝑut gessit. fac & tu veritatē si vis canere iudicium. Qd̄ si tuā dimiseris & dei voluntatē feceris: opera manuū tuarū veritas sunt. Uolūtas eni dei veritas est: sz et iudiciū debes facere. i. malū a bono discernere: vt bōa sine malorū admixtione fiant: debes etiā teipm̄ repre-hendere: pctā tua accusare/iudicare/damnare vt non iudiceris.

Uoluntas dei est veritas.

7 Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi: facta in ueritate & † æquitate.

† in iustitia.

❡ [Fidelia] etiam sunt [oīa mandata eius] scz illis qui implent et non diffidunt de promissis. Non enim fallit/sed reddit quod promisit: Non tamen sperandū & expectandum est vt hic habeatur/sz [confirmata sunt in seculum seculi] i. in eternum: hic precipiuntur ibi ꝯfirmātur. Hic labor opis/ibi merces retributiōis [facta in veritate & equitate] i. mādāt & ꝓmittūt qd̄ verū est et equū vt hic laboret qd̄ mandat/et ibi requiescat qd̄ promittit. Mādata dñi in veritate facis si nō duplici corde/sed simplici & propter deum facis. In equitate facis si nihil in eis mi si vitam eternam attēdis. Et poterimus ibi requiescere. Quia

8 Redemptionem misit † dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suū.

† nō habet dominus

❡ [Redemptionē] scz saluatorem qui dat redemptionē captiuis [misit dñs] scz pater [populo suo] qn̄ xp̄s ex obedientia dei patris venit ad passionē per quā redēptum est genus humanum a captiuitate huius seculi & diaboli vt quies sit ibi & ipse xp̄s per ap̄los [mādauit] & cōmendauit [in eternum testamentū suū] scz nouū duraturū. q: ei aliud non succedet: & q: eterna ꝓmittit: dedit quidem olim iudeis terrā ꝓmissiōis: sed hoc vetus est testamentū ad veterem hominem pertinens. Nouū autē mandauit in eternū vbi nil carnale speretur. Cuius heres quisquis esse volueris nō tale aliquid mediteris adipisci q̄le solet hic oculus auaritie cōcupiscere: sz q̄le oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit. Ideo aūt mādatis est firmiter obediēdum. Quia

Cor. ij.

9 Sanctum & terribile nomen eius: initium sapientiæ timor domini.

❡ [Sctm̄] scz bonis & obedientibus [& terribile] malis & inobediētibus est [nomē ei⁹] id est res nominis ei⁹: dñs autem nomen est illi. Uel [sctm̄] vt ametur [terribile] vt timeatur. Ametur ergo: quia vocatus ne desperes: timeatur q: iudex ne sis negligēs. Amor ad perfectos timor ad icohoātes ꝑtinet. Un̄ sequitur [initiū sapientie] et bone vite [timor domini] auertēs a malo: q: est ianua conuersionis & via ad

sapientiã. Nã vt ad pfectã sapien
tiã perueniatur a timore incipit.
Timore eñi domini agit vt vitia
declinentur. Cũ ceperis vitia de-
clinare incipies ad virtutes profi
cere et ipsam sapientiam degusta
re. Sed quia qui timorē dñi intel-
ligit statim ad bona opera profice
re debet. recte subditur

10 † Intellectus bonus
bon' est itellectus. oĩbus facientibus † eũ:
† laudatio eius manet
nõ hꝫ laus in seculum seculi.

¶ [Intellect'] .i. hui' timoris si-
ue qui est in timore dñi est [bon']
et vtilis [oĩb' faciẽtib' eũ] id est
illis qui sic intelligunt vt faciant
qđ ille timor suadet: scilicet qui p
timorē ad sapientiã ascendũt. Sꝫ
intelligere ꝛ nõ facere piculosum
Jaco. iiij. est: q2 vt ait petrus. scienti bonum
facere ꝛ non facienti peccatũ est il
Luc. xij. li. Et in euangelio. Seruus q̃ scit
voluntatē dñi sui ꝛ nõ facit: pla-
gis vapulabit multis. Nõ igitur
bñ itelligit q̃ qđ intelligit opari
negligit. Intelligat ꝫ qm̃ initiũ
sapiẽtie ē timor dñi. ꝛ vt itellect'
bonus sit: timeat dñm sicut intel-
ligit: faciat opere qđ nouit. Qđ si
fecerit [laudatio ei'] qua dominũ
laudabit gratias agẽdo [manet in
seculũ seculi] .i. in eternum. Et hoc
eius erit p̄miũ. Hic finis hec here-
ditas noui testamẽti scꝫ laudatio
dei. Beati (inquit) qui habitãt in
domo tua dñe: in secula seculorum
laudabunt te. Quia fruitio consi-
stit in tribus: scꝫ in cognitiõe/ ex-
ultatione/ et laudatione: ergo per
laudationē que est ps fruitionis
ꝛ quasi vltima totã videt intelli-
psalm' lxxxiij. gere. A laude incepit/ in laude fi-
nit: qđ et hic faciendum est deuo-
tis: ꝛ in celo peragẽdũ: hic q2 libe-
rat: ibi quia coronat. Oro

Sanctorum oĩm ꝯfessio glo
riosa de' tribue nobis ti-
morem nois tui: quem esse
initium sapiẽtie predixisti: vt tuo
rũ admixti cõsilijs: mie tue dapi-
bus saginemur. Per dominum.

Psalmus de bonis operibus iustorum: ac retributione eorum & impiorum: necnon de compendiosa uia reuertendi ad amissam beatitudinem angelorum.

Psalmus. CXI.

1 Beatus uir qui timet dñm: in mãdatis eius uolet nimis.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid.
¶ Titulus talis est: alleluia reuer
sionis aggei ꝛ zacharie. Aggeus
et zacharias fuerunt lõge post da
uid qui venerũt de captiuitate ba
bylonia ꝛ prophetauerunt que ad
renouationē templi pertinere vi-
debantur: de qua renouatione ma
teriali non agitur hic: sed de spiri
tuali. tẽplũ eñi dei nos sumus. hic
igit est alla .i. laus dei: laus dico
aggei ꝛ zacharie: ꝛ hoc huius rei
scꝫ reuersiõis: q2 prophete illi pro
spũali reuersiõe ppli dei .s. xp̄iani;
quã preuiderũt laudes deo canta-
uerũt: sicut dauid hic facit. sic xp̄ia
ni qui p eos significant post abso
lutionē pctõrũ dñm laudãt tãq̃ a
captiuitate liberati/ et hilares de
bonis que habent. Ostendit enim
hic psalmus post liberationē pec-
catorum quanta sint bona fide-
lium et que sit retributio perfido
rum. Nomina ergo aggei ꝛ zacha-

rie in titulo ponuntur: non q ipsi hunc psalmū cōscripserit: sed quia in actualis tēpli reedificatiōe vbi coadiutores fuerunt reformatio- nē spiritualis templi quod nos su mus: de qua hic agitur intellexe- runt ꝛ pro magna hilaritate dnm laudauerūt. ¶ Materia: bona iu- storū ꝛ remuneratio eoꝝ ac retri- butio impiorum. ¶ Intētio mone re nos ad dei laudem ꝛ timorem/ ꝛ allicere ad operum misericordie exercitationem: et ad habendum semꝑ pre oculis bonorū ꝛ malorū retributionē fm eorū opera: vt ꝑ hoc declinemus malū ꝛ faciamus bona. Sntia in generali: propheta in isto psalmo loquit de bonis et felicitate iustorū: ac de mia impio rū. ꝛ instruit auditores suos q cō pendiosa via ad amissam beatitu- dinē superne patrie queāt de hac spirituali babylonia cōscendere et redire: per hoc intēdēs eos indu- cere ad dei laudē: sicut supra indu xit exēplo ad eandem. ¶ Snia in speciali: perfectio autē supradicti edificij est illa ineffabilis pax sa- pientie cuius initiū est timor dni: de quo incipit dicēs. [Beatus] est [vir] in spe nūc in ꝑsenti [q] timo- re filiali ꝛ caste formidās offensas [timet] nō mundū: sed [dnm] talis eni se deo ꝛ mādatis ei9 humiliat. Vn subdit [in mandatis eius] im- plēdis [volet] ꝛ affectum habebit [nimis] .i. multū. nō dicit faciet: sꝫ volet. nā multi ex timore faciunt ꝛ mercedē nō hūt. Nec eni deo ac- ceptabile est opus qd volūtas nō exhibet. Et sufficit volūtas si per- ficiēdi mādata desit facultas: vel si non adeo proficiat hō in eis im plēdis vt vult. bene aūt addit ni- mis. in omni eni actione superare dꝫ possibilitatē volūtas: vt facias qd poteris ꝛ qd non poteris face- re impleas volūtate. pensat enim deus et coronat non tam factum operis q affectum cordis. et inde

2 Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

¶ [Potens in terra erit semē ei9] id est opera misericordie et alia bo na facta que sunt semen messis fu ture: quia inde messis eterna colli gitur. Quid enim potentius q vt re minima etiā vt magna: ita duo- bus minutis ꝛ calice aque frigide sicut dimidio bonorum regnū celo rum ematur. potens ergo erit: qꝛ eternā vitā prestare ꝛ hoiem bea- tum facere valebit: qd nullus de potentibus mundi facere poterit qꝛ [generatio rectorum] .i. opera eorū quib9 bon9 est israel deus: qꝛ recto sunt corde: ꝛ q nō operant ex vana gloria hoib9 volētes placere [bndicet] eterna retributione. Uel [semē ei9] .i. merces boni operis [erit potēs in terra] viuentiū vbi reddet sibi supra meritū [ꝛ gnatio rectorū] .i. imitatores iustorū [be- nedicet] eterna benedictione.

5 Gloria & diuitiæ in domo eius: † & † iusti- tia eius manet in secu- lum seculi.

[† nō hꝫ † hui9 iustitia]

¶ [Gloria] scꝫ testimonium bone conscientie [et diuitie] sancte vir- tutum sunt [in domo ei9] .i. in cor- dis secreto: ꝛ cōsciētia vbi ipse co- habitante dno opulentius habi- tat cum spe vite eterne q diuites seculi in marmoratis palatijs cū timore mortis eterne [et iustitia eius] .i. merces iustitie ei9 ꝛ hoc est gloria eius: he sunt diuitie ei9 que cū hꝫ a deo [manet in seculū scli] i. in eternū: qꝛ ꝑpter meritum sue iustitie eternalr ꝑmiabit. q. d. non

est tēporaliter beatus. tanto ergo verior est iusti gloria quāto sempiterna: tāto meliores sunt eius diuitie quanto semp mansure. Et hec omnia inde sunt: quia

4 Exortum est in tenebris lumen rectis † : misericors & miserator & iustus †.

† corde ‖ dñs deus.

¶ [Exortū est] et illuxit [in tenebris ‖ huius mūdi vt eos pellat [lumē] grē & sol iustitie [rectis corde] .i. iuste. & subiūgit qđ est illud lumē s. dns [misericors] natura & quātū ad habitū .mie dū expectat [et miserator] exhibitione. & quantū ad actū miserēdi dum iustificat [& iustus] reddēdo b3 opa dū remunerat. Si peccator es noli diffidere veniam: q2 misericors & miserator est. Si vero superbus es et cōfidis de clementia dei noli esse negligens: q2 et iustus est. Sed ne formides et ne terreat te iustitia beate vir qui times dñm: sed facqđ sequitr: & nō nocebit tibi iustitia sed. Quia

5 † Iucundus homo q miseretur & cōmodat † disponit sermões suos in iudicio: † quia in æternum non commouebitur.

[illegible] ‖ † quia.

¶ [Iucūd⁹] .i. gratus est deo. Ul [iucūdus] .i. hilaris sit [homo] ille [qui miseret] in corde & aio cōdonando et ignoscēdo alijs offensas & petā quo sibi veniā meret [& cōmodat] in opere & facto erogando alijs pecunie vel laboris & huiusmodi beneficia vt ei in futuro def: hilarem enī datorem diligit dñs. De his duobus benignitatis offi⁊cijs dicit in euangelio. Dimitte et dimittet vobis: date & dabitur vobis: et talis [disponit sermões suos] .i. rationes suas faciēdas [in iudicio] futuro: quia hec facta sunt qsi sermões quibus defendetur in iudicio: hoc enī nō erit ei sine misericordia: quia ipse fecit misericordiā [quia in eternum nō cōmouebit] .i. nūq̄ a gloria domini sepabit. q2

ij. co. ix. ‖ Luc. vi.

6 In memoria æterna erit iustus: † ab † auditione mala nō timebit.

† et ‖ † auditu malo.

¶ [In memoria] dei [eterna erit iustus] .i. pius & misericors: quia scriptus est in libro vite & iustitia ei⁹ corā deo nō trāsibit in obliuionem: sed manebit in memoria vt remuneret: semp enī in pñtia dñi apparebit: semper beata visione illi⁹ fruet id [ab auditione mala] que fiet immisericordibus quibus dicetur. Ite maledicti in ignē eternum [nō timebit] q2 est de misericordibus qbus tunc dicet. Uenite benedicti patris mei possidete regnum. Et quia hec in futuro erūt iusto: ideo interim non sua querit sed que sunt christi: labores patienter sustinet: promissa fideliter expectat. Unde subditur.

Math. xxv. ‖ Ibidē.

7 Paratū † cor eius sperare in dño: cōfirmatū est cor eius: non cōmouebitur donec † despiciat inimicos suos.

† est ‖ † videat super

¶ [Paratū] & pmptū est [cor ei⁹ sperare in dño] nō in mūdo: nō dicit simpliciter sperare: sed pponit paratū cor eius: frustra enī in dño sperat qui prius conscientiā nō parat. Et spes est infructuosa cuius nō est mūda cōsciētia. Debem⁹ igr cor nostrū parare & peruersas cogitationes: illicita desideria: pra

nas voluntates abijcere si in domino volumus viriliter sperare. Nec villis tentationibus frangitur: quia [confirmatum est cor eius] per gratie et virtutis habitum: ac in celestibus positum: et in amore xpi fixum vt nulla re seculi molliciatur: et nec extollatur prosperis nec frangatur aduersis [et non commouebitur] a iustitia et spe sua: quia corde in terra non figitur sed incommutabilia amat: et ideo incommutabiliter perseuerat [donec] existens in terra viuentium inde [despiciat inimicos suos] quoscumque. s. visibiles et inuisibiles quorum transcendit persecutiones et tentationes. Et propter hoc futurum

8 † Dispersit dedit pauperib9: iustitia eius manet in seculū seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

† sparsit. ij. cor. ix.

¶ [Dispersit] sua temporalia bona per multos seu multis: quia plus est oro multorum quam vnius hominis: et [dedit] liberaliter et gratis non sub obtentu beneficij sibi reddendi [pauperibus] et idigentibus xpm representantibus: non diuitibus vel adulatoribus et filiis [iustitia eius]. i. iustitie retributio et fructus [manet in seculum seculi] quia meritum sue iustitie eternaliter premiabitur [cornu eius]. i. potentia et sublimitas illius cuius humilitas a superbis contenebatur in terra [exaltabitur in gloria] eterna: qui etiam hic humilis fuit ibi potentem habebit. Gregorius notat quod melius dicitur iustitia quam misericordia. Justitia enim est dare pauperibus quia eis debetur Unde etiam pauperibus tribuimus non nostra largimur: sed sua eis reddimus Unde et augu. Querere quantum tibi deus dederit et ex eo tolle tibi quod sufficit. Cetera que superflua sunt pauperum sunt. Res aliene possidentur cum superflua possidentur. Erogari sibi vult deus ex illo quod dedit. Quid enim das quod ille non dedit? Quid enim habes quod non accepisti? Unde etiam Ambro. Esurientium panis est quem tu detines: nudorum vestimentum quod tu recludis: captiuorum redemptio et absolutio pecunia quam in terra defodis: Non sunt ergo superflua retinenda nec diuitibus et vnde viuant habentibus: sed pauperibus eroganda: alioquin et retinens et tam erogans quam recipiens timeant sibi de rapina. Deinde de post bona iustorum quibus hortatur enumerat mala iniquorum quibus terret: dicens.

Grego rius. Augu stinus. Ambrosius.

9 Peccator uidebit & irascetur: dentibus suis † fremet & tabescet: desiderium peccatorū peribit.

† frendet.

¶ [Peccator] et impius [videbit] hoc ad suam penam scilicet humilem exaltari seque confundi [et irascetur] sibi et contra seipsum eo quod non fecit bona: sed sera et infructuosa erit illius penitentia [dentibus suis fremet] per penam exteriorem in eo loco positus vbi erit fletus et stridor dentium [et tabescet]. i. marcesset inuidia de felicitate aliena [desiderium peccatorum] quod hic in presenti habuerunt vita circa delectationes et solatia peribit: et deficiet nulla succedente solatio cum omnia velut vmbra transient et feno arescente flos decidet: quia desiderium eorum tantum de temporalibus et transitorijs fuit.

Oratio.

Lumen perpetuum rector cordium deus concede nobis te diligere: tua gloria

iocundari: et sic disponere in hoc seculo vt careamus auditu aspero in futuro. Per dominum.

Psalmus de exhortatiõe fidelium ad dei laudem propter sui excellentiam & ad sectandã humilitatem laudatoribus necessariam.

Psalmus.CXII.

1 LAudate pueri dominũ: laudate nomen domini.

¶ Auctor psalmi propheta David. ¶ Titulus huius psalmi alleluia inscribitur: quod laudate dominũ interpretatur: quia in eo ad laudandum dominum inuitamur. Sed in hoc distat a duobus precedentibus quod primus monuit exemplo: secũdus de beatitudine laudantiũ sententiose tractando: hic vero tertius directo sermone auditores exhortãdo. Et est ordo pulcherrimus tanquam dicat. Ego laudo et beatus qui laudat: ergo vos et exemplo moniti: et premio prouocati laudate dominũ. ¶ Materia: laus dei et exaltatio humiliũ. ¶ Intentio monere ad laudis diuine preconiũ. ¶ Sentẽtia in generali: propheta in isto psalmo monet deuotos vt deum iugiter laudent: et vbique predicẽt: ipseque facit quod alios monet. i. deum laudat. ¶ Sentẽtia in speciali: ad laudẽ ergo monens ostendit qui: et quẽ: et quamdiu: et vbi: et quare laudẽt dicens. [Laudate] o vos [pueri]. i. omnes deuoti simplices. et pueri puritate cordis/oris et operis: et paruuli nõ sensu sed malitia et maxime superbia. i. humiles: quia tales soli digne laudãt [dominum] in essentia extollẽdo maiestatẽ eius. Nec solum laudetis deũ in se: sed et in suo nomine vñ subditur [laudate nomẽ domini] predicãdo virtutes et opera eius quibus nominatus est: et famosus: vel ita operando vt alii videntes opera vestra bona glorificẽt patrem vestrũ qui in celis est: et de bonis seruis laudetur bonus dominus. Nec ad horã pueri vestris nunc imperare laudem. sed

Marginal note: Alleluia quod interpretatur.

2 Sit nomen domini benedictum: ex hoc nũc & usque in seculum.

¶ [Sit nomẽ domini bñdictũ]. i. sicut est in seipso bñdictũ sic bñdicatur a fidelibus: et sic laudibus predicatũ non ad horã sed [ex hoc] id est ex quo ceperũt homines credere et laudare et [nunc] hoc est in presenti [et vsque in seculũ] id est sine fine hoc est semper et omni tempore et in eternum: nam et antea semper fuit benedictum. Semper enim laudãdus est qui semper est. Nec in vno loco tantum impero laudari. sed

3 A solis ortu usque ad occasum: † laudabile nomen domini.

Marginal note: † laudate.

¶ [A solis ortu vsque ad occasum]. i. in omni loco et vbique sit [laudabile nomen domini] et laudibus extollendũ vt qui vbique est vbique laudetur. q. d. nõ pauci sed oẽs partes mũdi cõueniãt in laudibus dei: per circuitũ enim solis significatur hic mundus in quo toto laudandus est deus. Nomen ergo domini est laudandũ et glorificãdũ semper et vbique omni tempore et loco vt nunquam et nusquam cesset ipius laus et benedictio. Ideo autem semper et vbique et ab omnibus dominus est laudandus. quia

4 Excelsus super omnes gẽtes dominus: † & su

Marginal note: † non habet et

per cælos gloria eius.

¶ [Excelsus] est dñs scꝫ celsitudine nature ꝛ potētie [sup oēs gētes] i. hoies: quia omnes ibi sunt subiecti [ꝛ sup celos] i. angelos ciues celestes: est [gloria] et sublimitas [eius] quia excedit omnē altitudinem angelorū: vel per gentes oia terrena: per celos omnia celestia notat: vt p hec duo oēs creaturas scꝫ celestes ꝛ terrestres indicet sibi subiectas. Et qꝛ talis est ꝛ tantus ideo merito est laudandus. deinde sicut docuit ita ꝛ facit. q. d. vere dominus est excelsus super omnes.

5 Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra?

¶ [Quis] enim alius scꝫ in hominibus vel celestibus est [sicut dñs deus noster] q. d. nullus qui per se possit vt ipe. ipe est [qui i altis habitat] i. in sctis quo dono eius alti sunt qui in terris positi in celis tñ cōuersantur [ꝛ hūilia] scꝫ eosdē in quibus habitat [respicit] intuitu misericordie [in celo et in terra] existens. Sancti enim qui hic i terra sunt humiles/apud deum sunt alti: ꝛ hi sunt in celo per libertatē spiritus: ꝛ quando eleuantur in cōtemplatiua: ꝛ in terra per habitationē carnis: ꝛ quando humiliantur in actiua. respicit inquam humiles.

6 † Suscitans à terra inopem: & de stercore † erigens pauperem.

† qui erigit. † exaltat.

¶ [Suscitans] per solam gratiaꝫ [a terra] id est a labe corporis [inopem] prius et adhuc quandiu gemit in corpore. Vel [a terra] id est ab amore terrenorum [inopem] id est nihil habentem ꝛ omnia possidentem [ꝛ de stercore] id est vitiorum putredine et sorditate vt ea tanquam stercora reputet [erigēs pauperem] spiritu ꝛ abiectum vt ei sicut prius carnis vitia non dominentur: de terra enim et puluere crexit nos quib⁹ dicitur. Quid superbis terra ꝛ cinis Suscitat in quam et erigit ad hoc. Eccl. x.

7 Vt collocet eum cū principibus: cum principibus populi sui.

¶ [Vt collocet euꝫ] ꝛ sedere faciat non iam in terra et stercore inter inopes et pauperes sed in sede honoris et glorie [cum principibus] id est cum angelis et [cum principibus populi sui] id est cum patriarchis prophetis et apostolis qui spiritualiter prefuerunt populo dei quasi dicat ad hoc suscitat inopem et erigit pauperem vt ad tantam potentiam et gloriam perducat ꝙ addat eum celi ordinibus qui sunt ex angelis et hominibus deinde exponit vbi suscitat et erigit in ecclesia scilicet que ante sterilis erat: nunc vero est secunda. Unde sequitur

8 † Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantē. † nō hꝫ qui.

¶ [Qui habitare facit sterilē] scilicet ecclesiaꝫ de gētibus [in domo] id est in ecclesia iudeorū inter ipos iudeos vt in lapide angulari duo parietes coniungantur ꝛ fiat vnū ouile [matrem] scilicet factam [filiorum] spiritualiū et ideo [letantem] de fecunditate sibi collata: quia iam sunt multi filij deserte: hec nostra mater ecclesia prius scilicet ante aduentum sponsi sterilis erat a filiorum spiritualium et ho

norũ operũ generatione: nũc vero est mater filiorum et operum fecũda et leta in vna domo habitãs super fundamẽtum apostolorum et prophetarum sita. iam de filiorum multitudine et virtutib⁹ et pulchritudine letat. Oratio.

Laudãtes benedictum nomen tuũ oĩpotẽs deus rogamus vt nos in sinu matris ecclesie collocatos charitatis tue facias stabilitate cõnecti. Per dominum.

Psalm⁹ de laude pro mirabilibus & beneficiis populo Israël in exitu de Aegypto: & Christianis ĩ recessu spiritali ab hoc seculo exhibitis.

Psalmus. CXIII.

1 IN exitu Israël de Aegypto: domus Iacob de populo barbaro.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titulus hic qui inscribit alla inuitat nos ad laudẽ dei ex alterius cõsideratiõe negocij q̃ ĩ premissis psalmis tribus etiã ad laudem dei pertinẽtib⁹. Sicut enim populus hebreus fuit de egypto liberatus: sic et quotidie p xpm peccãtores a pharaone diabolo liberant. Propheta ergo p magna miracula illi pplo exhibita xpm mũdo datũ annunciat. Nã illa miracula figure mysteriorũ xpi et ecclesie erãt. Vñ nõ tam preterita hic narrantur q̃ futura predicantur: quia in illis gestis futura signabuntur. ¶ Materia: beneficia et miracula hebreis in figura: et christianis in spiritu a deo exhibita. ¶ Intẽtio: inuitare ad dei veri cultũ et laudem ob istorũ bñficiorum exhibitionem. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo commemorans beneficia a deo exhibita populo hebreo in exitu de egypto que spiritualiter sumpta fuerit populo christiano in exitu a peccato dicat ex his gloriam nomini diuino non alteri tribuendam: et insuper simulachra gentiũ inania probat/ et religionem dei commendat. ¶ Sententia in speciali. incipiens ergo propheta a mirabilium narratione ait. [In exitu] ppli [israel de egypto] et idem sub alijs verbis repetens subiũgit [domus iacob] quia totus israel descendit de iacob qui alio nomine dictus est israel [de populo barbaro] id est gentili et extraneo: quia omnes populi dicuntur barbari exceptis hebreis: grecis: et latinis: non est enim vt dicit Augustinus lingua nostra sz barbara que deum laudare non nouit quasi dicat cum populus israel de egypto id ẽ de populo barbaro exiret: August.

2 Facta est Iudea sanctificatio eius: Israël potestas eius.

¶ [Facta est iudea sanctificatio eius] id est sanctificatus est populus ille in iudea id est in terra promissionis colendo verum deum que terra erat ante per idolatrias polluta et [israel] factus est [potestas eius] terre id est potens factus est in ea. qui enim in egypto fuerãt serui/ ibi facti sunt domini. Exodi. xiiij.

3 Mare uidit & fugit: Iordanis cõuersus est retrorsum. Iosue. iij.

¶ [Mare] rubrum [vidit] populus de egypto exeuntem id est ad modum videntis et intelligentis voluntatem domini se habuit [et fugit] se diuidendo et dando populo iter vt sicco pede transiret [Iordanis conuersus est retrorsum] reuertendo ad locum originis et eleuando se ad modum collis.

4 Montes † exultauerunt † ut arietes: & colles † sicut agni ouium.

†gestierunt †velut †velut

¶ [Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouium] Methaphorice loquitur: quia causam exultationis dederunt ipsis filijs israel inclinantes se in aduentu eorum quasi applaudendo. Nam magister in historijs innuit hoc dictum de scopulis torrentium arnon qui in transitu filiorum israel inclinati leguntur. Hec autem predicte figure sunt. Per israel ergo et iacob intelligitur xpianus populus qui prius est iacob .i. luctator post israel .i. videns deum: per egiptum vero que interpretatur tenebre seu afflictio intelligitur seculum a quo spiritaliter et mente est recedendum. Sic enim quisque hierusalem celestis idoneus ciuis fit cum primo huic seculo renunciauerit quemadmodum ipse populus in terram promissionis duci non potuit nisi prius ab egypto recederet. Sed sicut ille non inde discessit nisi diuino liberatus auxilio/ sic nemo corde ab hoc seculo auertitur nisi diuine misericordie munere adiuuetur. Sicut ergo populus ille cum exiret de egypto sctificatus et potens factus est in iudea: ita christianum populum exeuntem de pctis et constantem fidem trinitatis sctificat confessio. Judea enim confessio interpretatur: et per eam factus israel fit potens ad resistendum pctis et vt filius dei fiat. Et

Egyptus quod iter ptatur

hoc [mare] .i. gentilitas vel seculi pctores [vidit] .i. intellexit scilicet sanctos predicatores supplantatores viciorum et aias videntes deum [et fugit] .i. potuerunt resistere apostolis: quia deus erat in illis et sic cesserunt et siluerunt vt tibi sine contradictione ad libertatem spiritualem via panderetur [et iordanis] quod interpretatur descensus .i. humiles baptizati [conuersus est retrorsum] .i. ad eum vnde orti sunt redierunt. Et tunc [montes] .i. apostoli ceteris preminentes [exultauerunt] et gauisi sunt quia peccatores conuersos viderunt [vt arietes] .i. vt fortius gregis amici duces et principes duobus testamentis quasi duobus cornibus muniti [et colles] di cti a colendo .i. minores qui semen fidei receperant [exultauerunt sicut agni ouium] humiles et innocentes lacte adhuc indigentes ab arietibus per euangelium in fide generati. Sed

Colles vnde dicti

5 Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum?

¶ [Quid est tibi] o [mare] quod fugisti et tu o [iordanis] quid est tibi [quia conuersus es retrorsum] Et o vos.

6 Montes † exultastis sicut arietes: & colles † sicut agni ouium?

†quare gestistis velut. †velut

¶ [Montes] quid fuit vobis quod [exultastis sicut arietes] et o vos [colles] quid fuit vobis quod exultastis [sicut agni ouium] .q.d. Unde venerunt ista mirabilia in mari rubro in iordane in montibus et collibus. Interrogat quare hec facta sint vt admirationem excitet. Et quasi respondens questioni secunde de montibus et collibus subiungit.

7 A facie domini † mota est terra: à facie † dei Iacob.

† commota.

† dñi.

¶ [A facie] .i. a presentia [dñi] descēdētis [mota est terra] et ex terre motu ad presentiam dei facto hoc ꝓuenit. s. [a facie] et pñtia [dei iacob] qui nō est de⁹ recens. Ex hoc etiam patet solutio prime questionis de mari et iordane quia factū est ad presentiam dei qui hoc voluit fieri. q. d. a diuina voluntate ꝓcesserunt omnia cui etiam obediunt insensibilia.

8 Qui conuertit petrā in stagna aquarum: & † rupē in fontes aquarum.

Exodi. xvij.

† rupes

¶ [Qui] etiam [cōuertit petrā in stagna aquarum] scz faciendo vt de petra fluerent aque abūdāter. Nā moyse eleuāte manū et percutiēte virga bis silicē egresse sunt aque largissime [et rupē in fontes aquarū] repetitio est euidens sub aliis ꝟbis. Hec etiā spiritualiter intelligūt ac si diceret Quid est tibi o seculū qz tua impedimēta cesserunt. et quid est vobis o tot milia credētiū toto corde huic mūdo renūtiātiū ꝙ ad vestrū deū cōuertimini? Itez quid est ꝙ gaudetis o duces et fideles dispēsatores verbi ꝟitatis: et qd est ꝙ gaudetis o subditi et minores qui tpalia non relinquitis: sed bene disponitis? Qui respōdebūt. Ideo gaudem⁹ quia [a facie dñi] .i. a cognitione et presentia dñi qz deus in suis pdicatorib⁹ erat ꝙ dicit. Ecce ego vobiscum sum vsq ad cōsūmationez seculi [mota est terra] id est homines terreni a sua superstitione ad cultū domini: qui est deus iacob. i. luctantiū et vitia supplātantium. Ipse est etiā [qui conuertit petrā in stagna aquarum et rupē in fontes aquarum] Ista petra et ista rupis est xps qui scipsus pri⁹ durum cū ignoraretur liquefecit vt de eo manarent aque gratiarum et doctrinarum de eo cū quatuor flumina hoc ē quatuor euangelia exierunt et totū mundū irrigauerunt: et ipse misit spiritū sanctum de quo dicebat. Si quis sitit veniat et bibat. Sed iā gratia commendatur cum subinfertur.

Mat. xxviij.

Io. vij.

9 Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

¶ [Non nobis] iudeis o [dñe non nobis] gentibus [sed nomini tuo da gloriā] de predictis mirabilib⁹ et beneficiis. i. fac vt ide nomē tuū glificet et nō nřis merit] nō nřis viribus asscribat. Gratia qdē ista nō quasi ex operib⁹ et meritis pcedentibus data est sed miserante illo qui iustificat impiū ne vllā suā homines sed nominis dei quererent gloriā: et nec nomen eius glorificetur in omnibus gentibus qz ꝓ bonis gřas vobis dat] apparet glīosus: gloria enim est cū dat immeritis: da inquā gloriā nomini tuo.

10 Super † misericordia tua & ueritate tua: nequādo dicant gētes ubi est deus eorum.

† miās et ꝟitatē tuā.

¶ [Sup miā tua et ꝟitate tua] .i. d mirabilib⁹ et bñficiis q̄ fecisti misericordit pro pplo tuo: vt ipleres ꝓmissorū tuorū veritatē [neqñ dicāt gētes] blasphemādo [vbi ē de⁹ eoꝝ] Si eñi nō adiplesset ꝓmissa et nō fecisset ista viderer gētib⁹ ꝙ sua virt⁹ defecisset et suos saluare

nō potuisset ꝗ sepe ipsi iputāt bōis [illegible] dicentes vbi est deus eorum: hoc etiam solent nobis dicere gentes que habent deos visibiles [illegible] qua inuisibilem deum colimus. Sed iam tot mirabilibus factis p[illegible] respondemus eis.

11 Deus autem noster in celo: omnia † quecunque uoluit fecit. †que

¶ [Deus autem noster] est [in celo] sursum quia omnia corpora celestia et terrestria trāsgreditur: et ibi magis relucet sua potestās ꝛ gloria ꝗ tam potens est in celo ꝛ in terra ꝙ hic et ibi [omnia quecūꝗ voluit] vel in corporalibus vel in spiritualibus [fecit] per quod omnipotens apparet: ita ex factura poterunt comprobare factorem et operibus sentire dei presentiam. Desistant ergo homines contra eum loqui cogitare vel operari peruerse qꝛ suum facere et iudicare consistit in sola voluntate. Noster quidē deus talis est et tam potens apparet ex operibus ꝙ ipsi non possunt dicere de dijs suis: quia

12 Simulachra gentiū argentum & aurum: opera manuum hominum.

¶ [Simulachra gētiū] i. idola et imagines quas tāꝗ deos colunt. Et dicuntur simulachrū qꝛ ad similitudinē alicuius hominis mortui fictū: sunt [argētum ꝛ aurū] quo ad materiam de qua sunt quam fecit deus hoc est sunt creatura nō creator: habent quidē gentiles et lignea ꝛ erea et marmorea et terrea: sed preciosiora ponit quoꝝ materia charior habetur: et quibus maior reuerentia exhibetur: vt qui erubescit in his facilius erubescat in ceteris et sunt [opera manuum hoim] quo

Simulachrū quod est

ad formam stultitia hominum superadditam/hoc est sunt factura non factor. Sunt ergo manu hominum formata sed nō habent mēbrorum officia. Unde subdit.

13 Os † habent & non loquentur: oculos habent & non uidebunt. †tem

¶ [Os habent] scꝫ ꝑm hominis similitudinem [et non loquentur] i. non habent loquendi potentiam: homo ergo illis melior est qui loquitur hoc enim propriū est hominis scꝫ loqui: cetera vero que sequuntur communia sunt homini cum beluis vt non solum homines sed etiā beluas scias simulachris esse anteponendas. Sequitur [oculos habent] scꝫ in apparentia ꝛ non in veritate [et non videbunt] id est carent debita oculorum operatione.

14 Aures habent & non audient: nares habēt & non odorabunt. ps. cxxxiij.

¶ [Aures habent] ꝑm apparētiaꝫ non ꝑm veritatem [et non audiēt] nec possunt in operationem auribus deputatam [nares habent] in apparentia et non in veritate [et non odorabunt] nec gaudent narium operatione.

15 Manus habent & non † palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in † gutture suo. †cōtrectabūt †faucibus suis.

¶ [Manus habent] secundum apparentiam non secundum veritatem [et non palpabunt] nec possunt in debitam manuuꝫ operationem. hoc etiam simie possunt que manibus contrectant et meliores

illis sunt[pedes habent]similitu-
dinarie et non vere[et non ambula
bant]exercendo pedum officium: et
similiter et licet videantur habere
gutturl non]tamen[clamabunt in
gutture suo]nec habent eius usus.
Unde melior est illis bestia: que si
non loquitur clamorē tamē habet
in faucib⁹. Meliora ergo sunt ani
malia bruta que et vitā et sensum
habent: et si pudet adorare bruta
animalia multo magis simulachra
que et vita et sensu carent. Et quia
talia sunt simulachra.

16 Similes illis fiāt † qui faciunt e :: & omnes qui confidunt in eis.

toto ps. cxxxiiij.

¶ [Similes illis]scz simulachris
[fiant]carendo vita spirituali sicut
illa sensibili. In animo similes ef-
ficiuntur dum non emēdantur: qr
mente insensibiles facti nec vidēt
nec intelligunt nec discernunt Nō
optat hoc sed predicit. Uel [simi-
les illis fiant]i. similes se eis esse
intelligant vt dissimiles fieri labo
rent[qui faciunt ea]per sculpturā
vel fusuram[et omnes qui confi-
dunt in eis]et ea adorant non solū
qui faciunt. Nihil eis peius esse po
test ꝙ vt diis suis similes scilicet
muti: ceci: surdi: et omnino insen-
sibiles intus fiant. Moraliter vni
uscuiusqꝫ hoīs simulachrum et de⁹
est quod veneratur et colit sicut
auari deus pecunia: castrimargi
deus vēter et sic de similibus[Os
habent et non loquentur]verita-
tem et iustitiam defendendo vel q̄
ad eos pertinent ore non exercēdo
[oculos]scz corporis[habent]ad
concupiscendum temporalia[et nō
videbunt]oculis mentis ad contē
plādū eterna[aures habent]corpo
ris[et non audiēt]precepta dei au
rib⁹ audiēdi et cordis[nares hāt]
corporis[et nō odorabūt]situs chri
sti bonuz odorem de quo dicit apo
stolus. Bonus odor sumus deo. ij. Cor. ij.
[Manus habent et nō palpabūt]
bene operando[pedes habent et nō
ambulabunt]in via dñi et de virtu
te in virtutē[non clamabunt in
gutture suo.] Illi clamant in gut-
ture quorum vox procedit ex corde:
garruli vero et laudiloqui in labio
ruz summitate. Boni vero claustra
les sensus suos cohibētes[os ha-
bēt et nō loquētur]inutilia vel noci
ua[oculos habent et non videbūt]
vana ad cōcupiscēdū vel delectan
dum[aures habent et non audiēt]
detractiones et q̄ edificant[nares
habent et non odorabunt]illicita.
[Manus habēt et nō palpabunt]
tangēdo illicita vel operādo mala
aut inutilia[pedes habent et non
ambulabūt]alicui sine licentia vel
ad mala[non clamabunt in guttu
re suo]silētiū frāgēdo vel in corde
murmurādo. Ita gētes cōfidūt i si
mulachris q̄ iuuare nō possūt. Sz

17 Domus † Israël spe- sperantes
rauit in domino: adiutor
eorū & ptector eorū est.

¶ [Domus israel]i. subditi in ec-
clesia[sperauit]quod non videt[in
dño]mundo abiecto: et ideo vt per-
duret vsqꝫ in finem patientia eo-
rum[adiutor eorū]in bonis agen-
dis[et protector eorum est]contra
mala imminentia: bene autem nō
solum adiutor sed et protector dñs
dicitur nisi enim ipse adiuuerit ni
hil possum⁹ facere: nisi ptegendo
custodierit ea etiam in quibus ad
iuuamur non possunt prodesse. Ne
autem videatur maioribus iam
esse res que minoribus adhuc est
spes. addit

18 Domus Aaron spera
uit in domino : adiutor

† nō hȝ eorum. † eorum & protector
eorum est.

¶[Domus]etiam[aaron].i. etiaȝ ordo pontificum et sacerdotū qui ceteris sunt prelati[sperauit in domino]nō in mūdo ꝛ ideo dñs[adiutor eorū]vt ꝛ ipsi pseuerāter extendāt in ea q̄ ante sunt:et currāt donec apprehēdāt[ꝛ ꝓtector eorū est]ne eis noceat. Ideo minoruȝ ꝛ maiorū est dñs adiutor ꝛ ꝓtector: quia vtriqȝ timēt dominum ꝛ vniuersaliter omnes in ecclesia

19 † Qui timent domi-
† tim; q̄ eū timent dñm et sperauerūt i dñm. num sperauerunt in do
mino: adiutor eorum:
& protector eorū est.

¶[Qui timent dñm]in omni gente[sperauerunt in dño]non in alio. Omnis multitudo fidelium ꝛ vniuersalis ecclesia in his verbis cōprehenditur et dominus[adiutor et protector eorum est]modo predicto. Spes ꝛ timor beatos faciūt et sunt due mole inter quas debet moli ois christian⁹. Vt fiat panis coram deo reponendus. Si speras et non times presumis: si times et non speras desperas. Spes ad alta proficientes ꝛ de virtutibus cogitātes ptinet: timor vero ad ichoātes: ꝛ peccata sua ꝑ pniam corrigēdo ad miaȝ recurrētes. Et hos enī ꝛ illos pius ꝛ misericors dñs adiuuat et ꝓtegit. Et q: nullis nostris meritis preuenimus misericordiā dei: sequitur

20 Dominus memor
† vos. fuit nostri: & benedixit
† nobis.

¶[Dñs]qui quasi oblitus videbatur[memor fuit nostri]ostendendo beniuolentiam suam erga nos

ẜm modū loquēdi hoim q̄n q̄s facit: nūc bonū q̄d prius nō faciebat[ꝛ bñdixit nobis]oī bñdictiōe spiritali bona spūalia dādo ꝛ multiplicādo. Et exponēs q̄b⁹ bñdixit: declarat primo in minoribus.d.

21 Benedixit † domui † domū
Israël: benedixit † do- † domū
mui Aaron.

¶[Benedixit domui israel]id est subditis in ecclesia: secundo in maioribus scilicet prelatis[benedixit domui aaron]id est pontificibus ꝛ sacerdotibus suis. Tertio generaliter in omnibus deum colētibus: hoc est in vniuersali ecclesia. dicēs † oēs timētes.

22 Benedixit † omni-
bus qui timēt dominū: † magnis.
pusillis cum † maiori-
bus.

¶[Benedixit omnib⁹ qui timent dominum]timore casto: ꝛ hoc sine personarum acceptione. Vnde subdit pusillis cū maiorib⁹]id est indifferenter oībus imperfectis ꝛ ꝑfectis. Nullū genus ꝛ nullus gradus excluditur hominuȝ dū tamē timeant dñm. Sed q: benedictio dñi sp crescit ī eis q̄ ī ei⁹ seruitute ꝓficiūt bñ psalmista īprecādo illis bonorū augmētū subiūgit: dicēs.

25 Adijciat dominus su
per uos: super uos & su
per filios uestros.

¶[Adijciat].i. appōat ꝛ addat do min⁹.s. bñdictionē ꝛ bōa[sup vos]optes ꝛ magistri[sup vos]iquā ꝛ sup filios vros].i. discipulos ꝛ imitatores. Et ita factū ē. Accessit enī fides oīȝ gētiū ꝛ creuit numer⁹: nō solū sapiam antistitū et magistrorū / sed etiā obedientiū populorū;

et discipulorũ adĳciẽte dño nõ so lũ sup patres sꝫ etiã super filios eorũ: proinde vtrisq; pusillis ⁊ ma gnis dicit ꝓpterea quod sequitur.

24 Benedicti uos à do-
mino: qui fecit cælum
& terram.

ℭ [Benedicti] estis [vos] vtrisq; scilꝫ patres et filĳ [dño] .i. honori dñi vt ei seruiatis. Vel [a dño] p assecutionẽ grẽ in pñti ⁊ glie i futuro [q̃ fecit celũ] scꝫ apostolos ⁊ maiores de qb⁹ dicit. Celi enarrãt gloriam dei [⁊ terraꝫ] scꝫ populum: ⁊ minores qui respectu maiorũ sunt sicut terra ad celum. hoc autem

ps. xviij.

25 Cælũ cæli domino:
terram autem dedit fi-
lĳs hominum.

ℭ [Celũ] dedit [celi dño] qm̃ apostolos ⁊ maiores subdidit filio suo q̃ celi ⁊ terre dñs ẽ: q̃ illi magnũ soli dãs dociles sunt: et per ipsum vbertatẽ sapiẽtie capiũt [terrã autẽ] .s. subditos ⁊ minores [dedit filĳs hominũ] .i. aplis ⁊ maioribus vt vomere predicationis ⁊ doctrine excolant ad fructificandum: et quia alia est multitudo reproba q̃ ad istos non pertinet que a domino non benedicitur sed maledicitur subiungit deꝫ: ⁊ conuerso sermone ad dominum dicit.

26 Non mortui lauda-
bunt te domine: neque
omnes qui descendunt
in infernum.

ℭ [Non mortui] in pctis ac tibi ⁊ a te qui es vera vita prauitatibus suis separati [laudabunt te domine] quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris [neq; omnes] .i. aliqui omnium [qui descendunt in infernum] id est in ꝓfundũ vitiorũ scꝫ laudabunt te: quia impius cũ venerit in profundũ malorũ contemnet. Illi inquam laudabunt.

27 Sed nos qui uiui-
mus benedicimus do-
mino: ex hoc nunc &
usque in seculum.

ℭ [Sed nos q̃ viuimus] vita gratie in ea persistendo ⁊ te veram vitam sequendo id est quos viuificabit diuina gratia in bonis operibus qui fidem et opera habem⁹ [benedicimus domino] id est laudamus dominum: tales enim dominum digne laudare possunt sicut scriptũ ẽ. Rectos decet laudatio [ex hoc] id est ex quo incepim⁹ ⁊ [nunc] scilicet modo ⁊ progrediẽdo [⁊ vsq; in seculum] id est sine fine. quia ex hoc tẽpore vsq; in eternum laudandus est dominus.

ps. xxxij.

Oratio.

Esto nobis dñe adiutor ⁊ protector i te sperãtibus: et memor nos fecisse ꝗ terrada vt semper viuam⁹ in laude superna. Per dñm.

Psalmus de gratiarũ actione pro exauditione orationis liberati à multis periculis: & de oratione pro requie inuenienda post huiusmodi beneficium liberationis. Psal. CXIIII.

1 Dilexi quoniã
exaudiet do-
minus: uocẽ † depcationis.
† orationis meę

Auctor

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus est all'a.i.laudate dñz: hic titulus sepe iteratur:quia laudatio dei et dignitas est operum et preciũ est laborũ.i.et meritũ est ꝛ premiũ. ¶ Materia gratiarum actio:de exauditione orationis: ꝓ liberatione a malis et oratio pro requie post huiusmodi gratiam liberationis. ¶ Intẽtio:monere ad dei laudem ꝛ in omni afflictiõe recurrere ad deum per orationem. ¶ Sententia in generali propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis ad magnam et instãtẽ petitionẽ suã de profunda peccatorũ fouea vel de afflictiõe spiritualis siue corporali se diuinitus liberatum esse recognoscẽs gratias agit: ꝛ iterum orat vt liberatus ad requiẽ veniat. Et est iste psalmus consolatio fideliũ contra dolores seculi. In hoc etiam psalmo ꝛ tribus sequẽtib⁹ ipm sunt alie ꝛ alie rationes laudãdi deũ. ¶ Sẽtẽtia in speciali:propheta ergo in persona liberati gratias agens deo ait. [Dilexi] scz dñm nõ propter tẽporalia bona mihi data vt infideles sed [qm̃ exaudiuit] ipse [dñs] sicut certitudinaliter spero [vocẽ orationis mee] in angustijs. Quia dilectionẽ spes boni futuri solet accendere: inde dilexisse se dicit qm̃ sperauit exauditurũ deum vocẽ orationis sue. Tria nobis cõmendant in hoc vsu.s. fides: spes: ꝛ charitas fides enim orat: spes futura pstolatur: charitas corroborat fidem/ et spem: sed fides et spes nutriunt charitatẽ maxime cũ deum diligimus propter inuisibilia et eterna q̃ speramus ꝛ credim⁹. Inde autẽ spero quoniã exaudiet.

2 † Quia inclinauit aurem suã mihi: & in diebus meis † inuocabo. 4

Iqm̃ inuocaui.

¶ [Quia] iã z [inclinauit aurẽ suã mihi] dicitur per similitudinem auris dei misericordia ipsius quam videtur inclinare cum nos clementer dignatur audire: aurem singulariter suam inclinauit quando filium suum nobis misit et ꝓ nobis in mortem dedit. Inclinatio ergo sue auris probatio est future exauditionis: et idcirco in hoc ego exptus misericordiã [inuocabo] eũ z ꝛ eius auxiliũ [in diebus meis] .i. in diebus mee miserie quos mihi feci peccãdo qui sunt pleni laboris ꝛ doloris. Uel [in diebus meis] presentibus .i. in diebus salutis mee tempore scilicet acceptabili. Modo enim et in hac vita tantũ sunt dies nostri ad inuocandum. Ex necessitate autem magna compellor inuocare. quia.

5 Circundederunt me dolores mortis: † & pericula inferni inuenerunt me.

Inõ habet et.

¶ [Circũdederũt me dolores mortis] .i. vehemẽtissime tentationes peccati q̃ pariũt dolorẽ mortis: vl' ipa et pctã q̃ sunt cã doloris ꝛ mortis eterne q̃ mors erit in inferno: vñ sequit [ꝛ pericula inferni] .i. debita ꝛ reat⁹ penarũ inferni [inuenerũt me] aberrãtẽ absq; te: ꝛ expositũ malis ita vt in inferno punirer nisi adiuuer i tẽtatiõib⁹ istis ꝛ liberer a peccatis. Ego vo ea nõ inueniebam: quia prosperis seculi gaudebant in quibus plus faliũt inferni pericula: ꝛ effusus carnali voluptate non animaduerti mala me circundantia. Illa ergo mala prius inuenerunt me nesciẽtẽ: sed post etiam ego tandem.

Tribulationẽ & dolorem inueni: & nomẽ

domini inuocaui.

¶ Tribulationẽ .i. afflictionẽ et timore et per conſequens dolorẽ] interiorem de periculis[inueni]q: per illam afflictionem et timore inueni et cognoui meam miſeriam interiorem quam neſciẽs habebã ſcilicet dolores mortis et pericula inferni:prius enĩ vana me seducebãt et vtilitas tribulationis me latebat:quam tribulationẽ deus infert homini ad vtilitatem:q: per flagella exteriora cognoſcit homo ſuam miſeriã interiorem: et ideo cognita mea miſeria nomẽ dñi inuocaui in his tribulationibus et periculis ſatagẽdo vt p eũ liberarer ab ipſis. Inuocaui inquam dicẽs.

5 O domine † libera animam meam: miſericors dominus & iuſtus: & deus noſter miſeretur. †erue.

¶ [O dñe]qui potes omnia[libera animam meam] ab his miſerijs ne tantis perplexitatibus inuoluta pereat in eis:et nullus dubitet liberari ſi deuote clamauerit:quia [miſericors]eſt dñs]parcẽdo delictis et tñ iuſtus q: flagellat p eis ne miſericordie remiſſio credatur inutilis[et deus noſter]iterũ miſeretur]q: recipit ad beatitudinẽ quẽ flagellat. Nec tam amarũ dz eſſe q flagellat/q dulce q recipit. Crisoſt. aurea verbo: miſericors eſt dñs:ſed noli eſſe negligens ſequitur enĩ et iuſt? et de? in quit [noſter mi ſeretur]nõ dicit de prõ ſz põit vt ſolã miſericordiã oñdat. Semel etiã iuſtũ poſuit et bis miſericordẽ:q: nõ tãta habeo bona quãta mala. Incipiunt grauare peccata mea et vincit iſua mia. Miſeretur inq:q:

6 Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſum & † liberauit me †. †saluũ †fecit

¶ [Cuſtodiens]eſt vt paſtor[paruulo]s] .i. humiles[dñs]vt grãdes faciat heredes. Siqs ſe hũiliat huius miſeretur dñs et eum cuſtodit: et quãto minor qs eſt apud hoïes tãto maior eſt apud deũ. Et expro credite quia ego. humiliatus ſum] veraciter coram ipſo[et]ideo[liberauit me]ab anguſtijs meis ſua gratia et virtute. Deinde hortatur animam ſuam vt conuertatur ad deũ vnde requies eſt.q.d. Et quia domin? eſt miſericors et cuſtodiẽs paruulos:ergo.

7 Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

¶ [Cõuertere]o[aïa mea]affectione et deſiderio[in requiem tuam] i.ad deum in quo ſolo eſt tibi mentis requies non tamen deſidia vt opari ceſſes. Et merito cõuertere[q: dñs bñfecit tibi]et multis periculis te liberãdo et cuſtodiẽdo ac varia bona tibi dãdo. Talis actio dz eſſe aïe q̃ tẽdat ad qetã ſecuritatẽ non que augeat inquietũ labores: Requies noſtra chriſt? eſt de? noſter. Si qñ fuerimus in anguſtia et ceperit nos cogitatio captiuare in peccatũ dicamus. Conuertere anima mea in requiẽ tuã. Ita bene fecit

5 In æternum nō obli-
uiscar iustificatiōes tu-
as: † quia in ipsis uiui-
ficasti me.

† qm̄

¶ [In eternū] .i. in eun̄.i. φdiu vi
uam [nō obliuiscar iustificatiōes
tuas] .i. pcepta legis in ōbus nos
corrigēdo a pctō purgas τ iustifi-
cas. Uel [in eternū] .i. in eterna vi-
ta [non obliuiscar iustificationes
tuas] laudando τ gras agendo φ
nos liberasti de spirituali captiuita
te τ de mūdo: sic israelite in terra
promissionis gratias agebāt pro
liberatione ab egypto [q2 in ipsis]
.i. per eoꝝ meditationē τ ipletionē.
[viuificasti me] nihil extra te petē
tē: a morte scilz peccati reuocando
vel preseruando/τ vitam spiritua
lem vel eternam conferendo. Et iō

6 Tuus sum ego saluū
me fac: † quoniam iu-
stificationes tuas exqui
siui.

† quia.

¶ [Tu⁹ sum ego] nō solū fm crea
tionē vel potētiā: sz fm grāz recreā
tē: q2 p te viuificat⁹ τ iō [saluū me
fac] de futuro sicut fecisti de prete
rito. Ego tuus famul⁹ τ tu deus
meus: a te posco salutē. Olim me⁹
esse volui τ perij: modo tuus sum
τ ideo saluus. τ hoc te moueat [quo-
niam] non meas voluntates qui-
bus fui meus [sed iustificationes
tuas] id est mandata tua in lege
cōtenta vt essem iam tuus [exqui
siui] sez ex affectu τ intelligerē et
opere perficerem. vt dicit Ambro-
sius. Rarus est qui possit dicere
deo: tuus sum. Ille hoc dicit qui
adheret deo totis sensib⁹ qui aliud
cogitare nō nouit. Hoc non potest
dicere secularis. plures eñi domi-
nos habet. Uenit libido et dicit.
Meus est. quia ea que sunt corpo
ris concupiscis in illius adole-
scentule amore te mihi vendidisti.
Uenit auaritia τ dicit. Meus es
auru et argentū τ possessio quam
habes precium est libertatis tue.
Uenit gula τ dī tibi. Me⁹ ē vni⁹
diei cōuiuiū preciū vite tue est: vi-
lior es cibo tuo inter calices τ epu
las te acquisiui. Uenit ambitio et di
cit tibi. Meus es: nescis quia iō
te alijs imperare feci vt mihi ipse
seruires: Nescis φ ideo in te pote
statem contuli vt mee te subijce-
rem potestati: Ueniunt singula vi
tia et dicunt. Meus es: quomodo
q huiusmodi es potes dicere deo-

Ambrosi⁹.

tu9 sum. Ille tibi dicit meus si vocē nō redarguit cōsciētia: si verbis tuis opa ꝯcordent. Qui pro me seipsum abnegat ē me9. Nō est me9 quē lit ido succēdit/q: mea ē castitas. Nō est me9 auar9/q: mea est largitas. Nō est me9 rixosus ꝛ iracūdus/pax sum ego/litigare non noui. Sz me9 est qui potest dicere: nihil mihi conscius sum. Ideo autem saluum me fac de futuro: quia

7 Me expectauerunt peccatores ut perderēt
tonte me: testimonia † tua intellexi.

¶ [Me expectauerūt] q̄si in insidijs latitādo ꝛ mihi insidiādo [peccatores] scȝ spūs maligni et boies iniqui [vt perderēt me] faciēdo cōsentire ad malū ꝛ ad culpā trahēdo: sicq3 in gehennam precipitādo sed nō profecerāt: nec ide perij [q: testimonia tua] .i. p̄cepta vel martyria [intellexi] id est intra me legi ea deuote meditando. q. d. lōgo me certamine inimici impugnāt: sed ego intelligēs testimonia tua consolationem ex eis recepi. Et si cōsistentem vrgebant nō cessi intuens finem sine fine .i. eternam beatitudinem. Unde subditur. Et

8 Omnis consummationis uidi finem: latum
tval de. mādatū tuum † nimis.

¶ [Ois cōsummatiōis] .i. ois perfectionis humane scȝ contemptus mundi ꝛ patientie vsq3 ad mortē ꝛ huiusmodi [vidi] id est mente attendi [finem] vltimum. Omnis cōsummatio est omniū virtutum perfectio scilicet pro vero ꝛ summo bono omnia facere ꝛ mala omnia tolerare: ꝛ vsq3 ad mortem pro veritate certare. Cuius consummationis est finis excellere in regno dei qd̓ nō habet finem: ꝛ habere ibi sine morte: sine dolore ꝛ cum magno honore vitam morte huius vite: ac doloribus ꝛ opprobrijs acquisitam et vidi [mandatum tuum] scilicet charitatis: mandatum illud geminum quo iubetur deus et proximus diligi/per quod complentur omnia [nimis] id est valde [latum] scilicet dilatione: quia etiam vsq3 ad diligendos inimicos extēditur: nil enim latius ꝙ omnes in sinu amoris recipere: ꝛ nullas odij angustias sustinere et efficatius: quia ex charitate pendet lex ꝛ prophete: dictaq3 prophetarum ꝛ totam legem ipsa concludit. Et hoc mandatum nimis latum fuit: ꝛ est mihi latum quasi facile factum: quia nihil prodesset inter tormenta et mortem imminente confiteri si charitas non esset in confitente.

Mem.

1 QVomodo dilexi legē tuā domine: tota die meditatio mea est.

¶ In hac decimatertia litera loquitur vir iustus qui in meditatione legis proficat dicens se super seniores intellexisse: et ideo dicit esse scripturas dulces super mel: ꝛ quia hoc est ei per charitatē ideo huic octonario premittitur litera Mem que interpretatur viscera vl' ex ipsis: quia hic agit de charitate que est ex ipsis medullis: per hoc ergo intelligitur multiplex dilectio: quia legem ex toto corde amat: et ex ipsis visceribus amplectitur quasi dicat intellexi testimonia: vidi finem et merito q: [Quomodo] id est ꝙ vehemēter Mem qd̓ interpretatur

et q̄ intense totis visceribus [dile
xi legem tuam] o [domine] in sacra
scriptura cōtentā: admiratiue hoc
dicit: et ideo hec lex tua [tota die]
s. naturali. i. omni tēpore: ac sem-
per et caro ipediat [meditatio mea
est] quatenus nō solum litera/sed
etiā spiritu eam intelligerem. q. d.
intantū dilexi legem tuam o domi
ne q̄ assidue et quasi cōtinue me-
ditor in ea. In hoc em̄ apparet eū
legem dei diligere quia per omne
tempus vite sue cognoscitur eam
meditari. Et bene ait tota die: qr
quicquid sancte agitur meditari
legem est. et ideo

2 Super inimicos meos
† sapē † prudentem me fecisti
† mādatū tuū † mandato tuo: † quia
† qm̄ in æternum mihi est.

¶ [Super inimicos meos] .i. plus
q̄ inimicos meos. s. iudeos: paga-
nos: hereticos qui nō intelligūt vel
nō operantur [prudentem me feci
sti mandato tuo] .i. per mandatuz
tuum scilicet sacre scripture elo-
quium a me verum intellectū [qr
in eternum mihi est] .i. sic intelligo
et interpretor ipsum mandatum vt
mihi in eternum sit et ad eternita-
tem valeat: quia in tabulis cordis
dilectio dei in eternum erit: et pre-
miū mādati custoditi erit ipse de9
qui mandauit. Illis vero non est
in eternum sed in seculum: quia ex
eo mandato tēporalia premia que
runt tantū. Prudentem inquam
me fecisti super inimicos. Quia

3 Super omnes docen
tes me intellexi: quia te
stimonia tua meditatio
mea est.

¶ [Super omnes docentes me]
qui scilicet erant de inimicis [intel-
lexi] sacre scripture veritatem: do-
cebant tunc scribe et pharisei: sed
iste super hos intellexit quia lite-
re non adhesit: sed mysterium festi
uitatum et holocaustomatū in euā
gelio vidit esse complēdū. Unde et
eximius prophetarū dicit: qr ipse
acutius alijs prophetis vidit: et
hoc ideo [quia testimonia tua me
ditatio mea est] .i. meditatio mea
circa testimonia tua bene et sane. s.
in spū et nō in litera intelligenda
cōtinue versatur quātū humana fra
gilitas patitur. Intellexi super do
centes. quia etiam

4 Super † senes intel † senio-res.
lexi: quia mandata tua † exquisiui.
† quesiui.

¶ [Sup senes] .i. plus q̄ seniores
corpore non mente. s. sacerdotes et
principes [intellexi] qr in nouo te-
stamēto agi pspicio qd in veteri fi
guratū cerno. et hoc totum ideo: qr
[mandata tua] q̄ illi transgredie-
bātur [quesiui] interius intellectū
verborū tuorum feruenter desideran
do et a te deuote petēdo vt intelle-
cta implerē operādo. Nec mirū: qr
quē dn̄s docet facile doctores et se
nes superat. intellexi mādata et Et
opere compleui ea: quia per cōside
rationem legis tue directus.

5 Ab omni uia mala
prohibui pedes meos:
ut custodiā uerba tua.

¶ [Ab omni via mala] et crimina-
li ipsorum doctorum et seniorum: ac omniū
pctōrum [phibui] et cohibui ne peruer-
tate corum subuerterer [pedes meos]
i. affectus et gressus: quasi pronos
et volētes ire in malū et ad hoc pro
hibui [vt custodiā verba tua] .i. mā
data tua: non tantum a malo de-
clinando/sed etiam quod bonum
est faciendo. Sic enim verba dei

custodire possumus si post malum non eamus sed semper ad id quod bonum est tendamus. Sic autem prohibui pedes meos a via eorum: quia

6 A iudiciis tuis non (†quia)
declinaui: † quia tu legem posuisti mihi.

¶ [A iudiciis tuis] .i. ab his que tu iudicas fieri et que constituisti ad regulam viuendi .i. a semitis veteris vel noue legis [non declinaui] vel diuerti: sed perseueranter eis credidi: et adhesi omnia recte adimplendo: aliter enim in eterno condemnarer iudicio [quia tu legem] mandatorum quam absque omni declinatione teneor sequi [posuisti mihi] vt ea diligerem et facerem. Euangelium quippe scripsisti in corde meo non vt sicut seruus timerem/sed vt filius diligerem. Et non solum intellexi mente et impleui opere: sed etiam annunciaui aliis ore. Unde sequitur

7 Quàm dulcia fauci- (†verba tua.)
bus meis † eloquia tua: (†et fauum)
super mel † ori meo.

¶ [Quam dulcia] .i. valde dulcia sunt [faucibus meis] interioribus ad deglutiendum .s. palato cordis quo dulcedo celestium in presenti aliquo modo sentitur et pregustatur [eloquia tua] in quibus remissio et vita predicatur: et sunt etiam eloquia tua dulcia [super mel] .i. super omnem dulcedinem corporalem et incomparabiliter [ori meo] exteriori ad loquendum divina eloquia electi non solum audiunt: sed etiam gustant vt eis in corde sapiat quod reproborum non mentibus sed solum auribus sonat. Et nota quod vbique in his comparationibus non ponit sicut sed super: quia hec diuinis non possunt comparari. Sequitur

8 A mandatis tuis intellexi: propterea † odiui (†odio habui.)
omnem uiam inquitatis.

¶ [A mandatis tuis] et per ea [intellexi] quia ea faciendo ad altitudinem sapientie perueni: per obedientiam enim et impletionem mandatorum peruenitur ad sapientiam occultorum. Unde in ecclesiastico. Concupisti sapientiam serua mandata: et dominus prebebit tibi illam. (Eccl. i. b.) Ecce quomodo operatio precedit intelligentiam: practica theoricam. Unde custodienda est obedientia vt percipiatur sapientia: et percepta sapientia non est deserenda obedientia propterea vt in mandatis et sapientia amplius proficeres [odiui omnem viam iniquitatis] necesse est enim vt oderit omnem iniquitatem amor iustitie et dulcedo sapientie.

Nun.

1 LVcerna pedibus meis uerbum tuum: & lumen semitis meis.

¶ In hac litera decimaquarta qui supra se dixit seruasse mandata lumen verbi pedibus suis radiare gaudet et initium boni et perfectionem christo tribuit: et ideo premittitur litera. Nun que interpretatur vnicus vel pascua eorum id est qui est singularis adiutor et pascua animarum: ipse enim nos adiuuat (Nun quid interpretatur.) pascit et reficit: bona est hec pascua quia carpis illic nouum florem resurrectionis: lilium eternitatis: et rosam dominici corporis et sanguinis: docet autem hic propheta humilitatem quam christus in se docuit: et q. d. quod sic mihi profeci et aliis non est a me ecce humilitas. Sed [Lucerna pedibus meis] scilicet pedibus mentis lu-

ces in nocte huius seculi vbi sunt fouee et laquei est[verbum tuum]sci licet christus qui est verbum in prin cipio apud patrem. Vel[verbum tuum] scilicet sacra scriptura quod a pro phetis et apostolis seminatur et idem verbum est[lumen semitis meis]scz semitis bonorum operum: dirigit enim gressum mentis mee: et premonstrat mihi in operibus se mitam vite: vnde prius dixit pedi bus: deinde semitis: vt nos prius clarificati corde post rectis gressi bus ambulemus. Et ideo precunte hac luce quasi in lumine ambulans

2 Iuraui: & statui custo dire iudicia iustitie tue.

¶ [Iuraui et] p.s. [statui]firmiter apud me et quasi per iuramentum sine mutatione in corde dispositum: ita debz meus fixa esse in custodiendis iu dicijs iustitie dei vt sit omnino pro iura tione quod statuit[custodire] inter quelibet pericula[iudicia iustitie tue] i. mandata et precepta legis tue iu stissime: et que secundum iustitiam tuam ser uari voluisti: vt a nullo inde mo uear: sz pro his etiam gratia sustineam. Unde subditur. Et ideo quia cu stodio

3 Humiliatus sum † usquequaque: domine uiuifica me secundùm uerbum tuum.

† valde.

¶ [Humiliatus] i. afflictus [sum vsquequaque] id est valde: ac vehementi persecutione et tribulatione: et ideo non deficiam o[domine viuifica me] confortando me gratia tua: et dando patientiam[secundum verbum tuum] i. secundum promissum tuum quo promisi sti pro te tribulatis adesse vt iudi cia iustitie tue valeam custodire: aliter et aia nisi viuifices moritur in tribulatione: ac mundi ac diabo li et carnis impugnatione.

4 Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.

¶ [Voluntaria oris mei] interio ris et exterioris: id est sacrificia ora tionis et laudis charitate non timo re oblata: que inter angustias mu tus sed voluntarie et ex corde per os meum profero et ad te dirigo[be neplacita tibi[facio[domine] id est placita sint tibi et accepta[et] hac oblatione placatus[iudicia tua] id est tua mandata[doce me] amplius scz non solum intelligere: sed etiam opere adimplere. Et sunt hec ver ba proficientis et addi sibi ad id quod acceperat postulantis id est doce. Quia

5 Anima mea in mani bus † meis semper: & † legem tuam non sum oblitus.

† tuis † legis tue.

¶ [Anima mea] est[in manibus meis semper] id est quotidie peri clitor et sum in periculo continuo ratione vehementis impugnatio nis: et quasi in manibus meis san guinem meum et animam meam porto: quam et tamen viuificandam tibi offero[et] tamen per hoc[legem tuam non sum oblitus] immo iugi medita tione illam teneo in mente et perfi cio in opere. Ille enim legem dei me moriter tenet qui hoc quod legit opibus exercet. Quam sic oportet custodi ri vt eam malorum prauitas non pos sit corrumpere. Unde nunc subdit

6 Posuerunt peccato res laqueum mihi: & † de mandatis tuis non erraui.

† sed

¶ [Posuerunt peccatores] s. homines ma

li ⁊ demones[laqueum]scʒ tenta
tionis[mihi]id est ad me capien-
dum:laqueus sunt diuitie/deli-
tie/honores/⁊ vniuersaliter om̄ia
vitia ⁊ pctā[⁊]tamen[de manda-
tis tuis non erraui]q: per gratiā
tuā me cōseruātē ab illis nō reces
si sed in operatione custodiui ⁊ sic
laqueos euasi. Mādata ergo dei
sunt auxiliū celeste ⁊ antidotū cō
tra laqueos:⁊ venena seculi ⁊ dia
boli quibus capi non valet qui a
mandatis non declinat.⁊ ideo

Iqm̄ 7 Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: † quia exultatio cordis mei sunt.

¶[Hereditate].i. firma possessio
ne[acquisiui]omnib⁹ aliis dereli
ctis[testimonia tua].i.pcepta tua
per testificationē tuā in lege cōfir
mata[in eternū]⁊ hic ⁊ in futurū
quasi diceret imobiliter ea teneo
sicut hereditas est immobilis pos-
sessio ⁊ sunt hereditas mea i eter-
nū[quia exultatio cordis mei sunt
dum mihi vitā eternā promittunt.
Quia ecclesia in mādatis dei dele-
ctatur ⁊ exultat:⁊ si afflictio corpo
ris exultatio tamē cordis sunt.Et
ergo letus

8 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternū: propter retributionem.

¶[Inclinaui] per humilitatem
[cor meum]id est voluntatem ⁊ af
fectum nō tm̄ corpus meū[ad fa-
ciendas iustificatiōes tuas]id est
precepta tua ad cogitandum vel
audiendum vel docendum tantū
[in eternū]id est q̄diu vixero non
ad tempus sicut multi.Uel iusti-
ficationes dicit opera bona que
fiūt respectu mercedis eterne:que
⁊ si eterna nō sunt:dilectio tamen
qua facimus eterna est[propter
retributionem]vite eterne vt illā
merear accipere quam desidero:⁊
summo affectu desiderare debeo.

Samech.

1 Iniquos odio habui: & legē tuam dilexi.

¶Qui supra dixit lu
mē dei pedib⁹ suis radiare:in hac
decimaquīta litera agit de odio ini
micorū q legi dei aduersātur:⁊ qz
diligēs cautela est habēda in odio
inimicorū ⁊ dilectione amicorum:
ideo huic octonario proponitur li-
tera Samech que interpretat au-
di vel firmamētum quod concur- Samech
rit:quia nemo firmatur qui non
audit int⁹ spiritualiter aurib⁹ cor qd interpretatur
dis qd sequi debeat.Et quasi di-
cat inclinaui cor meū ad faciēdas
iustificatiōes tuas[Iniquos]aūt
⁊ exleges[odio habui]iquātū ini-
quos.s.nō naturā sed pctm̄:qz q̄
sunt p naturā diligo:qd aūt sunt
p culpā odio:⁊ exponit quare di-
cēs[⁊].i.qz[legē tuā dilexi]vt sm
eā viuerē ⁊ me regulare:p quod
indicat nō se in eis odisse naturā
qua hoīes sunt.sʒ iniqtatē qua le-
gi quā diligit inimici ⁊ ꝯtrarii sūt.
Qui em̄ legē diligit legis aduer-
sarios q̄cūq sint odit qz nec amis
ci contra deum sunt audiendi:⁊ si
mala suadent sunt vitandi.Et qz
legem dilexi.Ideo

2 Adiutor & susceptor meus es tu: † & in uerbū tuū supersperaui. † nō habet et

¶[Adiutor]ad bona facienda[et
susceptor meus]ad mala euaden-
da.Uel[adiutor]in presenti[et su
sceptor]in futuro[es tu] qui in

te sperantes nunquam derelinquis[et in verbum tuum] id est in promissionem tuam de futuris[superspe raui] tanquam filius promissionis semper addens spei: quia scio quod reddes que promisisti. Quis enim speravit in te et confusus est: et quia in deum sperans a peccatorum consortio separe se debet recte subiungit ergo.

3 Declinate à me maligni: & scrutabor mandata dei mei.

¶ [Declinate] id est recedite[a me maligni] qui me a lege dei retrahere nitimini: et tunc libere et sine impedimento [scrutabor mandata dei mei] a quibus scrutandis mali nos auocant: modo persequendo vel litigando: modo nos honorando vt ipsa que lege dei debemus terrenis eorum negotijs iuuandis impendamus. Et nota quod ab illo versu primi octonarij. Tu mandasti. vsque in finem totius psalmi continue psalmista sermonem dirigit ad deum preter quam in versu isto: dum enim ex deuotione deum alloqueretur surripuit ei cogitatio de malignis qui eum a mandatis dei retrahere videbantur: quos vt deuotionem in sequentibus continuet hic alloquendo quasi muscas irruentes ab oculis abigit et fugat. Quibus fugatis ab adiutore suscipi precatur.

4 Suscipe me secundum eloquium tuum & uiuam: & † non confundas me ab expectatione mea.

Inc

¶ [Suscipe me] filium prodigum ad te reuertentem[secundum eloquium tuum] id est promissum quod est de venia ingemiscentis: et ad deum se conuertentis[et viuam] in anima et hic vita gratie: et in futuro vita glorie euadendo mortem quam mihi conantur hostes inferre et[non confundas me] id est confundi permittas[ab expectatione mea] frustrando me a collatione gratie quam a te spero et expecto. Et quasi responsum sit ei in silentio si non vis confundi ab expectatione tua non intermittas meditari iustificationes meas sentiens iste meditationes quandoque languoribus anime impediri dicit

5 Adiuua me & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

¶ [Adiuua me] quia per me et a me nihil possum[et saluus ero] ab omni temptatione tuo adiutorio munitus et accepta salute[meditabor in iustificationibus tuis] id est in tuis mandatis et hoc e[semper] id est omni tempore ne adiutus in aduersis postea negligens sim in secundis. Vel [meditabor in iustificationibus tuis] credens te solum iustificatorem et firmiter tenens quod nemo iustus est nisi a te: et hoc semper. i. quamdiu viuam nunquam me iustificans sed semper humiliter peccata confitens. Et necesse est mihi: quia

6 † Spreuisti omnes discedentes à † iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

† ad nihilum deduxisti
† iustificationibus.

¶ [Spreuisti] i. despexisti et a te abiecisti[omnes discedentes a iudicijs tuis] id est preceptis tuis: eas non meditantes: non amantes: nec curantes: vel eos qui non obtemperant peccata. Non autem discedunt[quia iniusta] est[cogitatio eorum] i. retorta a rectitudi-

ne iustitie versat circa malum. Vel iniusta cogitatio est velle peccare et iudici nolle satisfacere: sufficientem causam discedendi posuit cogitationem: hoc enim acceditur ad deum vel disceditur ab eo a quo omnia bona vel mala procedunt. Et ideo spreui isti, quia

7 **Preuaricantes † reputaui omnes peccatores terræ: † ideo dilexi testimonia tua †.**

† depu-taui vel putaui vel exi-stima-ui. † ppter ea. † semp.

¶ [Preuaricantes] id est legem transgredientes [reputaui omnes peccatores terre] qui a iustitijs tuis discedunt: quia vel transgrediuntur legem in paradiso datam: ad cuius transgressionem pertinent paruuli propter originalis vincula peccati vel legem scriptam in codice: vel naturalem insitam in corde dicentem quod tibi non vis fieri alij ne feceris: quam nullus sinitur ignorare: dum id quod facit non vult pati: et sic omnes peccatores sunt preuaricatores: id est a lege dei variantes seu declinantes [ideo] vt non essem preuaricator et peccator [dilexi testimonia tua] id est precepta voluntati tue testificantia. Et ne mouear ab illis

8 **Configе † timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.**

† cla-uis q.

¶ [Confige] id est comprime [timore tuo] casto [carnes meas] i. carnalia desideria: illa scilicet reprimendo et mortificando: quia inde prouenire solet preuaricatio [a iudicijs enim tuis timui] quibus grauiter punis delinquentes: et in hoc seculo et in futuro iam timui timore seruili quasi diceret: da mihi timorem castum quo comprimantur carnalia vitia: ad quem pertendum timor seruilis me perduxit quo tua timui iudicia. Timor enim ille quo non amatur iustitia sed timetur pena seruilis est: quia carnalis est: et ideo carnem non crucifigit non viuit peccandi voluntas et sequeretur opus si speraretur impunitas mallet enim licere et dolet non licere quod lex vetat quia non spiritualiter eius bono delectatur: sed carnaliter malum metuit quod minatur. Timore autem casto peccare timet charitas: etiam si sequatur impunitas.

Ayn.

1 **Feci iudiciũ & iustitiã: † non tradas me † calũniantib' me.**

† ne † nocen-tibus.

¶ Qui supra dixit odio se habere iniquos in hac decimasexta litera petit aduentum christi: quia tempus est superbos destrui et quia tunc vigilandum est contra christiane fidei aduersarios: ideo huic octonario preponitur litera. Ayn que interpretatur oculus et intelligitur spiritualis quo preuidet quid tenendum sit et quid non. Vel Ayn interpretatur fons quod conuenit: quia videre est fons vel origo iustitie vel peccati. Si enim videns pulchram mulierem laudasti opus dei: oculus tuus fuit fons iustitie. Si autem concupisti fons peccati. Si etiam videns possessiones pupillorum inuasores eorum repulisti: oculus tuus fons fuit iustitie Si autem inuidisti et inuasisti fons peccati. Iste ergo preuidens iudicium dei bona fretus conscientia dixit: contrarijs autem carnalibus concupiscentijs que rectum impediunt iudicium [Feci iudicium] interius diligenter quod bonum est discutiendo: et in iudicijs discernendo [et iustitiam] exterius quod iustum est exequendo et operibus adimplendo: et ideo [non

Ayn interpretatur.

tradas me]id est tradi permittas me deserendo secundum animam etsi secundum corpus[calumniantibus me]id est crimina mihi false imponentibus:et propter iustitiam me persequentibus quasi dicat nõ permittas me incidere in potestate eorum sic vt timendo mala perpeti eis cedam vt mala faciam a quo accepi victoriam concupiscentie ne voluptate pertrahar ab illo etiam petit robur patientie ne dolore frãgatur. Nec inq̃ tradas me: sed potius.

2 † S[u]scipe seruum tuũ in † bonum: non † calumnientur me superbi.

excipe | bono | vt

¶[Suscipe]id est sursum cape vt patronus[seruum tuum]quasi diceret prosit mihi q̃ seruus tuus sum non alterius[in bonum]gratie et virtutis. Illi impellũt vt cadam in malum tu excipe in bonum [non calumnientur me]id est non me superent et capiant calumniando[superbi] scilicet spiritus maligni et homines iniqui eorum ministri a quibus humilitas christiana despicatur Sed horum omnium calumnie vincuntur cum diligentissima pietate christus et eius eloquia attenduntur. Unde iste dicit:

3 Oculi mei defecerũt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.

¶[Oculi mei]interiores scilicet intellectuales et intuitus mẽtis [defecerunt]a se sitienter et ardenter intuendo[in salutare tuum]id est in christum eius aduentum prestolando. Isti oculi anime tota mentis intẽtiõe in xp̃o sunt defixi. In illo enim quẽ diligimus totis oculis occupamur ne quicq̃ aliud videre delectat. Non potest hoc dicere nisi qui a mundanis solicitudinibus et voluptatibus intentionem omnem sue mentis euertit [et in eloquium iustitie tue]eloquium iustitie dicit verba euangelica que christus dicturus erat vt nos iustificaret iustificant enim opere perficientem ac continent iustitiam et veritatẽ. Unde.

4 Fac cum seruo tuo secundũm misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

¶[Fac cum seruo tuo]non alterius id est mecũ[sm̃ miam tuam]et nõ sm̃ iustitiã meã vel merita supplẽdo defectũ meũ p tuã gratiã. Infinita petit q̃ sm̃ misericordiã fieri sibi querit. Et subiũgit q̃d fieri velit dicens[et iustificationes tuas]mãdata tua. Uel[iustificationes tuas]in lege contentas quibus iustos facis nõ homo se[doce me]vt possim eas intelligere earumq̃ virtutem(sicut sepius optaui)aduertere et ego opere adimplere. Et ideo doce me:quia

5 Seruus tuus sum ego:da mihi intelle†ctum ut † sciam testimonia tuã.

† discas

¶[Seruus tuus sum ego]et non alterius:quia nullum alium deum vel dominum profiteor nisi te:propter quod teneor mandatum tuum adimplere:quod non possum nisi intelligam et sciam:et ideo[da mihi intellectum]instruendo me[vt sciam testimonia tua]id est precepta et mandata tua:et sic valeam adimplere ea. Nunquam est intermittenda ista petitio: non enim sufficit accepisse intellectum et dei testimonia didicisse nisi semper

accipiatur et quodammodo sem per bibatur de fonte lucis eter ne. Ad testimonia quippe dei quã to fit quis intelligentior tãto ma gis ac magis sitiuntur. Et ideo da intellectum: quia modo

6 Tempus faciendi † domine: dissipauerũt legem tuam.

Marginal note: Iohã.

¶ [Tempus] est hoc [faciendi] o [domine] et adiuuandi non diffe rendi scilicet vt des mihi intelle ctum et instruas me seruum tuum quia iniqui [dissipauerunt legem tuam] preuaricando aliter q̃ pre ceptum foret agentes et preuarica tionis iniquitate eius integritatẽ non custodiẽtes. Cum enim ab ini quis dissipatur lex dei tunc adest tempus intellectum dãdi / docẽdi: loquendi / et predicandi. Hec pos sumus referre ad mores quotidia nos: nunc enim propter fidei defe ctum opus esset facto vt viri iu sti opponerent se hostibus ecclesie in martyrio. Et

7 Ideo dilexi manda ta tua: super aurum & thopazion.

¶ [Ideo] scz quia ego seruus tu9 sum: et tu dominus meus es: et quia iniqui dissipauerũt legem tuam: ego econtra tãto magis [di lexi mandata tua] vt ex dilectione implerem ea sane et veraciter in tellecta [super aurũ et thopazion] id est plusq̃ quecũq3 preciosa et su per omnia mundana: ponit enim rem determinatam pro indetermi nata. Cum ipsa mandata super au rum et lapidem preciosum aman tur omnis pro ipsis mandatis ter rens merces vilis reputatur: nec vlla ex parte cõparantur quecũq3 alia bona hominis his bonis qui bus ipse homo fit bonus.

8 Propterea ad omnia mandata tua † dirige bar: omnem uiam † ini quam odio habui.

Marginal notes: † corri gebar. † iniq tatis.

¶ [Propterea] id est propter hoc q̃ ita dilexi [ad omnia mandata tua] quibus dilectione coherebas [diregebar] in cogitationibus ver bis et operibus illa recta intentio ne faciendo: et in omnibus secũ dum ea me regulando vt ad dex teram vel ad sinistram non decli narem et ex rectis rectus fierem. Unde [omnem viam iniquam] sci licet a recta via ad peccata ducen tem [odio habui] ita vt omnia ma la euitarem. Qui enim amat rectã viam necessario odit iniquam: quia ofs ad oĩa nõ põt dirigi mãdata. bonũ enim sese diligit aspernatur q3 contraria. Phe.

1 Mirabilia testi monia tua †: † ideo scruta ta est ea ani ma mea.

Marginal notes: † dñe. † pp̃ter hoc.

¶ In hac decimaseptima litera dicit se os aperuisse et spiritũ attra xisse vt eius audiatur oratio: et plo rasse: quia non est lex a iudeis cu stodita: vnde congrue huic octona rio premittitur litera Phe que in terpretatur errauit: quia hic con dolet his qui errando a via veri tatis columniãtur quib9 proponit qão scrutat legẽ et qualẽ intellectũ in ea hẽat. Iste ergo dolẽs de erro re ppl̃i: sz nõ desperãs dt. [Mira bilia] s. sũt [testimonia tua] i. mã data cũ testificatiõe i lege data q̃ et sũt testimonia bõitatis dei. Ul [testimõia tua] i. sacra scriptura q̃

Marginal note: Phe. q̃d iter ptatur.

attestatur dei opera et facta. Et sunt mirabilia: quia per ea virtus misericordie iustitie et potentie dei: in parcendo alijs alios puniendo et insolita faciendo hominibus innotuit [et ideo] diligenti indagine querendo [scrutata est ea aia mea] vt me ad intelligendum: et credendum illuminarent et in operibus dirigerent: quia

2 † Declaratio sermonum tuorum illuminat: † & † intellectum dat paruulis.

†manifestatio. †intelligere facit paruulos.

¶ [Declaratio] id est manifestatio [sermonum tuorum] id est mandatorum tuorum vel sacre scripture [illuminat] animam meam dirigendo vt sciat quid agendum sit et quid omittendum: ideo sequitur [et intellectum] scilicet interiorem et intelligentiam [dat paruulis] id est vere humilibus: soli enim paruuli illuminantur. Unde dominus in euangelio. Confitebor tibi pater domine celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Noli ergo presumere de te et de tua quia nulla est virtute et intelliges et cum desiderarem complere mandata

Matth. xi.

3 Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

¶ [Os meum aperui] petendo/ querendo/pulsando / confitendo. Uel [os meum] scilicet anime id est mentis introitum et cordis auiditatem [aperui] sicut sitiens in estu aperit os suum hoc est intellectum per conatum extendi ad discendum et capiendum verbum dei et sitiens [attraxi] et hausi [spiritum] bonum vnum faceret quod per me non poteram quia mandata tua desiderabam pre omnibus scire et facere. Modum ipsorum qui ex vehementia desiderij alicuius inspirant exprimit et cum multis suspirijs desiderium mandatorum implendorum ostendit: et quia desiderabam mandata: ergo.

4 † Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.

†respice.

¶ [Aspice in me] radios gratie ad me dirigendo: et vide conatum meum dando gratiam quam peto. Unde quia aliquando aspicit iratus vt perdat addit [et miserere mei] auxilium mie mihi impendendo et hec [secundum iudicium diligentium nomen tuum] id est secundum iudicium quod fecisti in eos qui te diligunt: quia vt te diligerent tu prius eos ex misericordia dilexisti: vel iudicium dei est vt diligentibus det auxilium mie ne sui decipi valeant vel deficere: quasi diceret: ita fac mihi sicut soles facere eis qui diligunt te. Et

5 Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis † iniustitia.

†iniquitas.

¶ [Gressus meos] id est motus anime et affectus vel opera mea: quibus velut gressibus progredior in vita [dirige] non secundum corporeas meas voluntates: sed [secundum eloquium tuum] id est secundum tua precepta et iussa ne seducantur per vitia. Unde subdit [et sic] non dominetur mei] id est non preualeat mihi dominando licet pulset tentando [omnis iniustitia] id est quodcunque peccatum et dicit omnia quia in alijs legem seruasse non sufficit si in vno offendit: orat hic vt precepta que deus imposuit iubendo implere faciat adiuuando. Et

Redime

6 Redime me à calum
nijs hominum: ut custo
diam mandata tua.

¶[Redime me a calūnijs] id est falsis criminationibus & criminū impositionibus [hominū] scz impugnantium me: et controuersijs vias meas impedientium: hoc est dato spiritu tuo sancto tu age et fac ne criminationes eorum falsas pertimescas; ne me calūnie eorum terroribus vincāt: & a tuis mandatis ad sua mala traducant. ita vt data mihi patientia etiam inter ipsas calūnias [custodiam] quieti⁹ & deuotius [mandata tua] viuendo secundum ea. qui enim opprimitur calumnijs non facile seruat mandata. Et

7 Faciem tuam illumi
na super seruum tuum:
& † doce me iustifica
tiones tuas.

†docēdo.

¶[Faciem tuā] vel gratie vel spiritualis in scripturis intelligētie [illumina super seruum tuum] id est presentiam gratie tue manifesta subueniendo & opitulando; vel fac me clare cognoscere scripture sacre veritatem per quam tanq̄ p faciem et speculum cognosceris [et] sic illuminādo [doce me iustificationes tuas] in lege & scriptura cōtentas vt faciam eas scilicet precepta quibus iustificas. Non enim sufficit scire si non detur & facere. Ex operib⁹ enim probatur q̄ntum q̄s in scriptura sacra pfecerit: ita fac sicut deprecat⁹ sum & debes. quia

8 Exitus aquarū † de
duxerunt oculi mei:
quia non custodierunt
legem tuam.

†descēderunt

¶[Exitus aquarum] .i. effusiões lachrymarum pro recordatiōe peccatorum [deduxerunt oculi mei] copiose lachrymando [q2 nō custodierunt legem tuam] idem ipsi oculi mei per quos tanq̄ per fenestras mors intrauit. Uel [q2 nō custodierūt legē tuā] ipsi calūniātes & vtraq3 de causa plorandū est: & pro peccatis ppriis: et pro alienis. Ideo autem ita flet nec tedio vincitur: nec labore lassat: q2 sic flēdo impetratur gr̄a dei delēs iniquitates & adiuuans volūtatē. Zade.

1 IUstus es domine: & rectū
iudicium tuū.

¶Uicta carne clauisq3 confixa a peccatis p lachrymas deletis: in hac decimaoctaua litera iudicia dei laudat & eloquia ignota veneratur: petens intellectū vnde viuat & se consoletur. Uñ huic octonario premittit lr̄a Zade que interpretatur cōsolatio. Ubi precedit pura confessio: ibi sequit salubris cōsolatio: qui ergo supra iniustitiam suam deflēdo accusabat et tristis de errore calūniātiū lachrymas fundebat: hic se ɔsolat p iustitiā dei quā cōfitet & laudat quasi diceret: iō sic ploro petā quia scio q [Iust⁹ es] [i tēpo] [o dñe] [tu q punis petā] [& rectū le st] [iudiciū tuū] quo alios bm iustitiā tuā iudicas: hec itaq3 iustitia dei rectūq3 iudiciū oī est metuēda peccāti: hac em̄ dānātur diuinitus quicūq3 dānantur: nec omnino est qui dei sua damnatione contra deum iustum conqueri possit. O peccator attende istum versiculum & desine facere malum: quia iustum est dei iusti iudicium: reddit enim vnicuiq3 iuxta suum meritum et demeritum.

Zade q̄d interpretat.

Et vere iustus quia

• a Mandasti iustitiam
†valde testimonia tua: & veri-
tatem tuam † nimis.

¶ [Mandasti] id est precepisti sci licet tu qui sic iustus es et alios iu ste iudicas [iustitiam] id est man data tua iusta scilicet [testimonia tua] quia probant te iustum [et veritatem tuam] quia probant te verum [nimis] id est valde custodiri precepta diuina: propter diuersas significationes diuersis nominibus nuncupantur. Justa dicuntur eo quod iuste viuere nos docent. Testimonia appellantur quia dei voluntati ac bona bonis mala malis attestantur. Veritas nuncupantur quia veritatem continent et vera sunt que dicunt et quia mandasti. ideo

3 † Tabescere me fe-
†tabe fecit me. cit zelus meus: quia
obliti sunt † uerba tua
†verbo rum tuorum. inimici mei.

¶ [Tabescere] id est pene merore deficere [me fecit zelus meus] id est charitas et feruens amor circa legem quam feruebam vt custodiretur lex tua ab alijs [quia inimici mei] qui me odiunt [obliti sunt] .i. propter legem tuam quam teneo [obliti sunt] .i. sic agunt acsi obliti essent verba tua [et precepta. facientes contra ea acsi nihil reputarent illa. Iste non ingratus gratie dei per quam fuerat ex inimico reconciliatus deo: etiam suos inimicos diligebat et eos deo zelabat tabescens et dolens pro eis. Ideo autem sic zelo. quia

4 Ignitum eloquium
†valde tuum † uehementer: & ser
uus tuus dilexit illud.

¶ [Ignitum] est spiritu sancto [vehementer] id est valde [eloquium tuum] ia te in lege datus: id est verba sacri eloquij tui: quia purgat corda vt fornax aurum accendit: et inflamat ad dilectionem: illuminat ad cognitionem: hunc ignem venit dominus mittere in terram [et ideo seruus tuus] scilicet ego et quicunque tibi obediens [dilexit illud] zelando pro ipso. Qui enim eloquia dei diligit: id in opere cum feruore perficit: et oblitos ad hoc adducere flagrat quod ipse ardenter amat. Et cum hoc ita sit et si

5 † Adolescentulus
sum ego & contemptus: †iunior ego sum
iustificationes tuas non
sum oblitus.

¶ [Adolescentulus] et iunior [sum ego] id est reputatus insipiens et sine scientia ad modum adolescentis [et contemptus] id est despectus ab inimicis: tamen [iustificationes tuas] id est mandata tua [non sum oblitus] vt illi maiores scilicet inimici mei: sed frequenter habeo in corde ad meditandum: in ore ad docendum: et manu ad faciendum. Ubi nota Quamquam hec dauid ex persona sua dicat quod adolescentior ceteris fratribus quasi contemptus ad oues pascendas directus dehinc regno electus est: tamen hec ad populum christianum referenda sunt qui prius contemptus recolens iustificationes dei: et accipiens prioris primogenita prior effectus est. Et merito non sum oblitus: quia

6 Iustitia tua iustitia in
æternum: & lex tua ue-
ritas.

¶ [Iustitia tua] o deus qua iuste reddis vnicuique iuxta opera sua est [iustitia in eternum] duratura: quia eterna bona bonis: et

eterna supplicia malis promittit: et a nullo vnq̄ calūniari poterit. Uel iustitia dei est eterna: quia q̄s quis eam sequitur in eternū gaudebit: sȝ iustitia hominis id est ab homine instituta est temporalis: et quandoqȝ patitur calūniā [et lex tua] est [veritas] in se et vera per omnia quia nullam continet falsitatem. Uel [Lex tua] noua est [veritas] et res non vmbra et figura vt lex vetus. Et pro hac lege tua

7 Tribulatio & † angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

† necessitas.

¶ [Tribulatio] exterior [et angustia] interior: que immittuntur iustis tanq̄ munera ad pōdera peccatorum deponenda et merita augmentanda [inuenerunt me] expectantem et paratum id est venerunt super me: et quantuncunqȝ seuiant tamen his non obstantibus [mandata tua] non vindicte [meditatio mea est] quod est remedium contra tribulationes. quasi diceret: nulla tribulatio a lege tua diuellere me poterit. Seuiant ergo inimici et persequantur dum tamen mandata dei non relinquantur: et ex ipsis mandatis etiam qui seuiunt diligantur. Quia

8 † Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi & uiuam.

† iustitia.

¶ [Equitas] et iustitia in se et et equitatis indicatiua sunt [testimonia tua] scilicet precepta legis cū testificatione tua data vl' ipsa scripturarum verba [in eternum] et omni tempore: quia nūq̄ in aliquo iniqua vel falsa reperiuntur: et id in tribulationibus et necessitate [intellectū da mihi] ad ea cognoscenda et opere implenda: et vt sciā q̄ nihil est qd̄ persequētes tollāt [et viuā] vita grē in pnti et glie in futuro. Perfecta qdē virt9 est intellectus: si quis qd̄ sensu capit factis exequitur. Coph.

1 CLamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas † requiram.

† exqrā

¶ In hac decimanona litera promittit se iustificationes dei exquirere. Et quia quanto magis vult bonis insistere tāto magis diabolus conatur seducere: et in malis ne respiceret et concludere: opus est ad deum clamare: ideo post errorē accepta superius consolatione iste conclusus asperius clamat hic studiosius. Unde huic octonario premittitur litera Coph que interpretatur cōclusio vel aspice quod idē est in sensu: q2 conclusus debet circumspicere et causam periculi non dissimulare. Conclusio vero est in angustijs mētis cōtra quā adhibēda est medicina orōnis. Clama ergo ad medicū qui vero nō ferro sanare consueuit. Unde et iste ait. [Clamaui] ad te preces fundēdo [in toto corde] attēde quoad intellectū: deuote quo ad effectū: nō aliunde cogitando: nō aliud querēdo. Clamor cordis etiā silente voce a deo auditur: et ille clamor est magna intentio cogitatiōis: ille enim clamor fit sublimitate cogitationum contemptuqȝ virtutum: et ideo [exaudi me] o [domine] ad hoc scilicet vt [iustificationes tuas requirā] vtiqȝ faciendas non tm̄ sciendas quia non est satis ad deū clama

Coph q̄d interpretatur.

re sʒ ⁊ iustitias ac mādata ei⁹ ops exq̄rere ⁊ tenere. Et quasi repetit,

2 Clamaui † ad te sal- uum me fac: † ut custo- diam † mandata tua.

†nō hʒ ad †et †testi- monij

℄ [Clamaui ad te] orādo deuote: quia enim vndiqꝫ sunt hostes vo cādus est qui fit auxilio [et] [tu] [sal uum me fac] scilꝫ in anima a pec- cato ⁊ omni periculo [vt] [melius] [custodiam mandata tua] ea ope- re adimplendo. Ac si diceret da vi res vt possim implere quod iubes vt non negem per infirmitatem. Ubi enim est salus ⁊ vigor anime efficit vt facienda fiant et vsqꝫ ad mortem: si opus est certetur pro veritate vbi nō est ista salus ⁊ vir tus/ succumbit infirmitas,

3 Preueni in † maturi- tate & clamaui: † quia in uerbá tua supersperaui.

†tēpe- sta no- cte. †in ver bis tu- is spe- raui.

℄ [Preueni in maturitate] hic subauditur in id est in immaturi- tate, Per immaturitatem intelli- gitur nox intempesta id est impor tuna actionibus. Tempestiuū em̄ dicitur oportunū [et clamaui] orā do ad te domine: hoc est in tempo re nocturno ⁊ immaturo magno orandi affectu quasi quodam cla- more mentis preueni horam hu- manis actionibus oportunam: q: [in verba tua] quibus preuenien tibus et vigilantibus promittis bona eterna [supersperaui] id est valde ⁊ super merita speraui sem p crescēs in spe ēt in aduersis. Et

4 Peruenerunt oculi mei ad † te diluculo: ut meditarer eloquia tua.

†matu tinum.

℄ [Peruenerunt] lucē [oculi mei] interiores [ad te] directi in [dilucu lo] id est mane et tempestiue ante diem a simili strenui operarij qui ante lucem surgit ad bene operan dum [vt meditarer eloquia tua] suauia id est legem eloquia tua cō tinentem. Non enim lux soporatū repperit/ sed strenue vigilantem et circa diuina eloquia oculorum spiritualium intentione meditan tem. Pudor est enim si radius so lis in strato ociosum te inueniat, Et q: ita studiose ad te vigilo: iō

5 Vocem meam † au- di secundùm misericor diam tuam † domine: & secundûm iudicium tuum uiuifica me.

†exau- di dn̄e. †nō hʒ

℄ [Uocem meam] qua clamo ad te [audi] auferendo penam pecca- ti: ⁊ hoc [ꝫm misericordiam tuam] o [domine] de qua confido non ꝫm merita mea que non habeo: [⁊ ꝫm iudicium tuum] quo supplicibus parcis et se damnantes absoluis [viuifica me] per gratiā tuam ne moriar per culpam/ sʒ viuam per gratiam. Cōgruus ordo ꝙ premit titur misericordia et sequitur iu- dicium: prius enim deus ꝫm mise ricordiam aufert a peccatoribus penam: eisqꝫ postea iustis ꝫm iu- dicium dat vitam. Et necesse est vt viuifices: quia

6 Appropinquauerūt persequentes me † ini- quitati: á lege autē tua longè facti sunt.

†iniq- tate

℄ [Appropinquauerūt] id est ap- proximando se coniunxerunt [per- sequentes me] iniuste verbis ⁊ fa ctis [iniquitati] et sceleri scilicet me persequendo [a lege autē tua]

que precipit diligi proximũ ꝛ pro
hibet persecutionem innocentium
et omne peccatũ [loge facti sunt]
ex hoc ipso. Quo magis iniquita-
ti appropiant eo magis a iustitia
elongantur qui enim appropin-
quat vni extremo elõgat se ab op
posito: hoc ideo dicit vt causa sua
melior ꝙ illorum esse videatur. [Il
li appropinquauerũt: sed mihi nõ
nocuerunt: quia

7 Prope es tu domine:
& oẽs uiæ tuæ ueritas.

¶ [Prope es tu] o [domine] mihi
qui in lege tua maneo ad me sal-
uandum et eos repellendum [et
omnes vie tue] [sunt] [veritas] et iu
stitia. quasi diceret: dũmodo mihi
assistas siue dimittas in tribula-
tione siue liberes totum iuste fa-
cis qui nullum immeritũ dãnas:
sed multos immeritos saluas. Unũ
etiam in tribulationibus ꝙ eas
non immerito patiuntur tribuere
veritatem deo sanctorum est vsita
ta confessio. quicquid enĩ patiunt
totum merito se pati fatentur. Et

8 † Initio cognoui de
testimonijs tuis: quia in
æternum fundasti ea.

tab

¶ [Initio] id est ab initio vel a
principio: scilicet quo primo intel-
ligere cepi ea [cognoui de testimo
nijs tuis] id est verbis legis qui-
bus testatus es et promisisti datu
rum te esse regnum tuis filijs sem
piternum [quia in eternum funda
sti ea] mansura: quia id quod per
ea ꝓmisisti est eternum. Nam per
seipsa testimonia non erunt ne-
cessaria quando res ipã videbitur
propter quam credendam testimo
nia requiruntur. Uel testimonia
dicit precepta que dicunt in eter-
num fundata: quia pro eis negle-
ctis vel seruatis pena vel merces
redditur eterna. Res.

1 Vide humilita-
tẽ meã & eri-
pe me: quia le
gem tuam nõ
sum oblitus.

¶ Qui supra se dixit clamasse in
hac vicesima litera petit viuifica-
ri: quia precepta dei summo stu-
dio que sunt et quia nemo iustifi-
catur nisi per humilitatem que est
caput omnium virtutum iõ huic
octonario premittitur litera. Res
que interpretatur caput vl' prima
tus. ¶ Moraliter caput est humi
litas sꝫ illat⁹ nõ tenet hoc caput.
¶ Mystice caput nr̃m xp̃s est si-
ne quo viuẽdi vsus haberi nõ po-
test: et iõ seruari debet. Primatus
etiã est dñs xp̃s qui ablatus ma-
iori datus est minori iacob. i. popu
lo christiano. dixerat ille prope es
tu domine ergo. [Uide] oculo mi-
sericordie [humilitatem meam] .i.
placeat tibi humilitas mea que ẽ
in operibus et tentationibus que
omni christiano necessaria est [et
eripe me] a diabolo mundo ꝛ car-
nis tentamento [quia legem tuã]
que dicit qui se humiliat exaltabit
[non sum oblitus] sed memoriter
tenui. Uel [vide humilitatẽ] .i. af-
flictionẽ quam in nomine tuo pa-
tior [et eripe me] ab iniquis [quia
legem tuam non sum oblitus] qꝫ
nos non feriendo sed patiendo pu
gnare iussisti. Minus dicit scilicet
[non sum oblitus] et plus intelli
git scilicet ꝙ valde meminit. Et

Res qd in-
terpre-
tatur.

2 Iudica iudicium meũ
& redime me: propter
eloquium tuum uiuifi-

ca me.

¶ [Judica iudiciū meū] .i. discer-
ne causam meā quā habeo contra
diabolū et hoies iniquos trahen-
tes me frequēter ad malū [et redi-
me me] .i. tāq̄ precio redēptū libe
ra me a periculis et malis [ppter
eloquiū tuū] scz humilitatis obser
uatū. Uel [ppter eloquium tuū]
scilicet legis tue que promittit vi
tam et dirigit ad ea [viuifica me]
mō vita grē et tandē vita glie. ve-
recundie hoc dicit vt qui de meri-
tis diffidit propter verbū dei spe-
ret clementiam. me viuifica. Sed

5 Longe † à peccatori
†est bus salus: quia iustifica
tiões tuas nō exqsierūt.

¶ [Longe] scz est [a peccatoribus]
et impijs superbis [salus] a qua lō
ge se fecerunt [quia iustificatiões
tuas] .i. legem et mādata tua que
iustificant [nō exquisierūt] .s. vt fa
cerent et scdm ea viuerēt. Uel [iu-
stificationes tuas nō exquisierūt]
sed de sua iusticia presumpserunt.
Sed non est longe a me salus: qz
iustificationes tuas exquisiui. In
hoc omnes deuotos animat et per
fidos terret. Iste ergo a deo se ac-
cepisse videns hoc beneficium: vt
custodiret iustificatiões eius sub-
iungit. Uel et si longe sit a peccato
ribus salus tū nemo desperet: qz

4 † Misericordiæ tuæ
†mise- multæ domine: secun-
ratio- dùm iudicium tuum ui
nes. uifica me.

¶ [Misericordie tue] quibus be-
nefacis sine meritis et parcis pec
catoribus penitentibus [multe] o
[domine] qui nos de tot et tantis
eruis periculis: quia multipliciter
miseris misereris: et ideo confiaēs

ter petolbm iudicium tuum] quo
humiles exaltas vl' quo nūc discer
nis pios ab ipijs [viuifica me] per
augmētū grē tue. Et bn̄ post mi-
sericordiam subdit de iudicio: qz
non est misericordia sine iudicio.
Ideo autem viuifica me: quia

5 Multi † qui perse †perse-
quuntur me & † tribu- quētes
lant me: à testimonijs †tribu
tuis non declinaui. lantes

¶ [Multi] .s. sunt [q psequunt me]
mortifera suadēdo [et tribulāt me]
flagella inferēdo .s. demones et ma
li hoies tyrāni heretici et falsi frēs
et tū ppter hoc [a testimōijs tuis]
i. pceptis te testificātibus seu per
te in lege testificatis [non declina
ui] fult9 robore tui auxilij. vbi Am
brosius. Non est magnum si tunc Am-
a dei testimonijs non declines cū bros9.
te nullus affligit: nullus persequi
tur. Sed non vnus persecutor est.
Multos ministros habet: sed nō
te terreat per multas enim tribu-
latiões op3 nos introire in regnū Actuū
dei. Tibi proficit q̄ multi persecu- xiiij.
tores sunt vt inter multas perse-
cutiões facilius inuenias quomo
do coroneris. Sed quod peius est
nō hi solum persecutores sunt qui
videntur/sed etiam qui nō viden
tur: et multo plures persecutores.
diabolus enim multos ministros
suos dirigit qui non foris tantum
sed etiam intus faciāt persecutio-
nes in animis singulorum. perse-
quitur auaritia: persequitur am-
bitio: persequitur luxuria. Est eñ
malus spiritus fornicationis: est
malus spiritus auaritie: malus
spiritus superbie: verum vt multe
persecutiões ita martyria multa.
Quotidie testis es Christi. Tenta-
tus es spiritu fornicationis: sed
veritas Christi futurum iudiciū:

tenerãdã mẽtẽ ⁊ corporis castimo 6
niã nõ putasti martyres xpi. Tẽta
tus es spũ auaricie vt possessionẽ
minoris inuaderes: ⁊ tñ cõtempla
tiõe celestiũ pceptorũ opẽ magis
ferẽdã q̃ iferẽdã iniuriã iudicasti
testis es xpi. Tẽtatus es spũ super
bie: sʒ vidẽs inopẽ atq; egenũ pia
mẽte cõpassus es hũilitatẽ magis
q̃ arrogãtiã dilexisti: testis es xpi.
Quis eñi locupletior testis est q̃ q
cõfitetur dominũ Jesum in carne
venisse cũ euãgelij precepta custo-
dit: Nã qui audit ⁊ nõ facit negat
xpm: ⁊ si verbo fatetur operib⁹ ne
gat. Jlle ergo testis est q a stipulã
tibus factꝭ dñi iesu precepta testa-
tur. Quãti ergo in occultis quoti-
die martyres xpi sunt ⁊ iesum do-
minũ cõfitentur: ergo in persecu-
tionibus interioribus esto fidelis
⁊ fortis vt in forẽsibus persecutio
nibus approberis. Et in intimis p
secutionibus sunt reges et presi-
des terribiles iudices et potesta-
tes. Si culpa regnat: quot pecca-
ta: quot vitia: tot reges. Et ante
hos adducimur et ante hos sta-
mus: habent etiam isti reges tri-
bunal in mentibus plurimorum.
Sed si quis christum fateatur sta
tim regem illum facit esse capti-
uum deijcit de solio sue mentis.
Quomodo enim poterit diaboli
tribunal manere in eo cui christi
tribunal assurgit. Si declinas per
sequentem: christum abijcis. Ubi
illum viderit diabolus ibi tenta-
tionum machinas admonet vt il-
luʒ si possit excludat. Ergo qui per
secutorem refugit reijcit etiam de
fensorem. Sed cum audis multi
persequentes ⁊ tribulantes me no
li timere qui potes dicere. Si de⁹
pro nobis quis cõtra nos. Uerum
hoc dicit qui a testimonijs domini
nullo vitioꝝ declinat ãfractu. hec
Ambrosi⁹. Ego iquã nõ declinaui.

† Vidi † preuaricã-
tes & tabescebam: quia
eloquia tua non custo-
dierunt.

¶ [Uidi] autem [preuaricantes] id est ipsos legẽ tuã trãsgrediẽtes ⁊ a testimonijs tuis declinãtes: ce dẽtes psecutorib⁹ ⁊ tribulationes nõ ferẽtes: p quib⁹ amissis socijs dolẽt scti. vñ subdit hic [⁊ tabesce-bã] .i. ʒelo dei ⁊ charitatis accẽsus dolebã ⁊ merebã. deide exponit in q̃ sunt p̃uaricãtes dicẽs [q2 eloquia tua] ⁊ precepta tã dulcia tã vtilia [nõ custodierũt] sed in tribulatiõe negauerũt. Cõmendãs aũt se ⁊ dif ferens ab eis subiungit: Et ideo

† vidi' nõ ob-seruan-tes pa ctum. † insen satos.

7 Vide quoniam man
data tua dilexi domine:
in misericordia tua uiui
fica me.

¶ [Uide] ho- scilicet [quoniã mã data tua dilexi] nõ tñ in me seruã do: sed etiam in me ⁊ in alijs ʒelan do quod plus est q̃ seruare: quia hoc est charitatis illud necessita-tis. Jn dilectione quidem fructus est omnium passionũ et actionum. q.d. placeat tibi et remuneretur a te dilectio mea. Unde peto o [do-mine in misericordia tua] non in meis meritis et iustitia [viuifica me] vita gratie. tua enim miseri-cordia ⁊ gratia sola viuificat nos et saluat. Et vere viuificabis me: quia hoc dixisti in scripturis veris qui semper vera dicis. Nam

8 Principium uerbo-
rum tuorum ueritas: in
ęternum omnia iudicia
iustitiæ tuæ.

¶ [Principium verborum tuorũ]

est[veritas]id est a veritate ver-
c ba tua procedunt et ideo veracia sunt vt impleant quod promittūt quibus pronūciatur vita iusto:pena impio.Unde sequitur[in eternū]scz sunt et durabūt quātū ad effectum[oia iudicia iustitie tue] quibus reddis premia tibi obediētibus ꝛ penas inobedientibus:et hec iudicia nunꝙ mutabunt:quia sniam de bonis vel malis latam: nec tps nec vlla res subuertet:sed iudicia dei de oib⁹.s.pmia iustoꝝ ꝛ pene impioꝝ i eternū manebunt.

Syn.

1 PRincipes persecuti sunt me gratis: & à uerbis tuis formidauit cor meum.

¶ Qui supra hūilitatē deo obtulit in hac vicesima pma litera gratas sibi dicit persecutiones:quibus tāꝙ emplastris vulnera peccatorum curant.Unde dicitur da nobis auxiliū de tribulatione.Ideo huic octonario premittitur litera Syn ꝗ interpretatur super vulnus quasi emplastrum.dicit enim ꝙ tribulatio curat peccatorū vulnera ꝛ dat salutē.Uulnus ergo est peccatum: emplastrum est tribulatio.Uel vulnus est tribulatio:sup vuln⁹ est cōsolatio eloquiorū dei.Ad hāc ergo diuie gratie medicinā iste exultās vero samaritano vulnera sua curāda detegit quasi dicat viuifica me ꝛ necesse est:quia[Principes]hui⁹ mundi scilicet demones rectores tenebrarum harum:vel mali homines potentes scilicet tyranni heretici:ꝛ falsi fratres [persecuti sunt me]et hoc[gratis]id est sine causa ꝛ meis meritis vel frustra:quia nō habuerunt intentum ꝛ licet persequerentur:tamen[a verbis tuis] quibus comminaris transgressoribus legis tue penas ꝛ quibus ais. Qui me negauerit coram hominibus negabo ꝛ ego eum coram patre meo qui est in celis:et iterum. Nolite timere eos qui occidunt corpus:sed eum timete qui potest et corpus et animam occidere in gehennam magis ꝙ a minātibus verbis persecutorum[formidauit] ꝛ timuit[cor meum]id est ego in hac persecutione:qr timor tuus excludit timorē eoꝝ et sic vinco.Et iō

Syn ꝗ iterpratatur

Luc. xij.

Mat. x.

2 † Letabor ego super eloquia tua:sicut qui inuenit spolia multa. exultabo.

¶ [Letabor ego] quasi victor[sup eloquia tua]meditando ipsa:quia vtilia ꝛ salubria.Quisquis enim in verbis dei ne in certamine vincatur formidat:super eadē victor exultat:bona ergo trepidatio verbi dei que exultationem generat: quia eloquijs dei vulnera curant. letabor dico[sicut ille[ꝗ]post bellum inuenit[spolia multa]que possidere possit sine calumnia: imo valde ampli⁹:quia omnis thesaurus in comparatione illorum harena est exigua

3 † Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuā dilexi. Iniustitias.

¶ [Iniquitatē]nō hominē [odio habui ꝛ abominatus sū]prsus exhorrescens ꝛ longe a me faciēs[legem autem tuam]ꝛ si aliquando corripit:tn̄[dilexi]in affectu mētis tanꝙ quid vtile ꝛ honorabile prohibens iniquitatem ꝛ ex dilectiōe nō ex timore impleui.Amor quippe bonorum odio malorum proba- Bonoꝝ amor

malorum odio probatur. tur. Timore ergo casto non perit amor: et illa formido nō facit odiū verborum dei: sed integram charitatem vt deus ametur cuius verba timentur. Et

4 Septies in die † laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.

† laudaui te.

¶ [Septies in die] .i. in hac vita que septem diebus agit. Numerus quippe ille vniuersitatem indicat: quia septem diebus vniuersa tempora voluuntur. sic et illud. Septies in die cadit iustus scilicet tribulationibus et modis oībus humiliatus. et resurgit .i. non perit: sed proficit.

Prouer. xxiiij.

Vel [septies] id est septem vicibus scz in septem horis canonicis [in die] scilicet naturali [laudem dixi tibi] id est laudaui te [super iudicia] id est flagella [iustitie tue] id ē quibus corrigis et iustificas filios quos recipis. vel [sup iudicia iustitie tue] cōsiderando oia opa tua iusta q̄ sunt executiones tue iustitie. Et merito legem tuā dilexi. Quia

5 Pax multa diligentibus legem tuam: & non est † illis scandalum.

† eis

¶ [Pax multa] est: et si nō semper tpis saltē pectoris et tandē eternitatis [diligentibus legem tuā] quā flagellans oēm filiū quē recipis: qz charitas pellit oēs perturbationes et tribulationes. Etenim qui deū perfecte diligit tranquillus apud se manet. et si ē pugna foris nō intus [et non est illis scandalū] nec calcitrant contra stimulū: quia non sunt pusilli quorum ē scandalo exagitari. Vel [pax multa diligentibus legem tuam] et sacram scripturam: quia in ea inueniunt remedium contra omnem desolationem [et non est illis scandalum] hoc enim nos patientur finaliter ita vt offendant et in penas incidant: dilexi inquam legem et

6 Expectabam salutare tuum domine: & mandata tua dilexi.

¶ [Expectabam] scilicet in spe salutare tuum] o [domine] id est effectum salutarē sciz in tribulatiōe mea multiplicem cōsolationē [et] ideo [mandata tua dilexi] per q̄ habeo salutare et cōsolationē. vel [expectabā salutare tuū] o [dn̄e] sciz christū qui est salutare. Antiqui iusti primū aduentū expectauerunt: nos secūdū pro quo et illi et nos mandata diligimus dilexerunt antiqui mādata et christus eos liberauit. diligamus et nos mandata: vt cū apparuerit christus vita nostra tunc et nos appareamus cum illo in gloria. Et

7 Custodiuit aīa mea testimonia tua: & dilexit ea † uehementer.

† valde

¶ [Custodiuit aia mea] .i. volūtas mea [testimonia tua] et mandata diligenter ea in opere perficiendo et exercendo: sed quia hoc non sufficit sine charitate addit [et dilexit ea vehementer] id est valde intense quod plus est q̄ tantum custodire. Qui enim diligit ipse veraciter libenterq; custodit. Et hoc non meritis suis/sed deo attribuit dicēs. Ideo.

8 † Seruaui mandata tua & testimonia tua: quia omnes uiæ meæ in conspectu tuo †.

† custodiui. † dn̄e

¶ [Seruaui] diligēter ope iplēdo [mandata tua] noua [et testimonia tua] vetera [quia omnes vie mee].

id est cogitationes ac dicta et fa-
cta mea quibus velut quibusdam
vijs progredior et proficio in con-
uersatione vite mee [sunt in con-
spectu tuo] id est in presentia tua
et tibi placent quasi dicat per hec
potui custodire quia deus digna-
tus est intendere qui illuminat: et
errores fugat: quod si faciem auertis-
set fuisset turbatus nec ea custodis-
sem. Ad hoc ergo sunt in conspe-
ctu domini vie iustorum vt diri-
gat gressus eorum: quia nulla via
bona est nisi quam deus illumi-
nat.

Thau.

1 Appropinquet
Joso † deprecatio
mea in conspe-
Jbm ctu tuo domi-
ne: † iuxta eloquium
tuũ da mihi intellectũ.

¶ Qui supra gratas sibi fore tri-
bulationes dicebat: in hac vltima
litera christo proximare desiderat
precans vt veniat et ouem perdi-
tam reuocet. Et quia christus ve-
niens cõsummationem eterne bea
titudinis contulit: et ab errore ad
Thau patriam reduxit ideo huic octona-
qd iter rio premittitur litera Thau que
ptatur interpretatur errauit vel consum-
mauit: quia hic dicit se habere con
summationem ad vitam eternã.
Jam olim se errauisse dicit non
modo: nunc autem dicit se repor-
tandum ad patriam a pio pastore.
Nõ est enim vitijs/ sed profectus
renunciasse errori. Est etiam in hoc
consummatio: id est discipline per
fectio: quia plus est a vitio se reuo
casse quam prope vitia ipsa nescisse.
Imbutos enim vitijs animos ex-
uere atque emendare non solum
perfecte virtutis/ sed celestis est
gratie. Et quasi dicat quia sic et
sic egi [Appropinquet] tibi [depre
catio mea] que est de exhibendis
bonis factis [in conspectu tuo] et [do
mine] vt eam a te non repellas:
sed benigne audias: et que sit illa
deprecatio subditur [iuxta elo-
quium tuum] scilicet legis tue [da
mihi intellectum] vt sapiam id
quod edificationis est. Juxta elo-
quium dei petit vt sapiat ne per
humanam prudentiam euanescat.
Vel [iuxta eloquium tuum da mi-
hi intellectũ] id est secundum altitudinem
tudinem eloquij tui que transcen-
dit facultatem humani ingenij ele-
ua intellectum meum ad ipsum in
telligendum

2 Intret postulatio mea
in conspectu tuo: † se tõũe
cundùm eloquium tuũ
eripe me.

¶ [Intret] etiam ad te [postula-
tio mea] que est de remouẽdis ma
lis factis [in conspectu tuo] vt eam
gratanter suscipias: et clementer
exaudias. Gradatim ascẽdit: quia
plus est intrare quam appropiquare: et
subdit postulationẽ dicẽs [secundum elo
quiũ tuũ] i. promissum [eripe me] ab
hostibus visibilibus et inuisibilibus: gra
ue est enim tãdiu luctari cũ eis. Vel
[secundum eloquiũ tuũ] id est secundum altitu-
dinẽ eloquij tui [eripe me] a labe
cõcupiscentie: et a meditatione ter
renorum ad que meditanda et co-
gitanda natura est prona: da in-
quam intellectum: quia tunc

3 Eructabũt labia mea
hymnũ: cũ docueris me
iustificationes tuas.

¶ [Eructabunt labia mea] qua-
si de pleno id est ex cordis abun-
dantia cum magna plenitudine
extra pronunciabũt et dicẽt [hym

num].[i]laudē dei[cū docueris me iustificationes tuas]id est mandata τ eloquia tua p q̄ iustificas: vt non solū memoria retinendo/ sed etiā faciēdo custodiā: aliter enī non eructabūt nisi tu doceas.Sic enī qui gloriatur nō in seipso/sed in domino gloriaf hymnūq; eructat: sed iā quia didicit :τ doctorē suum deū laudauit:Deinde vult docere.vnde subdit

4 † Pronunciabit lingua mea † eloquium tuum: quia omnia mandata tua † æquitas.

†pnūciauit †eloq̄a tua. †iudicia

C[Pronūciabit]etiā[ligua mea] i.procul τ ppe nūciabit laudādo τ alijs pdicādo vt sim minister vbi [eloquiū tuū].i.legis tue.vnde est salus nō ociosum verbū vñ reddēda est ratio.τ decet ac iustū est id pronūciari:q2 equitate fulget vñ subdit[q2 oia mandata tua]sunt [equitas].i.equitate plena.talia autē mandata sunt amāda:faciēda:τ vbiq; diuulgāda.Sciēs aūt iste que pericula sequantur docentem a contradicentibus addit

5 Fiat manus tua ut † saluet me: † quoniam mandata tua elegi.

†saluū me facias. †quia

C[Fiat manus tua].i.potētia τ operatio adiutrix[vt saluet me] ab inimicis τ ab omni malo ne timeā τ deficiā τ det pseuerātiā vt sufficiā ad hoc faciēdū: τ audacter pronūciē; qđ hac fiducia peto[qm mādata tua]de oibus alijs τ pre oib9 temporalibus[elegi]τ timorē timore oppressi ad ea meditāda: operanda: τ docenda:quia sunt oibus ad salutem vtilia:ideo iustū est te iuuare me sperantē in te.Et

6 Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.

C[Concupiui salutare tuum] o [domine].i.effectum virtutis tue saluatricis.Uel salute eterna q̄ ē in te obiectiue.Alij alia querunt: ego aūt nō nisi tuam saluationē. i.salutē.q2 omniū finis est spes salutis nō felicitas huius temporis [et] ideo [lex tua meditatio mea est]eo q dirigat ad consuetudinē huius salutis:Qui enim cupit salutem meditatur iugiter in lege dei nec inde auertitur aliqua cura huius seculi fiat iniquam manus tua.τ sic

7 Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

C[Uiuet anima mea]vita gratie in pñti τ glorie in futuro licet corpus affligatur[τ laudabit te]nūc etiam in flagellis que fiūt ad purgationem τ semper in eternitate cū beatis[τ iudicia tua]que modo icipiūt a domo dei[adiuuabūt me]q2 sanguine creuit ecclesia:iudicia dei sanctos adiuuant dum tribulationib9 pbantur:peccātes adiuuāt dū tribulatiōib9 castigātur.Uel[iudicia tua]futura[adiuuabunt me]ad laudādum deuotius.Quis enim videns equitatē dei i dānatione malorum τ premiatione bonorum non prorūpit in laudem eius mirabilem:dico adiuuabunt et viuam .Sed quandoq;

8 Erraui sicut ouis † que perijt: quere seruum tuum: quia mandata tua non sum oblitus.

†pdita

¶ [Erraui] periculose sepius heu declinãdo a via veritatis ad vitia [sicut ouis que perijt] id est perdita fuit: ideo [quere seruum tuum] scilicet me sicut pastor querit oues perditam vt reducat eam: quia etsi erraui tamen [mandata tua non sum oblitus] finaliter et ex toto vñ q̃re me et miserere mei et pfice vt cepisti: mãdata obliuiscit q̃ nõ surgit post casum: q̃ errauit et nõ obliuiscit: surgit fortior: cautior. et humilior. Nouissime hic aperit se: et ostendit que persona per totũ psalmũ loquebat scz gñalis iustus. Qui ex hac pte qua dicit [q2 mandata tua nõ sum oblitus] est ouis inuẽta: sed adhuc ex alia parte q̃ritur: et p sui pastoris sanguinẽ fusum et dispersum in oib9 gentibus inuenitur. Oratio

Psalma totius beatitudinis de9 qui fideles tuos vt in lege tua ambulent testimõia tua scrutent mãdata custodiant salubria promissor informas: concede nobis iustificatiões tuas toto corde querere: eloquia intelligere mirabilia predicare: vt qui hactenus seu oues perdite errauimus tuis pijs humeris restituti paradiso gloriemur. Per dñz.

Psalmus de clamore pœnitẽtis ascendere & proficere cupientis: ac dolore suę longę in hac uita peregrinationis.

psalmus. C X I X.

t ttedñe ſexau disti.

AD † dominũ cũ tribularer clamaui: & † exaudiuit me.

¶ Auctor psalmi pphera dauid.

¶ Titulus canticũ graduũ. Et est sensus hic ẽ cãticũ graduũ. i. mẽtis exultatio de ascẽsu spũali: q2 spirituales grad9 sunt isti. Canticũ em̃ designat iocũditatẽ: gradus vero ascensionem et profectum: magna autem debet esse iucunditas animę proficienti ad deum. ¶ Materia: clamor penitentis ascendere et proficere cupientis. Intentio: monere hominem ad ascendẽdum et proficiendum exemplis seruorũ dei quos de mortuis viuos deus ipse fecit tanq̃ carbones vastatores. Sẽtentia in generali propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet fidelis educti de vanitate et malis huius seculi incipientis iam ascendere volentisq̃ proficere ac soli deo inherere patientis linguas aduersantiuz clamat ad dominum vt a linguis iustorum liberetur: vehementerq̃ conqueritur q̃ in hac vita diutius commorans malorum commixtione tantum pregrauatur. Ascendens ergo hic loquitur: et de eius profectu hic agitur licet enim gradus vel descendentium vel ascendentium sint gradus: tamen qui modo in his quindecim psalmis positi sunt ascẽdentes tantum significant. Est autem ascensus hic spiritu alis qui fit non passibus pedum sed promotione affectuuz: vt de virtute in virtutem: et de minore ascendatur ad maiorez vbi charitas mouet pedem. Ideoq̃ quanto quis plus diligit tanto magis ascendit. Et nota q̃ quindecim gradus erant quibus ascendebatur in templum seu domum domini quam rex salomon edificauerat vbi summus pontifex semel in anno scilicet in festo propiciationis nõ sine sanguine in sancta sanctorum ascendebat: et ascensurus singulos psalmos in singulis Nota

gradibus scilicet in quolibet gradu vnum decantabat: ita φ in vltimo gradu qui erat iam in atrio domus domini canebat. Ecce nunc benedicite domino ꝛc. Unde esdras propheta repletus eodem spiritu quo dauid intelligens istos grad⁹ templi his quindecim psalmis et numero ꝛ significatione concordare voluit hos de noīe graduum intitulare. Quindenarius eñi numerus ex septenario et octonario constat: ꝛ p̄ septenarium vetus testamētū intelligit̄: q: septimus dies in eo celebrari p̄cipit̄: die eñi septimo requieuit deus ab oī opere qđ pātrarat per octonariū vero nouū testamētū designat̄: q: in octauo die quo christus resurrexit sumpsit exordium: et q: idē dies in magna celebritate haberi auctoritate noui testamenti iubet̄. Quindecim ergo graduum fit distinctio vt per hoc explicet̄ sacramētum veteris ꝛ noui testamenti / et significetur vtriusq̄ testamēti doctrina in his gradibus ptineri. Et sic p̄ quindecim grad⁹ in sancta sanctoꝝ ascēdebatur: ita quindecim gradibus virtutū que in nouo et veteri testamento intelligunt̄ oēs electi in sancta sctōꝝ. i. in eternā beatitudinē ascēdēdo pficiscunt̄: potest etiā quindenarius numerus in denarium et quinarium diuidi: ꝛ per denarium decem precepta: per quinarium vo quinq̄ sensus corporis intelligi. Quia sicut per quindecim gradus ascendebatur in sancta sanctorum ita quinq̄ sensibus corporis edomitis et decem preceptis completis itur in sancta sanctorum id est ad gaudia celestium premiorum. Sunt ergo hic quindecim gradus sicut in templo quindecim erant gradus quibus in illud ascendebatur qđ tēplū est figura celestis tēpli ad qđ his gradib⁹ ascēditur.

Beatitudinē ergo quā supioꝛ pars alphabeticus cātauit isti sequētes psalmi ordinatis quindecim gradibus rā psalmoꝛū φ meritoꝛū in sacramētū tam noui φ veteris testamenti explicāt. Prim⁹ autē grad⁹ est a malis seculi exire: et vniuerse vanitati renunciare. Initium eñi profectus est carnalia vitia relinquere et domino inherere. Et tunc cum homo incipit ascendere id est cogitat proficere contempto seculo soli deo herēs incipit pati linguas aduersantium et detrahentium et quod grauius est quasi consulendo a salute auertentium. ¶ Sētentia in speciali. Justus ergo volens exire de malis seculi quibus premebatur dicit se clamasse ad dominum sic. [Ad dominum] qui potest iuuare et facere faciliter [cum tribularer] ac tentationibus ꝛ deceptionibus ab ascensu retraherer [clamaui] intentione cordis orādo feruenter vt me educeret de malis seculi prementibus me grauiter: valde vtilis est fideli tribulatio anime. vnde enim tribulatur inde compellitur deum orare et in eius adiutoꝛia confidere. Tunc enim presto est diuinum adiutorium quando deficit humanum [et exaudiuit me] misericorditer liberando et ad gradus ascendendi constituendo vbi erat contra linguas detrahentium; dicens.

2 Domine † libera animam meā à labijs † iniquis: & à lingua dolosa. †erue tiniu stis

¶ [Domine] quia me in gradu constituisti iam ergo [libera animam meam a labijs iniquis] id est illoꝝ q̄ pꝛhibēdo ꝛ terrēdo me detinere ꝛ īpedire conant̄ ne mūdū ꝛ secularia negotia derelinquā: et familiarius tibi adhereā [ꝛ a lingua dolo-

Labia iniq̄ que sunt

sacerdotū videlicet qui verbis suaso
rijs et palliato consilio me impedi
re:et a bono retrahere nitūtur: la-
bia enim iniqua sunt que aperte
loquūtur malum: que palam minā
tur et terrēt lingua vero dolosa est
habens imaginem consulendi et p
niciem nocendi. Sed dominus qua
si exercens iustum dicit ei.

3 Quid † detur tibi aut
quid † apponatur tibi
ad linguam dolosam?

†dabit
†appo
netur.

¶ [Quid det tibi] i. arma [aut qd
apponat tibi] quasi in consolatio-
ne quo te munias [ad] i. cōtra [lin
guam dolosam ?] que mala suadet
et plus nocet. q. d. Quale remediū
contra huiusmodi retractiua habe
re poteris de lingua dolosa tantū
facit mētionem: qꝫ magis nocet: et
sub ea satis intelligitur alia. Ma-
gis enim timēda est lingua dolosa
et adulatoris q̄ꝫ iniqua ⁊ detracto
ris duo dicit scꝫ dari ⁊ apponi: qꝫ
sagitte dant in arma ⁊ carbones
apponunt quasi in cōsolationē. vñ
ipse dñs qui exercēs interrogat re
spondens sue interrogationi sub-
iungit.

4 Sagitte potentis acu-
te : cum carbonibus de-
solatorijs.

¶ [Sagitte potentis] id est verba
dei omnipotentis scilicet verba sa-
cre scripture [acute] ad vulnerādū
⁊ trāffigendum cor vulnere amoris
dabuntur tibi pro remedio [cum
carbonibus desolatorijs] id est cuꝫ
exemplis peccatorum ad deum cō
uersorum. Qui bene dicuntur car-
bones: quia conuersi ad deum igne
charitatis calefacti de mortuis re
uiuiscunt: et alijs mortuis adhibi
ti suo exemplo eos vt viuant accē-
dunt dicuntur etiam carbones de

solatorij seu vastatorij: quia vastā-
do ad desolationē perducunt carna
les affectiones et seculares amo-
res. Ipsos enim attendendo si ma-
le lingue volunt nos impedire vel
a bono retrahere attendimus nos
ad carbones illos cogitando vel di
cendo talis fuit aliquando fornica
tor: modo est castus talis gulosus
modo est sobrius et sic de singulis
⁊ omnes isti modo ardenter deo
seruiunt: nō potero ergo quod iste
⁊ ille possunt? hi bene post sagittas
apponuntur: quia post exhortatio-
nem verborum exemplis est agen-
dum vt quod verbis quis accepit
credat se posse cū multi delicati iā
illud noscuntur implesse: et si mul
tum peccauerunt eo amplius ama
uerunt. Deinde ascendens de inco
latu suo et permixtione malorum
conqueritur dicens

5 † Heu mihi quia inco
latus meus † prolonga
tus est † habitaui cum
† habitantibus cedar:
multū † incola fuit ani
ma mea.

†me
quod
†lōgius
quus
factus
est.
†inhabi-
tauit.
†taber
nacu-
lis
†pere-
grina-
ta est.

¶ [Heu mihi] In scripturis ve in
dicat gehenne supplicium: sed heu
presens exilium Unde sequitur [qꝫ
incolatus meus] id est peregrina-
tio huius seculi [prolongatus est]
quia et si breue sit tempus tamen
desiderio nimis longum mihi vide
tur: quod enim suscepi per spem
non contemplor per speciem: et
nondum veni ad patriam vbi cum
nullo malo victurus sum et inde
gemo / quia ad tumulum miseria-
rum [habitaui] non cum bonis: sꝫ
[cum habitantibus cedar] id est ia
centibus in tenebris peccatorum.
Cedar enim tenebre interpreta-
tur et doleo cum illis esse: qꝫ [mul-

Cedar quid in terpre tatur.

tū incola].i.peregrina a deo in regione dissimilitudinis:puta vagādo:discurrēdo per multa vana et inutilia[fuit anima mea]que debebat solis diuinis esse intenta. Sicut enim corpus peregrinatur locis ita anima affectib⁹. Si deū amat anima ascendit ad eum: si terram peregrinatur a deo. Et q̄ patiens in sua peregrinatione sit ostendit cum subdit

6 Cum his qui oderūt pacē eram pacificus: cùm †loquebar illis †impugnabant me gratis.

†loqueter

†debellabant

℄[Cum his qui oderunt pacem] i.qui scindunt catholicam vnitatem[eram pacificus]non turbulentus.non iratus. eorum molestias patienter tolerando et vnitatem seruando vt eis pacem liberius predicarem.sic debes habitare inter malos vt pacifice toleres inquietos.Tunc enim bonus eris cum te aliena malitia mutare non poterit[cum loquebar illis]prohibendo a malis et hortando ad bona. ipsi obstinati [impugnabant me gratis].i.sine meo merito et causa:nolentes me audire loquentem vtilia.Et ideo si audire contemnunt mali nequaq̄ tamen a verbo predicationis cessare debēt boni:ne sicut illi peccant ex facto ita isti peccent ex silentio.

Oratio.

Tribulationum nostrarum optime mitigator: deus libera animas fidelium a labijs detrahentium iniquorum: vt adiutorijs spiritalibus premunite nullis impugnationibus aggrauentur. Per dn̄m.

Psalmus de recursu ad Deum & ciues cælestes in tribulatione & tentatione:ac diuini auxilij postulatione.

Psalmus. C X X.

1 Leuaui oculos † meos in montes: unde ueniet auxiliū † mihi.

†leuēt †suos

†illis.

℄ Auctor psalmi pp̄heta dauid.
℄ Idem titulus qui supra et idem sensus et similiter in sequentibus.
℄ Materia:postulatio diuini auxilij i tribulatiōe et tētatiōe. ℄ Intētio monere fideles vt in tribulatiōe et tētatiōe p orōnē ad deū recurrāt.ac de ei⁹ protectiōe et auxilio oino 9fidāt. ℄ Snia i gnali. pphetat i isto psalmo i psona tribulāt in tribulationibus et periculis cōstituti ad deū et ad ciues celestes leuat oculos mentis.petitq3 eo:ū adiuuari precib⁹ et meritis ne mēs eius alicui tētationi succumbat et impugnationi. Secūd⁹ gradus est petere diuinam defensionē cui nil posse obuiare mōstrat. Cui em̄ de mūdo exeunti pericula occurrūt/ exposcere debet diuinū auxilium. ℄ Sētētia in speciali. Qui ergo supra quasi inclinatus clamauit iā respirans oculos ad intercessores sanctos leuat dicens.[Leuaui oculos meos]scilicet mētis et corporis[in montes]spiritwales scilicet ad sanctos et ciues celestes dignitate eleuatos. A mōte christo qui est mons in vertice mōtiū dicūtur sancti mōtes:qui prius illuminati sunt sole iustitie:et per eos aperte sunt scripture[vnde]id est ex quibus[veniet auxilium mihi]quia ab eis tripli ad nos venit auxi

lium scilicet per eorū scripturas ꝛ doctrinam per exemplum ꝛ imitationem. ac per merita et intercessionem apud deum: sed non est presumēdum de illis uno de domino. Unde et subditur

2 **Auxilium meum à domino: qui fecit cælū & terram.**

¶ [Auxiliū meū] tamē principaliter est [a domino] licet per eos: qui de plenitudine eius accipiunt diuina enim adiutoria hominib9 prestita et per angelos et sanctos ministrata pricipaliter sunt a deo. Illi ergo ministri sed deus est auctor [qui fecit celum et terram] et ergo potest auxiliari. Ideo hic dominus celi et terre factor describitur vt quantum precellat ceteros sanctos attendatur. Illi creature sunt et iste creator. Illi illuminati sunt/iste illuminator. Deinde iste de tali auxilio letus sibiipsi tanꝙ alteri loquitur. q. d. Quia auxiliuꝫ est a domino: vt ergo firmus sis in gradibus

3 **† Non det in commotionem pedem tuū: neque dormitet qui custodit te.**

†ne des ad mouēdū pedem meum.

¶ [Nō det] [dñs] [i ꝯmotionē] qua ab ascēsu mouearis [pedē tuū] .i. non permittat affectionem tuam mutari de bono in malū: nec patiatur moueri stabilitatē qua i eo es firmatus. Sicut autē charitas pedem mouet ad ambulandum et proficiēdū/sic superbia mouet ad cadendum ꝛ deficiendum [neqꝫ] ēt [dormitet] .i. tepescat ꝛ ad moduꝫ dormitātis custodiā tuā negligat [qui custodit te] scꝫ deus custos principalis. De9 eni in se manētē pugili custodia ꝓtegit ac tuet: et neminē deserit nisi pri9 a b ipo deseratur: vt autem tibi nō dormiat esto israel. quia

4 **Ecce non dormitabit neque † dormiet: qui custodit Israël.** †obdormiet.

¶ [Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet] non erit negligens in custodia sua tanꝙ dormitaret semiplene vel dormitet plene [qui custodit israel] id est sanctos vidētes et contemplātes deū: quia sine vlla intermissione custoditur qui eum spiritualium oculorum intentione cōtemplatur. q. d. ille qui custodit israel custodiet te in gratia sua si fueris israel: id est videns deum per fidem operantem. Esto ergo israel vt merearis ipsum habere custodem: ꝛ tunc non sinet moueri pedem tuum. Et quasi quis quereret quis est iste custos: subdit.

5 **Dominus custodit te dominus † protectio tua: super manū † dexteram tuam.** †tegumētuꝫ tuum. †dextere tue.

¶ [Dominus custodit te] in bono [dominus] est [protectio tua] contra malum [super manum dexteram tuam] id est plus ꝛ fortius ꝙ manus tua dextera que precipue protegit et defendit: hoc est plus ꝙ tota virtus tua posset te protegere: ꝛ etiam omnis potestas humana. Uel est [protectio tua super manum dexteram tuam] id est ꝓtegat bonam operationem tuam que per dexteram significatur ne deficiat vel detrimentū patiatur. Et sic proteget te. ꝙ

6 **Per diē sol nō uret te: neque luna per noctē.**

per

[Per diē sol non vret te]id est non vreris et eleuaberis elatione prosperitatis[neqꝫ luna per noctem] id est non succumbes et deijcieris depressione aduersitatis:per diem enim accipiuntur prospera:per solem elatio que venit ex prosperis per noctem vero aduersa: per lunam depressio que prouenit ex aduersis. Et dicitur luna vrere quia non solum ex calore/sed etiam ex frigore vruntur et desiccantur fructus terre.q.d.nec fulgor prosperitatis:nec defectio aduersitatis turbabunt propositum tue mētis domino te custodiente ꝛ protegente. ꝛ vt breuiter omnia complectar.

7 Dominus custodit te † ab omni malo: custodiat animā tuam dominus.

†custodiet.

¶ [Dominus custodit te ab omni malo] non quidem a malo tribulationis et pene:sed a malo peccati ꝛ culpe. ꝛ hoc discernit cū subiūgit [custodiat animam tuā dominus] vt intelligas te a domino custodiri ab illo malo quod potest esse in aīa.i.a pctō nō ab illo qđ ꝑt eē in corpore scꝫ infirmitate vel tribulatiōe. Custodit etiam quandoqꝫ a malo culpe ꝛ pene.quia vtraqꝫ salus est in manu sua ꝛ potestate. Deinde cuncta concludit.d.

8 Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum:ex hoc nunc & usque in seculum.

¶ [Dñs custodiat introitū tuū ꝛ exitum tuū ex hoc nūc ꝛ vsqꝫ in seculum] i.dirigat te in omnibꝰ operibus et tentationibus tuis a principio vsqꝫ ad finem:et nūc et semp ac bonis initijs bonos exitus adiungat. Quādo tētamur intramus quādo tentationem vincimus exiuimus. Et custodit dñs introitū dū nō sinit tētari supra vires ꝛ ne vincamur tētatiōes tēpore. Exitū vo custodit cū facit cū tētatiōe exitū ꝛ prouētum ꝛ ne vincamur in fine ßm grego. introitꝰ vocatur ingressus ad fidē ꝑ baptismū:exitꝰ vero trāsitus de vita ad gloriā. Oratio.

Protege plebē tuā nō dormitās nec obdormiēs domine ꝓtector israel:ꝛ ne vramur per diem tu nos ab scandalis huiꝰ mūdi defende. Per do.

Psalmus de gaudio & lætitia electorum adhuc peregrinantium ex spe & desiderio ueniendi ad Hierusalem ciuitatem cælestem.

Psalmus. CXXI.

1 Lætatus sum † in his que † dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

†iocundatus. †dixerunt.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia: spes et desiderium veniendi ad hierusalem ciuitatem supernam ¶ Intentio:monere et incitare fideles ad habēdum huiusmodi spē ꝛ desiderium. ¶ Sententia in generali:propheta in isto psalmo in persona cuiuslibet electi gaudet se ad supernam ciuitatem scilicet hierusalem esse venturū. De qua multa a multis audiuit vbi iam oēs conciues nostri angeli ꝛ sancti secura prosperitate consistunt:et cū domino in iudicio iudicabunt:lo-

quiturq; ad ipsos ciues hierusa-
lem celestis vt fidelib⁹ ecclesie mi-
litantis illuc ascensuris optent et
petāt abundantiā pacis. Tertius
gradus est magnum gaudium qđ
habet vir sanctus eo q̄ se ⁊ alios
videt in ecclesia pura mente ver-
sari atq; digne deo in hac peregri
natione militare: vnde ad celeste;
hierusalē suspiramus ad quā duo
bus alijs dilectionibus leuamur.
¶ Sententia in speciali. Iste er-
go in persona electi supernam pa-
triam suspirantis ex multis de ea
auditis admodum letus ait. [Le-
tatus sum] id est spē habui ⁊ gau
dium: [in his que dicta sunt mihi]
per reuelationem a spiritu sancto
necnon a prophetis et apostolis
ac sanctis: ⁊ per scripturam sanctā
omnibus bonis christianis: q̄ se;
[in domum domini ibimus] non
manu factam in celis. i. in celeste;
hierusalē vt ciues efficiamur san-
ctorū ⁊ domestici dei. Curramus
ergo ⁊ nō deficiamus: q: illuc per
tinemus ⁊ perueniemus vbi non
lassabimur. Et cū hec dicerentur.

2 Stātes erāt pedes no
Ind hz tuis. strī: in atrijs † tuis Hie-
rusalem.

¶ [Stantes erant pedes nostri]
i. affectus seu affectiones animi. Si-
cut enim corpus vehitur pedibus
ita quodammodo vehitur ⁊ profi-
cit anima suis affectib⁹ [in atrijs
tuis] sc; interioribus id est in pe-
netralibus: ⁊ accipit a parte totū.
Atria eīm sunt introitus: sed hic ēt
accipiuntur pro penetralib⁹ o [hie
rusalem] superna et celestis. Cogita
qualis ibi sis futurus: et quam-
uis adhuc in via sis hoc tibi po-
ne ante oculos quasi iam ibi stes
quasi intra angelos ideficiēs gau
deas. Sed ne istam terrenam hie-
rusalē putares subiecit

3 Hierusalē quæ ædifi
catᷓ ut ciuitas: cui⁹ parti
cipatio eius in idipsum.

¶ [Hierusalē] dico [que edificat̄]
ex viuis lapidibus puta angelis ⁊
sanctis hominibus [vt ciuitas] id
est ad similitudinē ciuitatis mate
rialis q̄ edificat̄ ex diuersis lapidi
bus ⁊ lignis. Non eīm est ciuitas
corporalis: sed ei similis [cui⁹ par-
ticipatio eius est [in idipsum] id
est in id vel illius qđ semper eodē
modo est: ⁊ immutabiliter ī seipō
pmanet. i. eternū: ⁊ hoc ē de⁹ q̄ ait
Ego sum: q̄ sue stabilitatis ergo
particeps est illa ciuitas qđ de nul
la carnali dici pōt. Ul̄ cuius parti Ego sum
cipatio] id est fruitio eius est [in id
ipsum] id est vni⁹ ⁊ eiusdem: quod
enim vn⁹ participat omnes ⁊ sin-
guli participant et eodē bono quo
vn⁹ singulariter fruitur ⁊ gaudet
omnes generaliter fruūtur ⁊ gau
dent. Deus enim est obiectū bea-
titudinis omnib⁹ sanctis: plus ta
men ⁊ minus participant ſm di-
uersitatem graduum meritorum.
Inde tamen scio ibimus.

4 Illuc enim ascēderūt
tribus tribus dñi testi-
moniū Israël: ad con- †tuo dñe.
fitendū nomini † dñi.

¶ [Illuc enim ascenderunt] quasi
preparantes nobis viam [tribus]
non omnes et quicūq; sed [tribus
dñi] id est iuste et sancte coram do
mino scilicet sancti patres noui et
veteris testamēti q̄ sunt vel ī qb⁹
est [testimonium israel] id est qui
se testantur israel per bona opera.
Ul̄ in quibus cognoscitur q: vere
sunt israel id est videntes deū p fi

dem formatam:vel testimoniũ dã
tes ipsi israel de bonitate dei:ascẽ
derunt inquam ad confitendum
confessione laudis[nomini domi-
ni]id est ad laudãdum dominum
illius ciuitatis:hoc enim vnicum
officium erit eis.Inde etiam est
certitudo ꝙ ibimus.

5 † Quia illic ſederũt
†quoniã ibi ſedes in iudicio: ſedes
ſuper domum Dauid.

℄[Quia illic].s.in illa hierusalẽ
[sederũt].i.sedebũt[in iudicio]fa-
ciendo tanꝗ cum christo iudican-
tes[sedes].i.sci maiores in quib⁹
deus sedet et inde iudicat[sedes]
in quã existẽtes[super domum da
uid].i.super familiã xpi cui dede-
runt cibum in tempore.s.sanctos
minores vt iudicet eos.Dauid enĩ
interpretatur manu fortis ⁊ signi
ficat Christum qui diabolũ vicit:
⁊ portas inferi fregit.Judicabunt
aũt illi q̃ oĩa reliquerũt ⁊ xpm se-
cuti sunt sed iudicabunt illi qui de
reb⁹ quas retinuerũt opa mie fe-
cerunt.Et qꝛ ad supernam hieru-
salem peruenient⁹ cõuertit verba
ad iudices dicẽs:ergo o sancti qui
in superna hierusalem estis

6 † Rogate quæ ad pa
†interrogate cem ſunt Hieruſalem:
& abundantia diligen-
tibus te.

℄[Rogate]et petite a domino ⁊
precib⁹ vestris impetrate ea[que
ad pacem]obtinẽdam[sunt]id est
pertinent et ducunt huius[hieru-
salem]celestis que dicta est visio
pacis.Et ad ipsum hierusalem cõ
uertens vocem subdit[et abundã-
tia]pacis ac bonorum spiritualiũ
scilicet nunc meritorum et tunc
premiorum detur[diligentib⁹ te]
et deum appetentibus esse tecum
o hierusalem superna.Et qꝛ adeo
vtilis et delectabilis super omnia
est pax ergo ego ipse rogo dicens.
o hierusalem

7 Fiat pax in uirtute
tua:& abũdantia in tur
ribus tuis.

℄[Fiat]vt et detur nobis[pax]⁊
in presenti et in futuro[in virtute
tua]scilicet charitate.charitas enĩ
pacem generat:et virtus hierusa-
lem dicitur:quia hic incipiens ibi
perficitur et est virtus fortis vt
mors cui nihil resistit:quia occidit
quod fuimus vt aliud simus quod
non eramus[et abundantia]pa-
cis et charitatis ceterorumꝙ bo-
norum spiritualium tanta fiat[in
turribus tuis].i.maioribus et ex-
celsis vt influat aliis minoribus:
qꝛ per charitatẽ reguntur infirmi
a firmis.Sꝫ qꝛ charitas est nõ no
stra sꝫ que aliorũ sunt querere:iõ
cum de charitate diceret subdit

8 Propter fratres † me †et pro-
os & proximos meos: pinquos.
loquebar † pacẽ de te. †fauces

℄[Propter fratres meos]fide[et
proximos meos]charitate conuer
tendos et lucrandos [loquebar]
aliis predicando et pro eis oran-
do[pacem de te]o hierusalem vt
scilicet ad illam pacem eos predi-
cando allicerem et orando attra-
herem:vt et ipsi ad consummatio
nem huius edificii se perfectos ex
hiberent.Sancti etenim viri non
propter se:non propter gloriam vel
honorem:nec propter aliquod tẽ-
porale cõmodum sed propter ani-
mas deo lucrandas predicant pa-
cem ⁊ gloriam celestis hierusalem
vt alii cũ eis perpetua pace ⁊ bea-

titudine perfruant. Un̄ ꝛ adiūgit

9 Propter domum do

†mei. mini dei † nostri: quęsi-

ui bona tibi.

¶ [Propter domū dn̄i dei nostri] edificandam. hoc est non propter me tm̄ sed propter ecclesiam ꝓpter sanctos et peregrinos et inopes vt et ipsi ascendant [quesiui] rogādo ꝛ ꝑdicādo [bona] nō vtiqꝫ temporalia caduca sed vera atqꝫ perpetua [tibi] .i. ad honorē tui o celestis hierusalem ad te congregādo ciuium multitudinem: hoc feci qꝛ domus es dei ꝛ ita in hoc ꝙ te diligo deū diligo. O ꝙ̄ felices ꝛ btī qui in te meruerint habitare quia deum videbūt facie ad faciē: ꝛ laudabunt sine fine. Orō.

Ambulantibꝰ in atrijs domus tue omnipotēs: pacis abūdantiam largiri dignare: vt dū te tota auiditate cordium confitemur bona tua in celestibus capiamus. Per dominum.

Psalmus de recursu ad Deum per orationē in opprobrijs: & despectione à diuitibus & superbis: ac quibuscūque tribulationibus.

Psalmus. C X X I I.

1 AD te † leuaui oculos meos: qui habitas in † cælis.

†dñe †celo

¶ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia: recursus ad deum per orationē in tribulatione. s. in opprobrijs ꝛ despectiōe. ¶ Intētio: monere fideles vt ascendant ꝛ inter quaslibet angustias de dn̄o ꝑsumāt ꝙ tandē misertꝰ exaudiat. ¶ Snīa in gnāli: propheta in isto psalmo in psona tribulati in tentationibꝰ ꝛ periculis constituti ad ipsum deum leuat oculos mētis: implorās eius misericordiam ꝛ suffragium: qꝛ ab insultātibus corpus affligitur passionibus: ꝛ anima despectu ꝛ opprobrijs multis. Quartus gradus est inter quaslibet angustias constāter de dn̄o presumere donec misertus exaudiat. ¶ Snīa in spāli: Qui ergo supra ad mōtes nūc q̄si ascēdēdo ad ip̄m deū (quod maiꝰ est) oculos leuat dicens. [Ad te] o deus tāꝙ̄ ad solam ꝛ vnicā spem meam quasi oīa terrena despiciēs [leuaui] ego affectu ꝛ d̄siderio ascēdens [oculos meos] scilicet cordis ꝛ etiā corporis. Quo enim oculos leuaret nisi illuc quo tendebat et ascēdere desiderabat [qui habitat in celis] .i. in angelis ꝛ sanctis in quibus tanꝙ̄ in celis quiescis. Uł [in celis] supioribus: licet em̄ deꝰ sit vbiqꝫ per essentiam et potētiā: tm̄ spāli mō dicit̄ habitare in celis vbi facie ad faciē vr̄ a sanctis. Et subdit per simile quō leuauit. d.

2 Ecce sicut oculi seruorum: in † manibus †manꝰ

dominorum suorum.

¶ [Ecce sicut oculi seruorū in manibꝰ dominoꝝ suoꝝ] scꝫ respiciunt desiderātes aliquod subsidium et premiū laboris: vel vt parcant eis delinquentibus: qꝛ vtrunqꝫ est in dominorū potestate vbi dicit Gregorius ꝙ in omnibus agendis nostris debemus oculos leuare ad deum et os domini interrogare id est sacram scripturam vt ad ipsam tanꝙ̄ ad regulam diuinam dirigamur: alioquin nec praua corrigi- Gregorius.

mus nec torta dirigimus. Et

5 † Sicut oculi ancillæ
†et in † manibus dominæ
†manus suæ: † ita oculi nostri
†sic ad dominum deum no-
†quousque strũ † donec misereatur
nostri.

¶ [Sicut ocli ancille] s. respiciũt [in manib⁹ dñe sue] expectãdo ab ea auxiliũ et beneficium [ita oculi nostri] interiores et exteriores [ad dominum deum nostrum] intenti sunt & respiciunt [donec] id est vt [misereatur nostri] scilicet liberando ab omnibus malis & miserijs. Quia tota vita super terram temptatio est: tota persecutio et plage. oportet nos semper in dei auxilio intentionem sine vllo deflexu continere vt nobis misericordiam suã dignetur impendere: plange ergo o homo q̃diu viuis in terris: et leua oculos tuos ad eũ q̃ habitat in celis clamãs & dicẽs qđ sequitur

4 Miserere nostri do-
mine miserere nostri:
†quoniam † quia multùm repleti
sumus despectione.

¶ [Miserere nostri domine] mala relaxando [miserere nostri] bõa augendo. Uel ingeminat ex intentione affectus: & etiã q: corpus laborat passionibus & anima opprobrijs: & necesse ẽ vt miserearis [q: multum repleti sumus despectione] et contemptu: quia speramus quod non videmus: et abundant passiões in nobis in quibus vsq; ad plenum despecti sumus. Sed quantomagis sancti apud homines despiciuntur tanto maiorem apud deum gloriam consequũtur: et exaggerando subdit

5 † Quia multùm re- †in plurimum
pleta est anima nostra:
opprobrium † abundã- †eis qui abundant.
tibus & despectio su-
perbis.

¶ [Quia multum repleta est] scilicet despectione [anima nostra] id est vita nostra: et subdit a quibus et quare despiciatur dicens. Anima inq̃ seu vita facta [opprobrium] quia pauperes sumus [abundantibus] felicitate seculi. s. diuitibus [et despectio] quia humiles sum⁹ [superbis] de se p̃sumentibus: et idõ sicut multiplicata est in nobis despectio sic multiplicetur in nobis tua miseratio. Ecce q̃ sancti xp̃o famulantur a malis in opprobrium eis vertit videlicet quia sunt pauperes & q: humiles. Orõ.

CElorum habitator de⁹ ad te leuamus oculos nr̃os: precantes vt confutatis opprobrijs superborum misericordiam nobis solitam clementer indulgeas. Per dominum nostrum.

Psalmus de liberatione à magnis huius seculi periculis & ærumnis: per gratiam & auxiliũ domini miserentis.

Psalmus. C X X I I I.

1 NIsi quia dñs erat in nobis dicat nunc Israël: nisi quia dominus erat in nobis.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia: liberatio a periculis per auxilium

domini miserentis. ¶ Intentio: monere fideles liberationem nostram non nobis sed deo asscribere et ei gratias agere. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo loquitur in persona illorũ qui a magnis periculis et erumnis huius seculi liberati sunt: qui suam liberationem soli diuine misericordie asscribunt: et grãs agũt ꝙ non sunt a suis persecutoribus decepti sed eorum insidijs contritis misericorditer liberati. Quintus gradus est vt liberati a periculis non sibi sed domino tribuãt. ¶ Sententia in speciali: sancti ergo ex nimia exultatiõe anteꝙ exponant pericula vnde euaserunt dicunt se liberatos et per quem dicentes [Nisi] hoc esset [quia dominus erat in nobis] per gratiã preuenientem dans nobis potestatẽ resistendi [dicat nũc] vigilate post liberationem gratias agẽdo quia euasit [israel] id est populus fidelis videns deum per fidem et ex vehementi affectu idem repetens dicit [nisi quia dominus erat in nobis] per gratiam subsequentem dãs nobis virtutem superandi. q. d. fideles pericula euadentes siue qui iam sunt in re beatitudinis eterne: siue qui adhuc sunt in spe dicant gratias agentes nisi dominus fuisset in nobis scilicet nos protegẽs et liberans

2 Cùm † exurgerent homines † in nos: † forte viuos † deglutissent nos.

† insurgerent † super † forsitan † absorbuissẽt. Mat. xiij. d.

¶ [Cum exurgerent] persequendo [homines] potentes vel demones ṽm illud. Malus homo superseminauit zizania [in nos] id est contra nos in quibus deus erat [forte] contigisset ꝓ [viuos] id est scienter peccantes scilicet sciẽtes malum esse et tamen facientes seu cõsentiẽtes: qꝛ maiꝰ periculũ est peccare sciẽter / qꝛ periculosiꝰ sit peccare ignorãter [deglutissent nos] incorporassent sibi aĩas nr̃as ꝑ instigationẽ scelerũ vt persecutione superati in societatem transiremus impiorum: et dicit [forte] propter fiduciam quam hꝫ de dei misericordia

3 Cùm irasceretur furor eorum † in nos: forsitan aqua † absorbuisset nos.

† super † dimersisset.

¶ [Cũ irascereť furor eorũ] irrationabilis [in nos] et nos ex ira q̃si furiosi exeq̃renť [forsitã aq̃] tribulationis vehemẽtis et ipsiꝰ ꝑsecutorũ trãsitoriꝰ [absorbuisset nos] includendo nos vndiqꝫ sic absorptꝰ aq̃ vndiqꝫ circũdať ea et nõ potuissemus aliquãťr euadere. Sꝫ erepti sumꝰ ab his ꝑ eũ q̃ erat in nobis: cui ab hoc grẽ referẽde sunt: quia grã eiꝰ saluati sumus ne deo huius vite dulcedinẽ ꝓferremꝰ. Nã per dominum et diuino adiutorio.

4 Torrentẽ † pertrãsiuit aĩa nostra: † forsitã pertransisset anima nostra aquã † itolerabilẽ.

† pertrãsijt. † forsitan pertrãsijt. † sine substãtia.

¶ [Torrentem] i. tribulationem validam et impetuosam: cito tamen ad modum torrentis transeũtem: ac multas tentationum turbines [pertransiuit anima nostra] quia non hesit: sed euasit et nisi dominus fuisset in nobis [forsitan pertransisset] id est pertransire habuisset [anima nostra aquam] id est persecutionem [intolerabilem] viribus nostris id est difficilem tolerari et pericl'a maiora predictis: quia tantam persecutionũ immas-

nitatē ferre non potuissemus nisi adiutorium a deo suscepissemus. Et quia transiuimus: ergo

5 venationes Benedictus dominus: qui non dedit nos † in captionem dentibus eorum.

¶ [Benedictus] sit [dñs] et laudatus [qui non dedit nos] .i. dari permisit [in captionem dentibus eorū] id est in eorum potestatem crudelē: quasi more ferarū sanguinem nostrum sitientium: vt nos sua potestate et vi hanc vitam deo preferre/ et in suam societatem malam transire compellerēt: et sic animas nostras occidendo crudeliter lacerarent. Dentes enim eorū numerositas est vitiorum quibus eos in captionem non tribuit: quia etsi corpora occidi sinit: nequaq̄ aīas perire permittit. Unde et subditur. Nō

6 Anima nostra sicut passer † erepta est: de † laqueo venantium.

seruata. muscipula.

¶ [Anima nostra] et si corpus passum sit [sicut passer] euadens [erepta est] id est liberata per deum; de laqueo venantium] id est de insidijs et deceptionibus persequentium ac dolis et a studijs demonū. Traduntur nobis laquei in diuitijs/ delicijs/ insidijs/ persecutionibus/ ac concupiscentijs/ et tentationibus diuersis: sed contrito sathana sub pedibus nostris sicut passer sapiens euolamus ab illis. Unde subiungitur

7 † Laqueus cōtritus est: & nos † liberati sumus.

muscipula. contrita est. ferat.

¶ [Laqueus contritus] .i. dirumptus [est] per dñi potētiā [et nos liberati sumus] nō virtute propria: sed diuina. laqueus conterit qñ aduersitas et prosperitas huius mundi mentis fortitudine superat: laqueum ergo virtute dñi conterit: atq̄ animā liberat quisq̄s dulcedinē vite huius despiciendo calcat: et tribulationē patiendo superat atq̄ alis virtutū ad celestia volat. Sed q2 hoc nō suis virib9: sed diuine largitati sctī tribuunt: recte subiungendo dicūt.

8 Adiutorium nostrū in nomine domini: qui fecit cælum & terram.

¶ [Adiutorium] enim [nostrū] nō a nobis nec in nobis: sed [in nomine domini] id est in inuocatione et potestate nominis domini contra quē nullus potest omnino preualere [qui fecit celum et terram] et oīa que in eis sunt. Uel [celum et terram] id est celestia et terrestria. Alij querant humanum adiutoriū: nos queramus diuinū: reclament nomina principum: nos nomen dñi dei nostri inuocemus sup nos. Ipse sit noster adiutor qui creator. Ipse fecit nos et nō ipsi nos: ipse regat nos et nō ipsi nos. Dicat ergo ecclesia: dicamus et nos siue in tribulatione positi: siue a tribulatione liberati. Adiutoriū nostrū in nomine dñi q̄ fecit celum et terram. Oratio.

Conclude dñe bñantia ora malorū: q̄ nos seuis obtrectationū dētib9 vorare nitūtur: vt q̄ de nr̄a virtute diffidimus nois tui adiutorio muniamur. Per dominum.

Psalmus de firma spe & cōfidētia in domino solo: nō in aliquo terreno uel huius seculi bono semper habenda.

Psalmus. CXXIIII.

1 QVi confidunt
in domino si-
cut mõs Syõ:
non commo-
uebitur in æternum qui
† habitat in Hierusalẽ. †habitant.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia: firma spes et confidentia in domino. ¶ Intentio: monere fideles firmiter sperare in domino et confidere. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo docet et clamat nobis in domino solum esse confidendum: non in aliud huius seculi: quia sic confidentes propter dei et angelorum assistentiam et custodiam non permittũtur in aduersis vite presentis a stabilitate fidei et virtutis moueri: nec vsqꝫquaqꝫ succumbere. precatur insuper ꝙ bonis bona et malis mala veniant prout meruerunt. ¶ Sextus gradus est confidentia fidelissimi christiani solidissimis montibus comparata quam habet in domino ne zelet felices in hoc seculo. Hic namqꝫ psalmus docet non intendere in prosperãtes in hoc seculo de qua prosperitate superbia solet prouenire. ¶ Sententia in speciali. Ostendens ergo fidentem in dño nõ posse moueri ait [Qui cõfidũt] et spem suam ponunt [in dño] non in mũdo: non in rebus mũdanis/ nec in hominibus vanis: sunt [sicut mons] firmi et fortes: stabiles et immobiles ne terrena prosperitate fluctuent mons in quaꝫ [syõ]. i. speculationis vt etiam deum contemplari valeant. et [non commouebitur in eternum] a stabilitate fidei et virtutis [qui habitat in hierusalem] spirituali id est in ecclesia christi per fideꝫ charitate formatã. vel [in hierusalẽ] superna per cõtẽplationẽ scꝫ cuius cõuersatio in celis est. Et causam huius stabilitatis subiungit describens qualis est ista hierusalem ⁊ dicit.

2 Montes in circuitu
eius & dominus in cir- †plebis sue.
cuitu † populi sui: ex
hoc † nunc & usque in †nõ hs nunc
seculum.

¶ [Montes] .i. angeli/ prophete/ apostoli/ ⁊ ceteri scti/ ac predicatores a terra subleuati sunt [in circuitu eius] quasi murus ⁊ muniũt eam verbo ⁊ exemplo: sed ne in mõtibus remaneas ⁊ spem ponas addit [et dominus] qui habitat i mõtibus et vertex montium est [in circuitu populi sui] vt fortis defensio [ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum] sicut ipse dignatus est polliceri dicens. Ecce ego vobiscum sum vsqꝫ in consummationẽ seculi. Ista quidem sanctorũ munitio atqꝫ diuine charitatis cõiunctio in presenti seculo inchoat: sed ex hoc nunc vsqꝫ in eternum seculum perdurat. Est igitur dominus in circuitu vt defensor: ⁊ in medio vt rex ⁊ domin9. Et vere non commouebitur. Math. xxviij.

3 † Quia non † relin †qm̃ †derelinquet.
quet dominus uirgam
peccatorum super sor-
tem iustorum: ut nõ ex-
tendant iusti ad iniqui-
tatem manus suas.

¶ [Quia nõ relinquet dominus] vt semper duret [virgam peccatorum] id est flagelluꝫ malorum [super sortem iustorum] id est super

iustos sorte ex omnibus electos. vel qui sunt sors et hereditas dei: vel de sorte eius licet ad tempus fieri permittat propter disciplinã populi sui aliquando ad correctionem morum: aliqñ ad augmentũ meritorum[vt non extendãt iusti ad iniquitatem]superati in tentatione: sed teneãt ab iniquitate[manus suas] intelligentes hoc pondus tribulationũ ad tempus esse: & ideo patienter ferant & non deficiant expectantes domini aduẽtũ & retributiões. Et qz boni merẽtur premiari et mali puniri subiungit,

4 Benefac domine: bonis & rectis corde.

¶ [Benefac] o [domine]id est benefacies conferendo bona gratie in presenti et glorie in futuro [bonis]opere [et rectis corde]scilicet qui bona agunt & recta cogitant. Rectũ cor hz q̃ florẽ mũdi respicit nec propter hoc inclinatur qui omnes affectus suos dirigit ad dei voluntatem vt totum illud velit quod scit eum velle & volũtatẽ dei sequatur non suam: faciatqz illum precedentem & se sequentem nõ se precedentem et illum sequentem qui in omnibus eum bonum inuenit/siue emendantem/siue consolantem/siue purgantem/siue illuminantem/quia diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum.

Rectũ cor qs habet.

5 Declinãtes autem in † obligationes adducet dominus cum operantibus † iniquitatem: pax super Israël.

† strãgulationẽ † iniusticiam.

¶ [Declinantes autem]a rectitudine fidei & virtutis ac dei iussis [i obligatiões]id est ad peccata que obligant ad penam. Vel [in obligationes]culpe in presenti scilicet p missione & pene in futuro scilicet immissione [adducet dominus]ad penam eternam [cum operantib9 iniquitatem] quorum facta sunt imitati: quia eos qui declinãt a bono cum eis qui perseuerant in malo simili sententia ferit & perpetua damnatione punit: sed econtrario [pax interna et eterna erit [super israel]id est super bonos et rectos corde deum videntes formata fide israel enim videns deum interpretatur. Nos ergo sum9 israel vt amplectamur pacem: quia hierusalẽ visio pacis est. Oratio.

REpelle domine nequitias insurgentium a sorte iustorum. et qui in te toto corde confidunt nullis tentationum imbribus quatiantur. Per dominum nostrum.

¶ [Illuc] scȝ i ecclesia [pducam] ⁊ suscitabo [cornu Dauid] .i. regnũ ⁊ altitudinẽ xp̃i qd̃ est in xp̃m credere ⁊ de eo p̃sumere. Serẽ enim ecclẽie cornu ⁊ altitudo spiritualis est fides q̃ ad superiora tendit: donec id quod modo est fides erit species cum id qd̃ mõ credim⁹ manifeste videbim⁹. Sed q: fidei charitas in tenebris erat recte d: [parauit] ad hec perficiẽda [lucernam] scȝ ioannes qui erat lucerna lucẽs ⁊ ardens [christo meo] manifestãdo. Joannes baptista a deo dicit̃ lucerna preparata christo qui eus in huius mũdi tenebras venturũ nunciauit. Necessarius enim erat vt ante lumen lucerna appareret. vt hi qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedebant per lucernã ad discerent qualiter in lucem credere debuissent.

19 † Inimicos eius induam confusione: super ipsum autẽ † efflorebit sanctificatio mea.

† nõ hȝ medietatem sc̃ificuli † florebit

¶ [Inimicos] autẽ [eius] .i. christi aduersantes sibi. s. qui in xp̃ȝ credere noluerunt [induã cõfusione] cũ viderint dñm in sua maiestate cũ eos in fine seculi vndiq̃ȝ calamitas atq̃ȝ interius inuoluet sed ad consolationẽ iustorũ subiũgitur. super ipsum autem scȝ christum [efflorebit sanctificatio mea] flos sctificatiõis est gloria diuinitatis: flos sanctificatiõis est nouitas resurrectionis. Nã quasi aruerat in passione dominus: cum vero resurrexit a mortuis iã cepit florere sanctificatio ei⁹: iã cepit fili⁹ dei apparere ⁊ exultare cornu ei⁹. hoc dr̃ a simili arboris que quãdo floret pulchrior est. Pro.

In omni igressu nostro memor esto nostri omnipotēs deus: indue nos sacerdota- li iustitia vt induti mereamur ingredi in tabernacula sempiterna. Per dominum

Psalmus de unitate & commendatione fraternæ charitatis: ecclesiam & Christiani religionem ædificantis & compaginantis.

Psal. C X X X I I.

1 Ecce quàm bonum & quàm iocundum: habitare fratres in unum.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta David. ¶ Titulus vt supra. ¶ Materia. frna charitas ecclias edificās & cōpaginās. ¶ Intentio: monere fideles ad habēdā fraternā charitatē. ¶ Snia in gñali: ꝓpheta in isto psalmo cōmendat vnitatē charitatis fraterne in christiana religiōe declaratq; hoc exemplis & vtilitatibus diuersis. Quartusdecimus grad⁹ est charitas ꝓximi que facit fratres habitare i vnū vñ ē bñdictio & vita. ¶ Snia in spāli: hic ergo vir iustus de fratrū cohabitatione exultans ait [Ecce] quod ostēdētis est: q: plus ostēsione ꝙ ligua explicat qd̄ dictur⁹ est. [ꝙ bonū] i. vtile [& ꝙ iocundum] i. delectabile est [habitare fratres] nō fratres dicit corpore sed mēte: nō carnales sed spirituales [in vnū] fideli mēte & sincera charitate habere cor vnū & aiaȝ vnā. Ista psalteri⁹ sbaiste dulcis sonus isto suauis melodia velut tuba spirit⁹ sctī diuisos corpore in vnum congregauit & monasteria plurima peperit. Ad hunc sonū fratres excitati. sunt qui habitare in vnū ceperūt: a quib⁹ tū benedictio ad ceteros descēdit q etsi nō corpore: tñ in vnū habitāt mēte & fide. Ubi petr⁹ cātor. Illi vere habitāt in vnū qui requirūt illā de qua dicit Unā petij hanc requirā. Habitāt autem omnes christiani in vnum vnitate fidei specialius cenobite vnitate loci & ꝯuēt⁹. specialissime aūt anacorite habitāt in vnū: q etsi sint separati a cōsortio hominū deo sunt vniti & socij ecclie triūphātis. Hāc em̄ vitā q: perfectior est nō cōcedit Bñdict⁹ vel Hieronymus nisi perfectissimis & probatissimis viris Hec Petr⁹. Ita aūt est bonum & iocundum habitare fratres in vnum. Petr⁹ cantor Ps. xxvj.

2 Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam barbam Aaron.

¶ [Sicut vnguētū] i. vnctio spūs scti q fuit primo [i capite] xp̄o. & dr̄ hoc a similitudine regū & sacerdotum qui in veteri testamēto in figura xp̄i inungebant. [qd̄] vnguētū postea [descendit] a capite christo [i barbā] & determinat in cui⁹ barbā subdēs barbā aarō scȝ xp̄i veri sacerdotis. Noster aarō nr̄ sacerdos ē xp̄s: hic seipsū obtulit i sacrificiū ꝓ nobis: & resurgēs ascēdit in celū & venit spūs sctūs a capite i barbā ei⁹. i. i fortes & pfectos q̄s barba designat. nā barba maturitatē: grauitatē: fortitudinē & pfectionem significat scȝ in aplos & in alios primitiuos sanctos qui familiarius & vicinius christo capiti suo adherētes primo i vnū ha

bitare ceperūt vt primos ipetus se culi sustinuerūt nec vici potuerūt.

3 Quod descendit in oram uestimenti eius: si cut ros Hermon qui de scendit † in mōtē Syon.

super

¶ [Quod] vnguētū postea descē dit [ab illis [in oram vestimēti ei⁹] scꝫ xpi. i. in illos perfectos qui noverunt habitare in vnum qui legem implent inuicem onera sua portantes. Secuta est enim ecclesia ꝛ peperit monasteria. Nam vestis dñi et sacerdotalis significat ecclesiam ora autem perfectionē: quia in ora perficitur vestimentum. Et forte p istam oram vult intelligi que est in capitio tunice per quā intrat caput. Tales sunt qui habitant in vnum: vt sicut p istam orā intrat caput hoīs vt se vestiat: sic per concordiam fraternam xp̄s qui caput nostrū est intrat vt vestiatur ꝛ illi ecclesia hereat vel descēdit vsqꝫ ad oram. i. vsqꝫ ad nos ad quos fines seculorum deuenerunt: nam de plenitudine illius omnes nos accepimus; hoc autē ꝙ fratres habitant in vnum non ex suis viribus vel meritis est: sed ex dei dono: et gratia ideo subiūgit [sicut ros hermō] id est gratia christi ros enim de celo veniens est grā. hermon vero interpretatur lumen exaltatū a xp̄o ergo est ros gratie qua fratres in vnum habitāt qui prius exaltatus est in cruce postea in celo [qui descē dit in montem syon] i. in sanctam ecclesiam que propter altitudinem vite et speculationem celestis patrie non inmerito et mons ꝛ syon appellatur; non ergo habitant in vnum nisi in quibus fuerit gratia ꝛ charitas christi: et quibus est anima vna et cor vnum in deo. Ideo autem bonum est et iocundum habitare fratris in vnum.

Hermō quid interp̄tatur.

4 Quoniam † illic mā dauit dominus benedi ctionem: † & uitam † us que in seculum.

tibi nō habet et nō habet vsqꝫ.

¶ [Quoniam illic] i. in fratribus in vnum habitantibus: ꝛ vbi est talis vnitas fraterne charitatis [mandauit] et precepit [dominus benedictionē] suam: per multiplicationē gratie ꝛ ꝓmotionē virtutū in presenti et [mandauit] i. ꝓmisit [vitam] p collationē glorie ꝛ multiplicationem premiorum in futuro [vsqꝫ in seculum] i. in eternum duraturā. Serua ergo concordiam si vis a dño cōsequi benedictionē ꝛ vitā. Qui enim in vnū sunt solūmodo corpore: hi in mola: in agro: in lecto relinquūtur ceteri vero qui in vnum sunt corde assumuntur. valde ergo bonū est ꝛ iocundū habitare fratres in vnum. Oratio.

Infunde dñe in ecclesiā tuā charitatem fraternitatis et pacis: vt rore spūalis vnguēti aspersi benedictionis tue gratia iocundemur. Per dominum.

Psalmus de commen datione charitatis diui ne & laude dei: ac gratia rum actione in tribula tionis & aduersitatis ten tatione.

Psalmus. CXXXIII.

1 Ecce nūc bene dicite † domi no: omnes ser ui domini.

tōām.

¶ Autor psalmi propter a deuil.

¶ Titul⁹ vt supra. ¶ Materia: inuitatio ad diuinā laudē. ¶ Intētio incitare fideles ad diligēdū ⁊ laudādū deū. ¶ Omnia i generali ꝓpbat in isto psalmo oēs electos ad diuinū cultū ⁊ dei laudē inuitat eisqꝫ benedictionē dei optat. Quītusdecimus gradus ē charitas dei de qua hic agit sicut supra de charitate xpi nō ꝙ alia virtus sit qua diligitur de⁹ ⁊ alia qua ꝓxim⁹: sꝫ qꝛ diuersos act⁹ hꝫ ipa virtus ⁊ diuersa diligūt ea. ¶ Omnia i speciali: monēs ergo ad bn̄dicēdū ait [Ecce] tot gradib⁹ ascensis vel bn̄ficijs dei circa nos visis [nūc] .i. sine tardatione. Vl' [nūc] .i. hoc tēpore i aduersis [bn̄dicite dn̄o] laudādo ⁊ gratias agendo [oēs serui dn̄i] in vnū adunati ⁊ vnanimiter habitātes i domo dei qui nō estis serui pctī sꝫ serui dn̄i: qb⁹ nō dominant̄ vitia: sꝫ solū dominū habetis deū q̄ deo militatis non seculo. Nā ꝑ transactas tribulationes cōstat ꝙ benedictioni vacabimus sicut scriptū est. Beati q̄ habitant in domo tua dn̄e: in secula seculoꝝ laudabūt te. Qui ergo tūc benedicturi sunt: sine defectu hic benedicere dn̄m in tribulationibus ⁊ tētationib⁹ icipiūt vos dico. p.lxxxiij.

2 Qui statis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri.

¶ [Qui statis] non succūbitis ad impulsum tentationum .i. qui perseueratis [in domo domini] .i. in ecclesia: ⁊ qui statis [in atrijs domus dei nostri] id est in latitudine charitatis vbi nullus angustatur. Atria dicuntur ampliora domus spacia. Sta in charitate ⁊ stas in atrijs. In charitate enim que extenditur etiā vsqꝫ ad inimicos latitudo est: in odio angustia. In latitudine manet potes diligere inimicum tuum. Et habebis veram benedictionem domini quando non maledicis inimicis. Vel [qui statis in domo domini] id est in penetralibus scilicet maiores in ecclesia et perfectiores et vos etiam qui statis [in atrijs domus dei nostri] id est in ingressu scꝫ icipiētes et minores sūt enim in hac domo diuersi ordines. Et.

Atria que dicuntur

3 In noctibus extollite manus uestras in sancta: Et benedicite † domino. † dn̄m

¶ [In noctibus] id est in tribulationibus ⁊ aduersitatibus non solum in diebus prosperitatis [extollite] id est leuate [manus vestras] corporis gratias agentes et man⁹ operis bonum facientes et hoc [in sancta] id est intentione sanctorum et eternorum [et benedicite domino] celesti gratias ei de collatis beneficijs referentes et nil boni vobis sed totum deo tribuentes. Nō ait in diebus sed in noctibus: quia facile est benedicere in diebus id est in prosperis sed difficile i aduersis quod est probatio gratuiti amoris: deus quidem non indiget nostra benedictiōe: sed ideo iubemur benedicere quia cum ipse nobis benedicitur eius in nos benedictio retorquetur. Unde et populo quē ad benedicēdum induxit ipse eque benedici optat quasi dicat dixi benedicite et vt hoc possitis.

4 Benedicat † te dominus ex Syon: qui fecit celum & terram. † tibi. ps. cxxxiij.

¶ [Benedicat te dominus] benedictione que est [ex syon] id est de celesti hierusalem quod potest quia ipse est [qui fecit celum et terram] id est omnem superiorem et inferiorem creaturam: et ideo potens est benedicere. Nota quod supra

hortatur plures benedicere vni/ hic vero precatur vnum benedicere: quia etsi plures sint tamen vnum sunt habitantes in vnum et vnitati benedictio conuenit. Tu ergo esto vnum/ et per charitatē habita in vnū: et ad te benedictio perueniet. Attende etiam quod vir iust⁹ qui tot gradibus conscendit benedictionem supernam loco remunerationis accipit: quia omniū ascēdētium benedictio est. Oratio.

Benedicētes te omnes serui tui domine deprecamur vt nos mundi hui⁹ nocte cōrectos illuminare digneris: quaten⁹ dn̄e manus nostras in domo opib⁹ eleuam⁹ bn̄dictionē a te largissimam ꝯsequamur. Per dn̄m.

Psalmus de inuitatione fidelium ad Dei laudem propter magna ipsius beneficia & magnalia plurima & diuersa. Psalmus.

CXXXIIII.

1 Laudate nomē domini: laudate serui dominum.

ℭ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ℭ Titul⁹ est all'a: post grad⁹ q̄ ducit ad eternitatē cōgrue ponit alleluia: vt laudib⁹ dei fruatur ecclesia cui tale munus paratum est. ℭ Materia: laus dei et causa laudis. ℭ Intētio: monere fideles ad laudādū. ℭ Sententia in generali ꝓpheta in isto psalmo inuitat generaliter fideles ad laudē dei magnalia ipsius diuersa commemorando falsitatē idolorū destruendo: eorūque cultores redarguendo. ℭ Sententia in speciali: ꝓpheta ergo post ascensiones et p̄dictos gradus stātes in domo dn̄i alloquit vt post bn̄ficia laudent deum dicēs [Laudate nomen dn̄i] id est rez nois sui et potentiā eius ipsum quātū potestis extollendo laudibus et debetis: quia laudando deum meliores eritis non deus. Deinde qui et quare laudare debeant subdit [laudate serui dn̄i. q. d. vos serui et q: serui estis laudate dn̄m cui omnes tenentur seruire deuote ꝓ beneficio creationis: redemptionis: et generalis gubernationis: alioquin nisi laudent offendūt cum ipsi serui sint et ille dn̄s. Deinde quales sint qui laudare dn̄m debeant docet: dicēs

2 Qui statis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri.

ℭ [Qui statis i domo dn̄i: i atrijs domus dei nostri] q. d. vos serui laudate qui statis et perseueratis non titubatis nec ruitis. Illi stare dicuntur qui in mādatis ei⁹ perseuerāt: qui in fidem nō ficta et spe firma ac charitate sincera deo seruiunt et eius ecclesiā honorāt: et nō dant offensionem maleviuendi eis qui venire volunt et in via lapides offensionis nō sunt. De hoc habes etiam supra in psalmo precedenti vbi cetera melius videre poteris.

3 Laudate dominum † quia bonus dn̄s: psallite nomini eius quoniam † suaue est. [† qm̄ benignus † suauis.]

ℭ [Laudate] in eq̄ [dn̄s] ꝓp hoc [q: bon⁹] est [dn̄s] ex se et i se a quo oīa cetera bona cuius bonitas nō qualitas est sed natura. Quidam pro bonis tēporalibus laudāt eū: alij ꝓpter premiū eternū eis ꝓmissum

tercij sinceri⁹ eo solo intuitu quia bonus est. Est enim infinite bonitatis propter qđ est summe laudabilis [psallite] operādo et cantando [nomini eius] id est ad laudem nominis eius nō querentes gloriā vestram [quoniam suaue est] nomē eius: id est res nominis scilicet ipi gustanti ⁊ experto suauis est dominus in precepto: qꝛ iugum ei⁹ suaue ⁊ onus leue: suauior in promisso / suauissimus in pmio. Breuiter vno verbo explicita est causa laudis dei nostri. non enim inuenis melius quod de illo dicas nisi quia bonus est dominus. Ipsa merces tua summa. deus ipse erit quem gratis sic amare debes vt ipsum p mercede desideres: quia solus te saciabit. Deinde subiungit opera ei⁹ ⁊ que circa nos fecit que magis capere valemus. q. d. Ideo etiā laudate ⁊ psallite quia ista que sequū tur fecit: scilicet

4 Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Israël in possessionem sibi.

℃ [Quoniā iacob] .s. iudaicū populum ab iacob descendentem [elegit] gratia nō merito ex ceteris nationibus [sibi dñs] id est in suam protectionē. ⁊ idem repetens alijs verbis subdit [israel] scilicet elegit dñs [in possessionem sibi] ppriā et specialē. Ad literā ceteras gentes sub angelis posuit: sibi istam possidendam seruandamq; deputauit. Per iacob q̄ interptaꝛ luctator vł supplātans significaꝛ ille qui bene seruiendo ⁊ contra spirituales nequicias luctando vitia supplantat. Per israel vero q̄ interptatur videns deū significaꝛ qui eum fide et oculis interioris hominis contemplatur. hunc elegit sibi dominus i possessionē quē vt agrū excoleret: seminaret: possideret: ⁊ seruaret: qui non suis meritis sed gratia dei est electus ⁊ iustificatus. Et merito eum suadeo laudādū et ei psallendum

5 † Quia ego cognoui quòd magnus est dominus: & Deus noster † præ omnibus dijs. †quam †super oēs deos

℃ [Quia ego cognoui] et scio [q̄ magn⁹ est dñs] in se scilicet potestate ⁊ virtute q̄ vbiq; est ⁊ omnia cōtinet: ⁊ cuius magnitudinis nō est finis [et deus noster] est [p̄e oī bus dijs] .i. super omnes deos qui sunt in celo ⁊ in terra est magnus ⁊ potens scꝫ super hoīes sanctos / et angelos qui dij digni sunt vocitari. necesse est enim eū esse super omnem creaturam ⁊ corporalem ⁊ spiritualē: ⁊ sup omnia que fecit ⁊ homines et angelos ⁊ omnia: et ideo eum laudabilem predico: magnus est in essentia: magnus quoq; in operibus excedit excellentiā oīm et hoc probat effectus: quia

6 Omnia † quæcūque uoluit dominus fecit in cælo & in terra: in mari & in omnibus abyssis. †que ps. cxiij.

℃ [Omnia quecūq; voluit dominus fecit in celo et in terra] omnia visibilia et inuisibilia nō coactus est facere aliq̄d sꝫ quicquid voluit fecit. Causa oīm operū ei⁹ est propria voluntas et nulla necessitas. Unde sm Augustinum. Stultum est in singulis rebus: quorum creationis certa causa ignoraꝛ aliam inquirere p̄ diuinam voluntatem et non tantum in celo ⁊ in terra sꝫ [in mari] quod commeatur [et in omnibus abyssis] id est in profunditate ignoti oceani. Si ergo oīa eius Augustinus

eius opera comprehendere nõ pos sumus hoc de eis firmiter teneamus q omnia a deo sunt facta. De inde enarrat que fecit. q. d. fecit q̄ voluit quia ipse est

7 † Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. †Susci-tans.

¶ [Educens nubes] scz mediante corporum celestium calore [ab extremo terre] i. ex vltimis finibus terre qui includũtur mari in quo eleuati vapores condensantur in nubes: et flatu uentorum deferuntur ad medium terre vt ibi pluãt: et de talibus [fulgura in pluuiam fecit] id est fulgura et tonitrua i dictis nubibus generata per resolutionem nubium in pluuiam terminauit: et qui fulgure terruit pluuia refecit. Ipse est etiam

8 Qui † producit uentos de thesauris suis: qui percussit primogenita Aegypti ab homine usque ad pecus. †Sedu-cit.

¶ [Qui pducit ventos de thesauris suis] id est de occultis et latẽtibus causis qd enim flat vẽtus sentis: et qd iussu dei flat scis sed qua causa flat vl de quo thesauro rationis editus sit nescis. Ipse est [qui percussit primogenita egypti] non tantum quedam sed [ab homine vsq ad pecus] id est hominum et pecoꝝ. Hec fuit decima plaga quã solum i speciali exprimit: quia inter ceteras omnes terribilior fuit. Alias autem plagas tangit in generali dicens.

9 † Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte: in Pharaonem & in omnes seruos eius. †Immi-sit.

¶ [Emisit signa et prodigia] que preter vsitatum nature cursum cõtingunt: sicut de istis erat plagis [in medio tui o [egypte] pro populi israel liberatione [in pharaonem et in omnes seruos eius] quos post multas plagas finaliter i mari rubro submersit. Ipse est etiam

10 Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.

¶ [Qui] postquã eduxit israel de egypto [pcussit gẽtes multas] occupantes terram filijs israel promissam [et occidit] id est occidi fecit [reges fortes] filijs israel resistentes videlicet.

11 Seon regem Amorreorũ & Og regem Basan: & omnia regna Chanaan.

¶ [Seon regẽ amorreoꝝ et og regem basan] qui percussi sunt sub moyse cũ prohiberẽt filios israel p fines suos trãsire [et oĩa regna chanaan] que percussit deus sub iosue Ubi triginta vnum reges interfecit

12 Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Israël † populo suo. †Seruo suo.

¶ [Et dedit terram eorum] scz regum et gentium [hereditatem] i. hereditario iure possidendam: et specificãs cui vel quibus eam dedit repetit dicens [hereditatem] non cuicunq sed [israel pplo suo] ex ceteris nationibus electo. Et qz ex his factis est ꝗ filijs israel spã

liter laudabilis: conuerso ad dominum: sermone subiungit. O

B Pselm. † gñationē. gñatione.

Domine nomen tuū in † æternum: domine memoriale tuū in † generatione & generationem.

¶ [Dñe] qui mirabilia iā enumerata fecisti [nomen tuū in eternum] est laudabile a nobis [dñe memoriale tuū] .i. memoria mirabilium tuorū permanet [in generatione & generationē] id est in gñationib⁹ singulis sibi succedētib⁹. Dū ergo audis q̄ i ipsos facta sunt caue ne & in te fiant. Ad hoc eñi facta sunt in illis vt eos nō imitareris et talia non paterer is. Attende exempla beneficiorū dei & vindictā dei time: omnipotens est et ad cōsolādū & ad castigādū. Jdeo hec vtilia sunt q: cū legunt ipsos legētes et auditores instruūt. Quādo eñi pi⁹ videt seu audit qd̄ passus est impius purgat se ab omni impietate et cauet dei offensam ne veniat et ipe i talē penā talēq̃ vindictam. Hec qdē ad lrām facta sunt s3 videamus qd typice significent. celū sunt spūales: terra carnales. et ex his duob⁹ ɔstat ecclīa dei & ad spiritales p̄dicatio: ad carnales vero pertinet obsecūdatio. Ergo i ecclesia sua & in p̄dicatorib⁹ & i plebib⁹ suis tā̄ [in celo & in terra oīa quecūq̄ voluit fecit] Et sīt [i mari et i oīb⁹ abyssis] Mare designat infideles apertos psecutores q̄ nō seuiūt nisi pmittāt: nec vindicat in eis nisi deus iusserit. Abyssi sunt latentia corda & pfunde cogitationes hominū: s3 hec nuda sunt deo quē nihil latet: et ibi facit qd̄ vult & consolatur cor bonum & torquet cor malum. Et ipse [educit] et excitat [nubes] et predicatores nō tantum de medio terre et filijs israel sed & ab extremo terre & de gētib⁹ et mittit in fines orbis terre. Uel [de extremo terre] id est de humilibus et infimis mundi vel purgans eos ab omni terrenitate. et vocat nubes quia fulgurant minis. chorusçant miraculis. pluunt doctrinis. Et de ipsis nubibus [fulgura in pluuias fecit] id est minas & cōminationē ad misericordiā et propiciationem flexit & de terroribus irrigauit. Nam quando tibi minatur deus per pphetam seu p apostolū et times chorusçatio terruit te: sed cum penitendo corrigis & agnoscis hoc fieri: p mias terror fulguris vertitur in pluuiā: et qui te terruit ipse te reficit. Eosdem autem quos vocauit nubes vocat et ventos nubes propter carnem ventos propter spiritum. Nubes enim videntur venti: sentiuntur & nō videntur. Et iō q: carnem videmus esse de terra [nubes] inquit [educens ab extremis terre] et q: spiritus hominis ignoratur vnde veniat [qui producit] inquit [ventos] et spiritus predicatorum [de thesauris suis] percussit etiam [primogenita egypti] id est destruit principalia vitia atq̄ crimina mundi [ab homine vsq̄ ad pecus] id est prudentibus seu doctis et in ideotis seu indoctis. [Emisit] quoq̄ [signa in medio egypti] commonens mundum miraculis per predicatores factis [in pharaonem et in omnes seruos eius] id est contra diabolum et ministros eius: seu in confusionem et destructionem eorum [percussit] etiam [gentes multas] .i. inumera vitia et cateruas vitiorum que mundum oppresserunt: [et occidit reges fortes] .i. vitia fortissima et

dominātia.vel reges sunt immundi spūs qui occisi sunt dū nequeūt in nobis.quod volūt.Occidit plane et nunc occidat a cordibus seruorum suorū:et a tētationibus ecclesie sue nō cesset manus eius in occidēdis talib⁹ regib⁹ ꝛ talibus populis.[Seon regē amorreorū] i.simulationem vel arborem infructuosam habētē secū execratores dei qui simul percussi in ignem pijciuntur eternum[et og regem basan].i.materiam confusionis que nobis ne deū agnosceremus et in eū crederemus obstabat[ꝛ omnia regna chanaan]id est regna cōmotionis ꝛ superbie que dominabantur nobis ꝛ commonebant nos a deo.Omnia ergo ista que euertit tūc deus corporaliter euertit nūc spiritualiter:nec cessat manus ei⁹ vsq; in finem.Sed qꝛ ad hoc euertit:vt releuet et quasi damnat vt saluet recte subdit.[Et dedit terram eorum hereditatē]id est celestem beatitudinem quam demones per superbiam deseruerunt. Inde enī electorum populū gratia diuina ad celestem hereditatē deducit:vnde prius malignū hostem ꝛ populum vitiorum a seruorum suorum cordibus repellit.Et quia quod tunc circa impios fecit corporaliter:nunc circa nos facit spiritaliter bñ subiungitur.[Dñe nomen tuū in eternū]est exaltatum:id est operatio potentie tue seu manus tua non cessat facere hoc in tota presenti vita et in hoc seculo que tunc prenunciasti in figura[et memoriale tuū]id est memorabilis misericordia tua manet[in generatione]presente qua renascimur per baptismū[et gñationē]futurā qua resurgemus:qꝛ non est oblitus deus in hac nos vocare in illa coronare.Ideo autem laudabilis ꝛ laudād⁹ est de⁹.

14 † Quia iudicabit dominus † populum suū: & in seruis suis † deprecabitur.

†q̄m †plebē suam. †aduocabit.

¶[Quia iudicabit dñs ppl'm suū] in pñti separando bonos a malis: fideles ab infidelibus:aplos a iudeis mendacibus.et in futuro dānando malos ad penā ꝛ subleuando bonos ad gloriam[et in seruis suis]obediētibus.i.in electis[deprecabitur].i.deprecabilis ꝛ placabilis erit.quia ad eorum preces q̄ in eius seruitio perseuerant inclinatur vt eos tantū ad eternam salutem exaudiat quorū vita ab oratione nō discordat.Deinde adducitur ratio diuine laudis ex falsitate idolorū:quia perfecta laus veritatis est destruere falsitatem:quasi diceret deus noster est magnus.

15 † Simulachra gētiū argētum & aurū: † opera manuum hominum.

†idola †nō habet residuum.

¶[Simulachra]autem id est idola[gētium]que ipsi pro deo colūt sunt[argentum et aurum]quantum ad materiam:et creatura nō creator[opera manuum hominū] quātū ad formam opere humano factā non formator.Unde non vere sunt illud qđ videntur esse.Quorum imbecillitas inde patet:quia

16 † Os habent & non loquentur: oculos habent & non uidebunt.

†ipsa ps nō est.

¶[Os habent]scilicet similitudinarie id est effigiem oris et non vere os:quia[et non loquentur] carentes proprio oris officio[oculos habent]id est effigiem oculorum et non veros oculos. quia [et non videbunt]carentes ocu-

loꝝ opatiōe de his et habes supra in po. In exitu israel vbi videas.

17 Aures habent & nō audient: † neque enim est spiritus in ore ipsorum.

† aures hñt et nō odorabūt: pedes hñt et non loquentur.

¶ [Aures habent] apparenter et nō vere q[uia] [et nō audient] in veritate. Instrumēta ergo videtur habere sensuū nō ipsos actus eorū. Deinde horum rationem reddendo cōcludit omnia: ostēdēs q nec hominib⁹: nec pecoribus possunt cōparari cū ait [neq[ue] em̄ est spūs] vel anhelitus [in ore ipsorum] sicut in aialibus viuis reperitur: et ideo nō possunt habere opera vite que mediātibus spiritibus exercētur. Exteriora instrumēta artifex potuit facere s[ed] nō spiritū: vnde loquātur videant vel audiant eis dare.

18 Similes illis fiant qui faciūt ea: & omnes qui confidunt in † eis.

† illis

¶ [Similes illis] .s. idolis [fiant] interius et in iteriori homine [qui faciunt ea] operādo [et omnes qui cōfidunt in eis] ea adorādo. predictio est non optatio nisi forte zelo diuine iustitie. Et ita fit. Tales em̄ aures habēt et nō audiunt deū pd ipsos clamantem: oculos habēt et non vident per fidē. os habent et non loquuntur fidei veritatē. Deinde postq̄ idurit pphetia ad laudem dei in gñali consequēter post ista idola monet ad laudē in speciali distinguēdo stat⁹ populi cuꝫ dicitur. O vos dei cultores tam subditi q̄ prelati scilicet o vos

19 Domus israël benedicite † domino: domus Aäron benedicite † domino.

† dñm
† dñm

¶ [Dom⁹ isr[ae]l] i. vidētes fide deū qui pertinetis ad semē abrahe nō carne sed fide ex quo idola gētium tam vilia sunt [benedicite] nō idolis sed [domino] Dom⁹ ergo israel vniuersos fideles et cōgregatiōes sanctorum deum oculis mētis inspicientes significat: sed iam ad distinctionem ordinum respicit cuꝫ subiungit et in domo israel precipue o [domus aaron] id est sacerdotes et prepositi [benedicite domino] benedictione laudis. Nec solū sacerdotes et ppositi/s[ed] o vos.

20 Domus Leui benedicite † domino; qui timetis dominum benedicite † domino.

† dñm
† dñm

¶ [Domus leui] id est omnes boni ministri qui omnes estis de domo leui [benedicite domino] eum laudādo pre ceteris populis ex officio vobis imposito; deinde iterū ad vniuersitatē redit cū subdit: et omnes [qui timetis dominum] ex omni gente et populo [benedicite domino] vt sicut maiestatem metuitis ita cum charitate laudetis. Et quia omnes generaliter sunt domus israel: ideo omnes vna voce dicamus quod sequitur.

21 Benedictus domin⁹ ex Syon: qui habitat in Hierusalem.

¶ [Benedictus sit [dñs] ex syon] que interpretat speculatio: id est ab ecclesia militante deum per fidem speculante scilꝫ a nobis qui q̄diu in spe viuim⁹ sumus in syō: quia spectamur q veniat [qui habitat in hierusalē] celesti que interpretatur visio pacis vbi videbimus eum in eterna pace ipso do-

nante. O felix et btã hierusalẽ nũ-
q̃ ruitura: quia dominus in te ha
bitat et te custodit. Beati qui habi
tant in te quia laudabũt dominũ
sine fine. Oratio.

Suauitatis eximie de⁹ quẽ
oĩs terra p̄c dulcedinis be
nignitate laudat: rogam⁹
vt ablato a nob̃ vano errore tuis
volũtatib⁹ connecteremur. Per do.

Psalmus de exhortatione ad Dei laudem propter diuersa ipsius magnalia & beneficia plurimis misericorditer collata.

Psal. C X X X V.

1 iiij Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in æternum mia eius.

ℭ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ℭ Titul⁹ alla: q: psalm⁹ iste cõtinet laudem dei. ℭ Materia: laus dei et cã laudis. ℭ Intentio: mouere alios ad laudandum deum. ℭ Sententia in generali: ꝓpheta in isto psalmo inuitat p̃mo ad laudem dei ex beneficijs collatis oĩbus generaliter: et consequenter ex beneficijs collatis pp̃lo israeli et omni homini seu omni viuenti vita sensibili specialiter. In hoc ergo psalmo exhortatur ꝓpheta eosdem quos in superiori laudare dominum subiungendo easdem cãs et quasdam alias: vbi etsi multa ad laudem dicantur / maxime tamen misericordia dei hic commẽdatur: vñ et diuersa initia in vsũ conueniunt finem: scilicet [quoniã in eternum misericordia ei⁹] id est quoniam beneficium quod nobis misericorditer prestat erit eternũ. Magna virtus huius psalmi dicitur: quia si pure cantatur presto esse diuine gratie presentia sentitur: vbi in quolibet versu misericordia dei repetitur: quia quicq̃d hic dicitur ad misericordiã dei refertur que omnia operatur: et sine qua nõ subsistitur: quia dei est misericordia omne quod possumus et clementia omne quod viuimus. ℭ Sententia in speciali: ad laudem ergo dei inuitans ait. [Confitemini domino] confessiõe laudis: id est confitendo laudate dominũ [qm̃ bonus] est: id est sup omnes bonos. bonus insita sibi bonitate cuius bonitatis non est finis: que apparet in eo q̃ semper est misericors [quoniam in eternum] scilicet hic et in futuro est [mia ei⁹] quia hic parcit et ibi coronat. Uel quia ipsa beatitudo quam misericorditer et miseris prestat vt esse miseri desinant et beati esse incipiant finem non habebit. Duas ergo causas posuit q̃re omnipotens laudãdus sit: videlicet quia summe bonus est in se et sp̄ misericors in nobis. Deinde ostendens excellẽtiã illi⁹ cui cõfiteri nos mõet subdit.

2 Confitemini Deo Deorum: quoniam.

ℭ [Cõfitemini deo deorum] id est vero et excellẽti deo inter eos qui dij appellantur vt sunt angeli et hoĩes qui dij p̄ticipatiue dicunt et ideo confitemini [qm̃ in eternũ] est [mia ei⁹]. Ita et in ceteris versibus sequentibus. Cur eñ confitemur in oĩm versuũ finibus põit scilicet qm̃ in eternum mia eius

3 Confitemini Domino Dominorũ: quoniã.

¶ [Confitemini dño dñorū] .i. dño singulariter excellenti inter eos q̄ dicuntur domini. Pluraliter dicit deos τ dominos: sunt ei dij multi τ domini multi siue in celo siue in terra quorum deorum et dñorum deus et dñs est: et super quos est ipe qui est verus deus et domin⁹. Cōfitemini inquā [qm̄ in eternū] est [misericordia ei⁹]. Et quia ista causa confessionis ponitur in fine cuiuslibet versus: ideo per singulos versus in principio subintelligendum est cōfitemini domino vt finis singulorū versuum referatur ad principium. alioquin non congrue replicaret per singulos versus quoniā in eternū misericordia eius. Igitur confitemini domino

4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniā.

¶ [Qui facit mirabilia magna solus] solus de⁹ mirabilia facere dicitur: quia que p homines vel angelos fiunt ipse facit. Multa miracula per angelos et per homines facit: sed sunt quedam magna que deus solus sine ministerio hominum vel angelorum facit τ ipa exequitur dicens.

5 Qui fecit cælos in intellectu: quoniam.

¶ [Qui fecit celos in intellectu] id est intelligibiles et inuisibiles scilicet celum empireum τ aqueū que corporaliter nō videmus: qui etsi corporei sint tamē tante sunt tenuitatis vt a mortali videri nō possint. Uel [qui fecit celos] id est celestē machinā [in intellectu] .i. in sapiētia sua qđ τ de oib⁹ alijs intelligi debet: qr omnia in sapiētia fecit. quoniā in eternum mia eius

6 Qui firmauit terram super aquas: quoniam.

¶ [Qui firmauit terrā super aq̄s] Terra dicitur super aquas fundata eo q̄ aquis circūfluentibus supereminet: sicut dicitur ralis ciuitas est super mare fundata/ nō q̄ mare sub ea sit/ sȝ quia mari subeminet: sicut dominus super puteum sedit. i. iuxta puteum

7 Qui fecit luminaria magna †: quoniam. †solus

¶ [Qui fecit luminaria magna] scilicet solem et lunam que maiora sunt īter cetera luminaria. Deinde ostendit ad quē vsum et finē ista luminaria fecit quia fecit

8 Solem in potestatē diei: quoniam.

¶ [Solem in potestatem diei] vt preesset diei: et sua luce de die oia illustraret. et dicitur potestas diei qr eo oia declarātur: vñ dr̄ q̄ dies est latio solis sup terrā. Et fecit

9 Lunā & stellas in potestatē noctis: quoniā.

¶ [Lunam τ] etiam [stellas in potestatem noctis] vt presint nocti τ sint lux noctis: illustrēt q̄ noctem sua luce. Uniuersam igitur creaturam non per aliquā creaturam sȝ per seipsum solus fecit deus cui⁹ creature quasdam partes excellentiores commemorauit ex quibus vniuersa ab omnipotēti deo facta itelligeremus. Uel typice hec accipi possunt sic. [Qui fecit celos] i. spirituales sanctos suos [in intellectu] quo in celis cōuersant: q̄bus non tantū credere verū etiā intellegere diuina dedit. Simplices aūt qui hoc nondum possunt: sed solam fidē firmissimam tenēt tāq̄ infra celos terra dicitur: τ qr in baptismo quē acceperūt incōcussa credulitate consistunt id ē q̄ [firmauit terram super aquas]

s. in fide baptismi: i. q̄ totā firmatur ecclesiā ēt nomie terre signatā [Qui] etiā i ipis celis [fecit lumiaria magna] id est dona gratiarū fidelibus suis contulit que oia in se sunt magna: et qz a magno dato sz quedā maiora et quedā minora. Unū apostolus gratiarum dei varietatem in hoibus volēs ostēdere ait. Alij quidem datur per spiritū sermo sapiētie: alij sermo sciētie etc. et subiūgit q̄ lumiaria et dona dicēs [Solem in potestatem diei] p solē accipe donum sapientie quod datur diei. id ē maioribus vt possint alijs lucere [lunam et stellas in potestatem noctis] per lunam donum sciētie accipe. distat autem sapientia testāte Job qui ait. Pietas (id est dei cultus) est sapientia: abstinere autem a malo scientia est. Intelligimus ergo sapientiam cognitionem et dilectionem eius quod semper est: et incommutabiliter manet quod deus est: scientiaz autem nō aliud q̄ in medio nationis praue et peruerse tanq̄ in nocte huius seculi caute prudenterqz versari. Per stellas vo accipi possunt alia dona minora scilicet fides: curationum donatio/operatio virtutum prophetia: dijudicatio spirituum: genera linguarum: et interpretatio sermonum quibus humana ignorantia tanquam nox illustratur. hec autem dona per lunam et stellas significata dantur nocti id est minoribus vt et ipsi possint lucere in nocte huius seculi. Nihil enim horum est quod non in huius seculi nocte sit necessarium. Et quia dixit que solus fecit consequenter ostendit que per angelos et per homines fecit inuitans ad laudem dei ex beneficijs collatis specialiter populo israeli sub figura nostri quasi diceret confitemini ei

1. cor. xij.

10 Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam.

[Qui percussit egyptum] scilz nouem plagis [cum primogenitis eorum] occidendo primogenita eorum quod in decima plaga est factum. Typice Ita percussit et seculum tenebris inuolutum cum principibus vitijs scilicet luxu/superbia/et auaricia q̄ in mūdo principātur: et precipua putātur: sed deus a se excludit et contemnere docuit.

11 Qui eduxit Israel de medio eorū: quoniā.

[Qui eduxit israel de medio eorum] scz egyptiorū inter quos captiui detinebantur. Eduxit inquā

12 In manu potēti & brachio excelso: quoniam.

[In manu potenti et brachio excelso] Sic et sanctos et fideles suos de medio et cōuersatione malorum et infidelium educit et hec sua potentia inuincibili et singulari. Uel manus et brachium dei christus dicitur per quē pr operatur.

13 Qui diuisit mare Rubrum in diuisiōes: quoniam. Exodi xiiij.

[Qui diuisit mare rubrū in diuisiōes] s. duodecim scilicet sm numerū duodecim tribuuz vt singule tribus suas vias meandi haberēt et sine impedimento transirent. Sic varijs vijs et diuersis gradibus per fluctus huius seculi ad deū transitur et scanditur de mundo qui per mare significatur. Uel per mare rubrum intelligitur baptismus christi sanguine rubricatus et consecratus: quem nunc diuidit deus vt vnus et idē baptismus

alijs scilicet pactū baptismi obser uantibus ꝛ in gratia permanentibus sit in vitā: alijs scilicet preuaricatoribus ꝛ ad egiptum mēte reuertentibus sit in mortem

14 Et eduxit Israël per medium eius: quoniam

¶ [Et eduxit israel per medium eius] scʒ maris sicco pede prebens eis iter siccuʒ: quia aque eius pro muro erant a dextris ꝛ a sinistris. Sic etiam educit innouatuʒ populū per lauacra regeneratiōis vt ad eum quem mente tuetur possit accedere.

15 Et † excussit Pharaonem & uirtutem eius in mari Rubro: quoniam.

† percussit.

¶ [Et excussit] .i. velociter confregit ꝛ destruxit [pharaonem ꝛ virtutē] .i. exercitum [eius in mari rubro] scʒ in medijs fluctib⁹ eos submergendo. ita excutit ꝛ interimit celeriter in baptismo peccata suorum seu diabolum cum ministris suis ad modum pulueris qui celeriter excutitur.

16 Qui traduxit populum suum † per Desertum: quoniam.

† in deserto.

¶ [Qui traduxit] quadraginta annis [populum suum] ab egyptijs liberatum [per desertum] in multis mirabilibus circa eum ostēsis. Ita ꝛ nos per huius seculi ariditatem ꝛ sterilitatem trāsducit ne in eo adhereamus vel pareamus.

17 Qui percussit reges magnos: quoniam.

18 Et occidit reges fortes: quoniam.

¶ [Qui percussit reges magnos: et occidit reges fortes] scilicet volētes resistere filijs israel. Ita ꝛ in suis fidelib⁹ diabolicas et noxias potestates pcutit ꝛ occidit ꝛ specificās de stis regibus subiungit

19 Seon regē Amorreorum: quoniam.

¶ [Seon reges amorreorum] sic et germen inutile vel calentem carnis tentationem que in amorreis: id ē amaricātibus regnat occidit.

20 Et Og regē Basan: quoniam.

¶ [Et og regē basan] sic et coacervantem diabolum regem basan. id est confusionis queʒ conseruat: vel prauam consuetudinem que regnat in filijs confusionis: id est inordinate viuentibus etiaʒ occidit.

21 Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam. Josue xij.

¶ [Et dedit terram eorum] scilicet regum [in hereditatem] et specificans cui dedit subdit

22 Hæreditatem Israël seruo suo: quoniam.

¶ [Hereditatem israel seruo suo] sic et quos possidebat diabolus hereditatem dat semini abrahe quod est christus: qui per israel seruum accipitur. Uel per israel seruum accipit christianos quibus data est promissio regni celestis sub figura facta iudeis.

23 Quoniam in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam.

¶ [Quia in humilitate nrā] .i. in deiectione nostra dum humiliaremur graui seruitute egypti [memor

mor fuit nostri] per misericordiam suam nos inde liberando. sic et in deiectione nostra dum humiliaremur sub peccatis et diabolo/ memor fuit nostri quando aduenit quotidie in humilitate interiori que est propria christianis quam christus eos docuit memor est nostri. propter superbiam enim nostram obliuiscitur nos deus. humiliemur ad penitentiam et in humilitate nostra memor erit nostri.

24 Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam

¶ [Et redemit] id est tanquam precio redemptos liberauit [nos ab inimicis nostris] scilicet egyptijs. sic et christianos redemit sanguine vnigeniti filij sui. Deinde ponitur inuitatio ad laudem dei ex beneficio collato generaliter omni homini seu omni viuenti vita sensibili cum dicitur.

25 Qui dat escam omni carni: quoniam

¶ [Qui dat escam] id est omnia necessaria ad vite sustentationem [omni carni] id est omni homini seu animali: quia vtrobique ponit partem pro toto escam et carnem nominando sic dat escam spiritualem de qua dicitur. Caro mea vere est cibus: omni generi hominum israelitarum scilicet et gentium id est omni credenti. Deinde ad exhortationem suam rediens psalmum concludit dicens. Et quia sic facit ergo propter has et has causas.

Joh. vj.

26 Confitemini † domino cæli: quoniam

† deo

¶ [Confitemini domino celi] licet enim sit deus totius creature tamen speciali modo dicitur deus celi eo quod clare videtur vbi. hoc est quod supra aliter dixit deus deorum. Unde et hic repetit quod ibi subiunxit.

27 Confitemini domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

¶ [Confitemini domino dominorum] et ideo confitemini [quoniam in eternum misericordia eius] Misericordiam domini inter cetera maxime commendat et sepius nobis inculcat quia maxime est nobis necessaria et continue ad memoriam reducenda. Et quia per psalmum bona opera designantur et misericordia dei nos preuenit in inchoatione boni operis et eadem subsequitur in fine actionis bene deus deorum et dominus dominorum laudatur in fine qui iam laudatus est in capite. Et bene a laude inchoat psalmus iste et terminat in laude vt ostendatur quod ille qui laudatur est principium et finis et quod ei debet offerri principium et finis boni operis.

Oratio.

Memor esto humilitatis nostre et miserere nobis omnipotens deus. et qui quondam patribus nostris terram aduersariorum in hereditatem donasti quesumus vt nos a peccati macula liberatos in tuam hereditatem restituas. Per dominum.

Psalmus de populi Israëlitici in Babylone & fidelium in peccatis seu huius seculi miserijs captiuatione & eorundem lamentatione.

Psal. CXXXVI.

†.bi †tui

1 SVper flumina Babylonis † illic sedimus & fleuim⁹: dū recordaremur † Syon.

¶ Auctor psalmi ꝓpheta dauid. ¶ Titulus ps̄ dauid pp hieremiā: hoc est ps̄ iste dauid ꝓphete ꝓpositus propter hieremiā/id est iuxta hieremiā: quia agit de captiuitate quā hieremias defleuit in figura nr̄i qui spūaliter captiui tenemur p peccatū ⁊ a patria peregrini. Si enī ciues sum⁹ decreti syon i atriis hierusalē stamus spe sed hic in ista babylonia id est in cōfusione hui⁹ seculi non ciues habitamus sed captiui tenemur ⁊ sedemus humiles penitendo ⁊ cōfitendo. ¶ Materia populi israel captiuatio ⁊ eiusdem lamētatio. ¶ Intētio: monere non conformari babylonie sed in supernam hierusalē suspirare. Et q̄ sicut populus israel ratione captiuitatis sue corporalis ⁊ afflictiōis multiplicis flebat ⁊ dolebat nec cantare poterat canticum leticie dolens super templi destructione: et sua a loco sancto elongatione: sic eius exemplo multo ampli⁹ nos qui capti sumus in captiuitate diaboli: per peccatum mortale et in miseriis presentis vite flere et dolere semper debeamus: nec vnq̄ gaudere donec liberati erimus: et ad ciuitatem sanctam scilicet hierusalem supernam peruenerimus. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo describit templi destructionem: populi captiuati lamentationem: et aduersariorum punitionem. ¶ Sententia in speciali: propheta ergo in persona captiuoꝝ quasi laudib⁹ stantium in domo et in bono exercitatus est lamentationem hanc in figura nostri et fidelium profundit desideria patri dicens [Super] id est iuxta [flumina babylonis] quibus illa terra abundat [illic sedimus] id est diu habitauimus [et fleuimus] habitando ibi in amaritudine ⁊ luctu [dum recordaremur syon] id est templi destructi quod erat ibi de cuius destructione plus affligebantur q̄ de sua captione.

2 In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra. 2

¶ [In salicibus] qui solent iuxta aquas abundare: existentibus [in medio eius] scilicet babylonis [suspendimus organa nostra] id est instrumenta iocunditatis ⁊ leticie hoc est subtraximus nos ab omni carmine leticie ratione desolationis nostre et templi et aggrauatione mali continui.

3 † Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: verba † cantionum. †qm̄ †cantī cowu.

¶ [Quia illic] scilicet in babylone [interrogauerunt nos] babylonii tentantes et irridentes [qui captiuos duxerunt nos] scilicet in babylonem [verba cantionum] id est vt cantaremus eis carmina exigentes carmina leticie a nobis in tota amaritudine constitutis. et hoc est etiam quod subditur.

4 Et qui abduxerunt nos: hymnum cātate nobis de canticis Syon.

¶ [Et q̄ abduxerūt nos] .i. a nostra terra separatos duxerūt. s. de iudea in babylonem captiuos: supple interrogauerunt verba cantionum

dicentes [hymnũ cantante nobis] leticie [de canticis syon] id est que solebatis cãtare i syon. scilicet in templo hierusalem que iuncta est syon. Uel mystice babylon que cõfusio interpretatur hic mũdus intelligitur. Omnia autem que hic amãtur & transeunt flumina sunt babylonis. Que attendentes sancti in sua captiuitate humiliati non se eis amore immiscent sed contemnendo supra sedent & flent vel eos qui rapiuntur: vel seipsos et suum incolatum qui in babylonia captiui tenentur. flent autẽ in recordatione syon. id est celestis hierusalem ciuitatis eterne in hostili enim terra dulcis est recordatio patrie. flent recordando syon & quando ꝫm babyloniam eis bene est. Multi enim flent fletu babylonio qui et gaudent gaudio babylonio. Qui gaudent lucris et flent pro damnis vtrunqꝫ de babylonia est. Sed cum ciues hierusalem agunt in medio babylonie organa sua in salicibus ei⁹ suspẽdunt. habent enim sancti organa sua ipsis canora. scꝫ scripturaꝫ dei promissam & precepta domini meditationem quandam futuri seculi. Salices ligna sunt infructuosa rigantur de fluminibus babylonis & nullum fructum ferunt. Hi sunt homines cupidi steriles in bono ope q̃ ex istis voluptatib⁹ rerum transeuntium nutriuntur tanq̃ rigati a fluminibus babylonie: Quando tales patimur cum eis qui i medio babylõie sunt versamur. qui enim multũ mali sunt in medio babylonis existũt sed in exterioribus babylonis sunt qui non tantis concupiscentijs seculi & delectationib⁹ obruuntur. Quãdo illos qui i medio ei⁹ sunt videmus & tam steriles inuenimus vt 5

difficile appareat in eis aliquid vnde possint duci ad fidem rectã: vel ad bona opera: vel ad spem futuri seculi auertimus ab eis faciẽ quia quicquid illis dixerimus sinistrum atqꝫ aduersum habebũt. Ergo differẽdo circa eos scripturas & eis nõ enũciãdo suspendim⁹ organa nostra in salicibus: nec ea vt sonent percutimus. Ideo autẽ suspendimus quia demones qui deceperunt nos captiuos nos duxerunt et a societate angelorum abduxerunt: interrogauerunt nos in babylonia tenẽtes verba cãtionum & hymnum de syon. i. causas & rationes aggratulatiõis & pfessionis nostre. Cum istis hostibus cõfligimus & ne irascamur hominibus qui nobis ingerunt persecutiones tulit intentionem nostram apostolus ab odio hominum & direxit in lucem spirituum dicens. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguineꝫ: id est vs aduersus hoies quos videtis a q̃bus videmini mala pati. Nam et pro ipsis orare debetis: sed aduersus principes & potestates & rectores mũdi tenebrarũ harum quos non videtis hi sunt qui captiuos duxerũt nos: nec ducerẽt nos nisi cõsentirẽtes. Et qñ intrãt in corda hoim interrogãt derisorie per linguas eoꝝ quos possidẽt: & in q̃b⁹ seu p quos opantur: & dicũt cãtate nobis ẜba cãtionũ & hymnum de cãticis syõ. reddite nobis rõnẽ aduentus christi: & de fide vestra ac de preceptis christi in quib⁹ est vobis delectatio & exultatio tanta: & que est alia vita ita babylonij cantus exigebant: sed nos respondemus eis dicendo.

Quomodo cantabimus canticum domini:

Babylon q̃d interp̃tatur. Ephe. vj.

in terra aliena?

¶ [Quomodo cantabimus canticũ dñi] .i. quid debet cãtari a : laudem et honorẽ dñi [in terra aliena] q.d. nullo modo hoc facere possumus nec debemus. Deinde subiũgit captiuorũ affectionẽ erga hierusalem: et ex persona illorum alloquitur eam.

6 Si oblitus fuero tui Hierusalem: † obliuioni detur dextera mea:

† obliuiscat me.

¶ [Si oblit⁹ fuero tui] o [hierusalem] cantans canticũ letitie quasi oblitus destructionis tue [ob liuioni detur dextera mea] que ad agẽdum multum est necessaria quasi. d. tota fortitudo et virtus mea seu prosperitas et letitia me deserat et relinquat.

7 Adhereat lingua mea faucibus meis : † si non meminero tui.

† nisi tui me minero

¶ [Adhereat lingua mea faucib⁹ meis] ita ꝙ loqui nõ possim et mutus fiã [si nõ meminero tui] o hierusalem scꝫ cũ amore et delectatione. quia tui memoria est mihi fletus et miseriarum consolatio non modica. Unde subdi

8 Si non † proposuero Hierusalem: in principio † lætitiæ meæ.

† p̃posuero.
† ipũs ditatis

¶ [Si nõ ꝓposuero] te o [hierlm in principio letitie mee] id est nisi tu fueris mihi principiũ letitie: et si nõ est mihi precipua de te et in te o hierusalem letitia: quia accedente mihi causa alicuius letitie in principio recordabor de te. Uel mystice: quia his q̃ sunt malis pleni nõ debem⁹ organa percutere vt sonẽt, sed suspendere: et nõ facile debemus illis exigentibus a nobis aliquid dicere: nõ enĩ querũt vt dicãt et proficiãt: sed vt irrideãt et reprehendant. Unde respondendum est eis sic [Quomodo cantabim⁹ canticũ dñi in terra aliena] i. inter eos q̃ dolose exigũt: quod nõ capiũt sꝫ deridẽt et mordaciter reprehẽdunt. Sed vide quomõ viuas inter eos o popule dei: o corpus christi: ne timens talibus displicere affectes amicitias eorũ et incipiat te delectari babylonia et obliuiscaris hierusalẽ. Hoc ergo timẽs dic cũ ꝓpheta: qui passus interrogatores irrisos q̃si inter eos plaustrãs animũ erexit ad recordationẽ syon dicens. [Si oblit⁹ fuero tui hierusalẽ] inter verba captiuantiũ et dolosorum querentiũ et discere nolentium vt illis placere velim [obliuiscatur me dextera mea] .i. vita eterna q̃ ẽ dextera nostra. in dextera enim ponendi sunt iusti sicut sinistra est vita temporalis. Quicquid facis propter vitam eternam dextera operatur. si charitati vite eterne operibus tuis miscueris concupiscentiam laudis humane aut alicuius commodi secularis, nouit sinistra tua quid facit dextera tua. et in sinistra delectatus quasi in dextera perdis eterna: talibus qui obliuiscuntur hierusalem hoc contingit quod dixit: obliuiscatur eos dextera eorum. Uita enim eterna manet in se, illi remanent in delectatione temporali et faciunt sibi dexterum quod sinistrum est. Et [adhereat lingua mea faucib⁹ meis] id est obmutescam et mutus fiam a laude dei si non iugiter memoria tua versetur in corde meo. Sic contingit vt pronunciat: mutus enim fit homini qui memor non est hierusalem. vt quid enim loquitur q̃ cãticũ syõ nõ sonat: cãticũ

hierusalem lingua nostra est scꝫ fi-
deliū canticū delectationis seculi
hui⁹ lingua aliena lingua barba-
ra est quā i captiuitate didicimus.
Et si nō proposuero ⁊c̄. Ibi est ei
sūma letitia vbi deo fruemur. vbi
nihil delectabit nisi bonū: vbi mo
rietur omnis necessitas et orietur
summa felicitas: Illa ergo i omni
actione: ⁊ in principio: ⁊ in medi :
et in fine proponenda est ad ipsam
sunt oia referenda. Deinde conuer
tit se ad dn̄m contra hostes ipsius
ciuitatis; et mala futura predicit
eis in psalmo idumeis dicens.

9 † Memor esto domi
ne filiorū Edom: in die
Hierusalem.

†memē
to.

¶ [Memor] aute [esto] o [dn̄e filio
rū edom] id est idumeoꝝ vt eos pu
nias id est memor eris ad punien-
dum idumeorū nequitias quā fece
runt [i die hierusalē] scꝫ in die resti
tutionis hierusalē: quā impedierūt
quādo impedimēto fuerūt iudeis
reedificantibus hierusalē post redi
tū de babylonia. vel in die destru-
ctionis quando coniuncti fuerunt
babylonus. Ideo subditur.

10 † Qui dicunt exina-
nite exinanite: usque ad
fundamentum in ea.

†dicē
tiū eua
cuate:
vsqꝫ
dum

¶ [Qui dicunt] id est dixerunt ex-
hortādo se mutuo vel babylonios
ad destruendū muros hierusalem
[exinanite exinanite] id est effodi-
te et destruite quicquid est in hie-
rusalem [vsqꝫ ad fundamentum in
ea] id est totaliter et penitus euer-
tite et exterminate hierusalem vs-
qꝫ ad fundamenta vt nihil de ea
remaneat. Deinde pnunciat penā
babyloniorū dicēs. Et tu etiam O,

11 Filia Babylonis † mi
sera: beatus qui retri-
buet tibi retributionem
tuam quam retribuisti
nobis.

†felix.

¶ [Filia babylonis] id est gens ba
bylonica [misera] es in tua exulta-
tione et presumptione: sed [beatus
qui retribuet tibi retributionem
tuam] id est penam tibi debitam
destruendo te et captiuando tuos
[quam retribuisti nobis] id est pro-
pter mala que fecisti nobis destru
endo hierusalem: et nos captiuan-
do quod de⁹ summe beatus faciet
vel scḋm reputationem captiuorum
loquitur qui beatum eum reputa-
bant qui eos liberaret: et de hosti-
bus vindicaret.

12 Beatus qui tenebit †
& † allidet † paruulos
suos ad petram.

†puus
los
†elidet
†ifātes

¶ [Beatus] scꝫ deus vel in reputa
tione captiuorum alius qui in de-
struendo te [tenebit ⁊ allidet] id est
côcutiet [paruulos suos ad petrā]
vt occidat quod fecit deus super
eosdem qui iudeos percusserunt p-
missione enim diuina perse ⁊ medi
recipiebāt paruulos babyloniorū
per pedes: ⁊ ex crudelitate allide-
bant capita eorū contra parietes.
Uel mystice eodem q̄ et esau dict⁹
est interpretatur sanguis siue ter-
rena ⁊ sāguinea ⁊ significat carna
les sicut scriptū est. Caro ⁊ sanguis
regnū dei non possidebūt. Et sicut
esau inimicus fuit iacob ita carna
les inimici sunt spiritualibus ⁊ cō
cupiscentes presentia insequuntur
eos quos vident meditari eterna.
Contra hos iste respiciens in hieru
rusalem rogat dominum vt memo
rando eorum eruatur de captiuita
te et liberetur a carnalibus in die
quando euertere volunt hierusalē

Esau
q̄d iter
pretatur.
i. cor.
xv.

scilicet ecclesiā vel in die sequestrationis hierusalem quando sequestrabuntur a hierusalem vt ipsi puniantur et boni coronentur qui carnales subditi diabolo et angelis eius dicunt persequendo ecclesiam [exinanite exinanite vsque ad fundamentū in ea] hierusalem scilicet ecclesia hoc est tollite christianos extinguite ne vllus remaneat euertite quicquid est in ea vsque ad fundamentū. Et conuertit se ad ipsam ciuitatem malorum dicens O [filia babylonis misera] les ipsa tua exaltatione de rebus mundanis de gaudio malorum: non es posita in firmo fundamento: transitoria sunt que diligis ideo ad confusionem et ruinam peruenies. Ciuitas malorum babylon dicitur: et filia babylonis quomodo ecclesia dicitur syon et filia syon non propter prelationes dicitur mater: sed propter successionem et imitationem dicitur filia. Sed [beatus] est [qui retribuet tibi retributionē tuam] id est vicissitudinem scilicet allisionem spiritualem pro allisione carnali [quā retribuisti nobis]. Et subiungit quam retributionē dicens [beatus qui tenebit et allidet] etc. Ipsa est retributio paruos nos inuenit babylonia et ista confusio seculi: et suffocauit nos in errore adhuc infantes. Sed deus dedit nobis cognitionem sui iam gradibus vt non sequamur errores. Reuiuiscendo ergo in deum et proficiendo retribuimus babylonie qualem retributionem nobis retribuit. Occidit enim nos paruulos babylonia: et ipsi iam reuiuiscentes occidimus filios babylonie id est nascentes malas cupiditates quas iam genueramus ex babylonia. Ergo qū nascitur mala cupiditas antequam robur habeat mala consuetudo dum paruula est ab scide et allide ad petram christum: ad illam petram omnia vitia et peccata tua elide vt merearis esse beatus: et ad illos pertinere de quibus dicitur. Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs. Oro. Gal. v.

Babylon. dicitur ciuitas malorum.

Captiuitatū nostrarū potentissime absolutor concede nobis laudes tuas spirituali carne cōcētu: vt quos sonus noxietatis ad te facit exules alleuatio potentis dextre tue celi restituat ciues. Per dominum.

Psalmus de laude Dei deuota propter diuersa beneficia humano generi prestita: & de magno desiderio pro hac laude dilatanda.

Psal. XXXVII.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti † uerba oris mei. tota

Auctor psalmi propheta dauid. Titulus psalmus ipsi dauid captiuus qui supra fleuerat sedens super flumina babylonis quasi reedificata hierusalem et eius factus ciuis exultat: et christū laudat cui fit hic psalmus: Et est sensus psalmus iste fit ipsi dauid id est christo cui fit huius psalmi tota cōfessio. Materia: deuota laudis et gratiarum actionis exhibitio: tā pro priuatis tā pro cōmuniter humano generi collatis beneficijs. Intentio: ad laudē et gratiarū actionē monet verbo et exemplo. Sententia in generali: propheta in isto psalmo in persona ecclesie vel fidelis anime primo propter beneficia sibi a deo prestita ponit se in laudis

formam et exemplum: consequen-
ter exprimit suum de laude dilatā-
da desiderium. ¶ Sententia in
speciali: ex voce igitur ecclesie que
in superioribus est spe: expectans
ibi esse in re ait. [Confitebor tibi]
o [domine] confessione laudis et
gratiarum actionis pro collatis
beneficijs [in toto corde meo] scili-
cet integro non diuiso: id est ex to-
to affectu cordis mei totum cor im-
pono in aram tue confessionis: to-
tum accendo flamma tui amoris
[quoniam audisti verba oris mei]
interioris scilicet cordis: id est ora-
tionem interioris hominis cui pro
pe est deus. In corde enim habem9
vocem quam audit deus quia nō
est longe a nobis ille in quo viui-
mus mouemur et sumus. Longe te
a deo nō facit nisi sola iniquitas:
deijce medium parietem peccati: et
cum illo es quem rogas.

2 † In conspectu ange
lorum psallam tibi: ado
rabo ad templum san
ctum tuum: & confite
bor nomini tuo.

† tēplū angelis.

¶ [In conspectu angelorum psallam
tibi] considerando tuam et eorum
presentiam: et qualiter oportet in cō
spectu diuinitatis et angelorū esse
et orare. Unde solerter studendum
est vt cū psallim9 semp diuine et an
gelice presentie memores cū timo
re ac veneratiōe et attētiōe celeste
officiū compleam9 [adorabo ad tem-
plū sanctū tuū] i. ad illud tēplum
angelicū vbi angeli sunt i quibus
de9 tanq̄ in tēplo habitat mēte et
desiderio in celestib9 habitādo et
ad societatē angelorū adoratione
tēdēdo id est adorabo pro eternis
vt sim angelorum socius [et confi-
tebor nomini tuo] id est laudabo
te pro tuo beneficio et subditus cū † in

3 † Super misericor
dia tua & ueritate tua:
quoniam magnificasti
super omne nomen san
ctum tuum.

¶ [Super] id est de [misericordia
tua] qua peccōrē respicis et vocas
ac pctā donas [et veritate tua] qua
promissionem reddis et remune-
ras. He sunt vniuerse vie domini
quibus ad nos venit et quibus ad
eū veniamus. Has ergo deo red-
damus misericordiam in subueni
endo et veritatē in iudicando. His
cū duobus adiuuamur et deum
promeremur [quoniam magnifica
sti] per hec vtraq3 [super omne] id
est vbiq3 et in omnibus gentibus
[nomen sanctum tuum] omnes
enim hec audientes de te magni-
ficāt te nomen tuū laudibus extol
lendo. Uel [quoniam magnificasti
sanctum tuū] scz xp̄m super omne
nomen celestiū terrestrium: et in-
fernorū. Et quia sic fecisti ergo

4 In quacunque die in
uocauero te † exaudi † cito
me: multiplicabis † in † me
anima mea uirtutem.

¶ [In quacunq3 die] i. [quocūq3 tpe
[inuocauero te] pro mea necessitate
[exaudi me] q2 iā nō terrena peto
sz eterna. et bñficiū iā prestitū pre-
bet mihi confidentiā obtinēdi fu-
turū iō subdit [multiplicabis] i.
multiplica et amplia [in aia mea]
nō peto i carne [virtutē] vt vitia de
dinē nō peto multiplicationē cor-
palē sed spiritualem: nō quero sa-
lutem temporalem et felicitatem
terrenā: sz tm̄ in aia virtutē. In hec
exprimit sanctum desiderium: non

enim petit terrena quibus viuit corpus: sed virtutem qua viuit anima. Et quia tu exaudis et multiplicas ergo meo exemplo prouocati

5 Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: † quia audierunt omnia uerba oris tui. †quoniam

¶ [Confiteantur tibi] o [domine] i. laudent te [omnes reges terre] recognoscentes tuum dominium generale. Ita fit quotidie: quia laudant te non solum iuniores sed et maiores: non solum plebes sed potestates et reges. Reges etiam terre sunt moderati viri qui carnem regunt et subdunt spiritum: et debent confiteri cum non habeant locum excusandi [quia audierunt omnia verba oris tui] per predicationem discipulorum: et aliorum per quos eloquia dei que prius in vna gente iudeorum abscondita erant: iam in omni terra: et vbique delata et manifestata sunt: et ad omnes gentes ac reges peruenerunt. Confiteantur inquam reges

6 Et cantent in uijs domini: quoniam magna est gloria domini.

¶ [Et cantent] exultando ipsi reges [in vijs domini] ambulantes que sunt misericordia et veritas ambulent inquam in vijs domini et cantent hoc [quoniam magna est gloria domini] solius non regum. Gloria enim regum transitoria est: sed gloria domini eterna. Despiciatur illa que breuis est: laudetur et ametur ea que permanens est. Ambulent itaque proficiendo: cantent gaudendo: non de sua gloria parua: sed de gloria domini magna. Sic current temporalia vt non obliuiscantur eterna, hec eis in vsu sint illa in desiderio.

Attendant domini excellentiam non suam: sint humiles non superbi: timentes et cantantes quod sequitur

7 Quoniam excelsus dominus & humilia respicit: † & alta à longe cognoscit. †excelsa.

¶ [Quoniam excelsus dominus] secundum se [et] tamen [humilia] id est humiles [respicit] oculo misericordie scilicet eos acceptando et approbando [et alta] id est superbos [a longe cognoscit] quasi eos contemnendo et abominando, quia per gratiam non est eis quos tamen perfecte videt qui omnia videt. Si ergo vis vt deus te respiciat et tibi propinquet humilia te. Nam tanto a te erit altior quanto tu elatior. Tanto erit tibi propinquior quanto tu humilior. Sed forte si humiliaris tribularis per superbos. Noli timere sed conuersus ad deum dic quod sequitur

8 Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me: † & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: & saluum me fecit dextera tua. †quod hic est.

¶ [Si ambulauero in medio tribulationis] que semper instat salutem a diabolo id est cum contigerit me in tribulationes et angustias incidere [viuificabis me] humilem confortando me. et dando mihi virtutem patientie et perseuerantie [et super iram inimicorum meorum extendisti] id est extendes [manum tuam] furorem eorum per

potestatem

potestatem tuam compescendo[et saluum me fecit].i.faciet[dextera tua].i.fauor tue protectiōis ⁊ gratie vt non superer in tribulatione. Uel[dextera tua]in eterna felicitate q̄ saluat eternaliter non sinistra que temporaliter. Dextera em̄ dei dicitur felicitas eterna: sed sinistra felicitas temporalis. Et quasi q̄s diceret quare tu non vindicas respondet ego non tribuo sed

9 † Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in † seculū: † opera manuum tuarum ne despicias.

† dñe retribues. † eternum. † et

❡[Dñs retribuet p̄ me]s:ꝫ penas et vindictam meis persecutoribus et aduersarijs secundum meritum eorum quia hec sibi est reseruanda secūdum illud. Mihi vindictam ⁊

Ro.xij ego retribuam. Seuiant inimici quantūlibet dñs retribuet qd̄ ego non valeo nec debeo. Et iterum ad dominum conuertens sermonem dicit o[domine misericordia tua]ē [in seculum].i.in eternum non ad temp⁹ et ideo nolo dič hominis q̄ est tēporalis sed eternum. ⁊ ergo o dñe[opera manuuꝫ tuaꝝ]que nos sum⁹: siue i eo ꝙ hoīes a te i natura creati: siue in eoꝙ iustificati ⁊ a te i bonis opib⁹ recreati ne despicias]sed charitate paterna custodias ⁊ ad gl'iaꝫ perducas. Oratio.

Multiplica dñe virtutē tuā in animabus supplicum: vt dum te in templo sancto tuo iugiter adoramus in conspectu tuo cū sanctis angelis gloriemur. Per dominum.

Psalmus de exhibitione diuinæ laudis ex consideratione eminentiæ diuinæ ubique præsentis & omnia cognoscentis.

Psal. CXXXVIII.

Domine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.

❡ Auctor psalmi ꝓpheta Dauid. ❡ Titul⁹ i finē psalm⁹ dd.i.psalmus iste dirigēs nos i finē.i.i xp̄m q̄ est finis nr̄i operis: ⁊ fruct⁹ laboris attribuit dauid.i.toti xp̄o in cuius ꝑsona loq̄t hic ꝓpheta: nūc de capite: nūc de mēbris ꝑp̄ nimiam vniōnē capitis ⁊ corporis: quātuꝫ ad mēbra loquit in ꝑsona superioris captiui q̄ iā spe in hierusalē restitut⁹: ⁊ pōsit⁹ memor discussiōis sue in qua deū latere nō potuit: in qua ⁊ eū secuta est man⁹ dn̄i deliberat ab eo vlteri⁹ nō esse fugiendum: sꝫ ad eū ꝑ eū ab irato ad placatū: cū sibi magna bona dicit eē: ⁊ loquit quasi voce filij prodigi redeūtis ad patrem. ❡ Materia: assurrectio ad confessionē diuine laudis ex consideratione eminentie diuine vbiꝗ presentis et omnia cognoscentis. ❡ Intētio: monere huiusmodi eminētiam diuinam semper cognoscere: ⁊ ad eius laudem debitam consurgere: atꝗ nō a deo sed ad deū per eum fugere. ❡ Sētentia in generali: propheta in isto psalmo assurgit ad cōfessionem diuine laudis ex consideratione diuine eminētie/cōsiderādo scilicet ꝙ diuina notitia omnia intime ⁊ clarissime cognoscit: et sua diuina natura vbiꝗ presens existit. Confes

quenter etiam assurgit ad dei reverentiam eiusque sanctorum/ et ad detestationem omnium iniquorum.
¶ Sententia in speciali: ait ergo propheta primo in persona capitis ad patrem secundum quod homo loquentis ⁊[Domine]pater. non est dominus eius nisi quia dignatus est nasci secundum carnem. Pater est forme dei: dominus est forme hominis[probasti me]experimentis multis et sic[cognovisti me]id est ab alijs cognosci me fecisti. probatus est in operibus/ notus in miraculis. probatus est in passione/ notus in resurrectione. prius eum pater noverat: sed tunc eum notum alijs fecit: et probatum ostendit[tu cognovisti]per approbationem id est voluisti[sessionem meam]in sepulchro id est humilitatem meam in passione[et resurrectionem meam]de tumulo id est glorificationem in resurrectione: quia secundum voluntatem tuam factum est. Vel in persona corporis O[domine probasti me]et cognovisti me quod postea exponit dicens[tu cognovisti sessionem meam]scilicet quod in tribulatione mea patientiam habeo et peccata recognosco ac confiteor[et resurrectionem meam]scilicet quod per gratiam iustificatus surgo a morte: et erigor in spem eterne vite. Sed et homo quando penitentia se humiliat: surgit ante in remissione peccatis quando in spem vite eterne erigitur. Deinde consequenter similiter loquitur in persona corporis seu membrorum dicens. Et non solum exteriora opera mea nosti sed etiam

2 Intellexisti cogitationes meas de † longe: semitam meam & † funiculum meum investigasti.

† longinquo.
† limitem

¶[Intellexisti cogitationes meas interiores[de longe]id est diu antequam cogitarem[semitam meam]id est actionem[et funiculum meum]id est limitem et actionis terminum[investigasti]id est discussisti et tanquam coram te perfecte cognovisti: quia et quo gradimur: et quousque pervenimus subtiliter pensasti: ut deprehensus fugiens loquitur sequente se legitima vindicta dei vindicantis quasi dicat. Intellexisti meum desiderium ad te redeundi quo dixi surgam et ibo ad patrem meum: et hanc cogitationem precognoscens occurristi mihi[semitam meam]qua a te recessi[et funiculum meum]quousque perveni[investigasti]et scisti.

3 Et omnes uias meas præuidisti: † quia non est † sermo in lingua mea. † quia † dolus

¶[Et omnes vias meas]id est operationes et actus[previdisti]priusquam fierent et antequam eas ambularem: et premisisti me in labore ire vias meas: ut si nollem laborare redirem in vias tuas. Et quia precursus sive agnitus sum deprehensus sum: iam quid dicam non habeo ego ipse me inculpo et fateor[quia non est sermo]excusationis[in lingua mea]sed potius accusationis ut dicam. Pater peccavi in celum et coram te. culpam meam agnosco. sed excusationem non invenio. Et nimirum quia Luc. XV.

4 Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu † formasti me & posuisti su- † finxisti

per me manum tuam.

¶ [Ecce tu dñe cognouisti oia] scz [nouissima] et vltia mea quo pueniret antiq[ua] ac pria vbi te offendi. Antiqua et prima nra fuerūt peccati origo qn per antiquum peccatum lapsi sum⁹: nouissima et vltima sunt pena peccati et miseria in qua viuim⁹ que est vltima si resurre velimus alioqn restat eterna [tu formasti me] et finxisti in ista mortalitate et in isto labore ad quē oēs nati sum⁹ ac pene peccati me subiecisti [et posuisti sup me manū tuā] vindicē et vltricē me supbū grauantem. Et miro modo salubriter deiecit elatum vt erigeret humilem vnde recte subiungitur

5 † Mirabilis facta est scientia tua ex me: † cōfortata est & non potero ad † eam.

†mirificata ē. †inualuit †illam

¶ [Mirabilis facta ē sciētia tua ex me] i. ex pctō meo mira et incōprehensibilis facta est mihi sciētia tua. nō est facile mihi te cōtēplari quē supbus reliqui vt prius erat cū apud te essem [cōfortata est] et inualuit trāscēdēdo cū ipam inuestigo [et nō potero ad eā] attingerē ex me et per meā inuestigationē: et cum fugitiuos ita mulctat⁹ et punit⁹ sim tecq nō lateā: qz nihil est qd te fugiat: et vbiq est spūs tu⁹.

6 Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

¶ [Quo] ergo [ibo a spiritu tuo] qui oia scrutatur: et quo plen⁹ est orbis terrarū vt me non inueniat cuius semitam et funiculū subtiliter inuestigas [et quo a facie tua] id est a presentia: et a spiritu tuo qui vbiq es tot⁹ et plenus [fugiā] te iratū vt latere queā. q. d. nusq se vertit hac et illac quasi quercus locum fuge et nequit inuenire: qd consequenter declarat in multis inductiue dicens. quia

7 Si ascendero in cœlū tu illic es: si descendero in infernum ades.

tibi

¶ [Si ascendero in celum] i. si de iustitia mea confidēs presumpsero de me tanq sim in celo [tu illic es] vltor: superbie ad percutiendū. Itē si descēdero [in infernum] i. si peccando venero in profundū malorum: et despero nolens confiteri dicā quis me videt ē illic [ades] vt vindices. q. d. Si me superbiendo extulero te inuenio repressorē si timendo me abscondero te inuenio inuestigatorem. Quo ergo fugiam vt te iratum non sentiam? Sed inuenit iste consilium. q. d. sic potero fugere iratum scilicet

8 Si † sumpsero pēnas meas † diluculo: & † habitauero in extremis maris.

†recipiam †ita directum †habitabo.

¶ [Si sumpsero] et accepero [pennas meas] id est duas alas quas perdideram scilicet duo precepta charitatis in quibus tota lex pendet et prophete et hec [diluculo] virtutum id est postpositis tenebris peccatorum et in exortu gratie [et habitauero] mente [in extremis maris] id est in fine seculi vt seculum non amem: sed eius finē in quo sit mihi requies: tunc scilicet possum fugere a facie irati ad faciem placati. Extremum maris est finis noster in deo transuolare: ergo periculosos huius mundi fructus debemus transuolare vt ad illum beatum finem ad illā

felicem portum perueniamus. Illuc volem⁹ spe ⁊ desiderio habentes alas gemine charitatis. Non sit nobis requies nisi in extremis maris: nam si alibi requiem quesierim⁹ in mari precipitabimur. volemus vsqꝫ quo mare finiatur ⁊ illum finem maris spe fideli premeditemur. Ipse autem illuc nos perducet cuius faciem irati fugere volumus. nam sequitur.

9 Etenim † illic manus tua deducet me: & † tenebit me dextera tua.

†illuc
†adducet.

¶ [Etenĩ illic manus] .i. potentia [tua deducet me] ne aberrē vt erigar q̄si in aere nō tāgēs celū p elationē nec terrā per desperationē: sed quia est sinistra que est in collatione temporaliū. ideo subdit [et tenebit me] ne recidā sed pseuerē [dextera tua] que ducit ad eterna scꝫ grā tua ⁊ amor eternitatis hec meditemur. hec sit spes nr̄a. hec sit cōsolatio nr̄a. Man⁹ tua deducet me ad pfectū ꝟtutis. dextera tua tenebit me in statu beatitudinis. Tue ei potestatis manu humana creatura deducit: et tui respectus gratia vt psistat tenetur. Sed adhuc considerans longinquitatem vie et pericula subdit

10 Et dixi † forsitan tenebre cōculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

†fortasse

¶ [Et] ita deliberās ⁊ volare cogitans [dixi] in corde meo [forsitā tenebre] scꝫ tot mala seculi: tot scādala: tot turbe tētationū [cōculcabūt me] .i. ipediēt volatū meū. abūdat eñi iniq̄tas scl'i qua refrigescere possunt penne charitatis. ⁊ q̄ in nocte desperauit trāsire mare. [et per me: nō ad diuinā gratiā respirauit [et nox] .i. hec tota misera vita facta est mihi [illuminatio mea] [et hos [in delicijs meis] .i. per delicias meas. Nostre delicie christus est de quo exultamus et gaudem⁹ qui descendit in noctē. q̄r carnē de isto seculo accepit ⁊ noctē illuminauit: et me ab interitu reuocans fecit mihi noctem illuminatā. Unde recte subiungitur

11 † Quia tenebre non † obscurabūtur à te & nox † sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius ita & lumen eius.

†q̄si
†obtenebrabunt
†tanq̄

¶ [Quia tenebre] .i. peccata ⁊ homines mali [nō obscurabunt a te] ⁊ per te nō obscuras tenebras: q̄r nō finis impunite abire pctā nr̄a: sed flagellādo crudis hoies vt pfiteantur pctā: et cōfitentes vera luce illuminas: qui enim non confitetur pctā sua tenebras obscurat: sed si confitet deus illuminat. Tota ista miseria in qua gemin⁹ dolor medicinalis est non sententia penalis. vnde benedicamus deum miscētem amaritudines dulcedini vite tpalis: ne tpaliū delectatiōe eecati nō desiderem⁹ delicias eternas sic fiet in nobis quod dicit [⁊ nox] hui⁹ noctis scꝫ aduersitas [sicut] et [dies] hui⁹ noctis scꝫ psperitas [illuminabit] a te ⁊ in serenū mihi vertet q̄d fit si cognoscamus merito peccatorum nostrorꝫ nos aduersitates pati; ⁊ dulcia sint nobis flagella pr̄is ne sit amara sententia iudicis. Implebitur etiam in nobis quod subiungitur [sicut tenebre eius] noctis sunt mihi id est aduersa [ita] indifferēter [⁊ lumē eius] id est prospera vt vtraq̄

equaliter accipiamus.et si hec est tenebre non conculcabunt et prement quem lumen non extollit:et corrumpit. Nec nox id est hec misera vita habet noctē siue tenebras scilicet aduersitatem.et diem siue lucem scilicet prosperitatē sed deus illuminat hanc noctem sicut diem promittens aliam lucem et docēs non letari prosperis nec frangi aduersis:et tunc incipit homo his indifferenter vti et in omni tempore et fortuna deū sicut Job bñdicit. Et hec indifferentia et firma constantia in vtroq; fortuna est mihi.

12 † Quia tu possedisti renes meos: † suscepisti me de utero matris meæ.

†qm̄ †dñe

¶ [Qr tu] o dñe [possedisti renes meos] id est tenes non solum cor id est cogitationes quarum sedes est in corde sed etiam renes.i.delectationes quarum sedes est in renibus:vt non delectet me lux noctis scilicet prosperitas rerum et felicitas tempoꝝ sed interior lux scꝫ sapientie tue [et suscepisti me de vtero matris mee].i.de consuetudine ciuitatis mee babylonie in q̄ prius natus sum captiuus vbi nō indifferēter habebam lucem et tenebras noctis huius.preposterē hoc dr q: prius est suscipere q̄ possidere. Et quia hoc fecisti mihi ideo

13 Cōfitebor tibi † quia terribiliter † magnificatus es: mirabilia opera tua: † & anima mea cognoscet † nimis.

†dñe qm̄ †mirificatus. †deus. †valde

¶ [Confitebor tibi] id est laudabo te et merito [quia terribiliter magnificatus es] puta quia infinitus es in potentia et virtute et eo ipso terribilis. Quia terribilis es/timendus es:q: placabilis es amandus es:q: magnificatus es admirandus es:et in his omnibus laudandus et querendus.et ita cum tremore gaudemus ne supbi perdamus qd humiles pcipim⁹.nec solū tu mirabiliter magnificatus es:sed etiā [mirabilia] sunt [opera tua] in creatione et recreatione in quib⁹ etiā confitendum est tibi [et anima mea] id [cognoscet nimis] id est valde. Ante erat miro scientia tua ex me nec poteram ad eam sed mō possum:q: venit mihi grā tua.et illumiauit tenebras meas. Et merito cognoscit quia

14 Non est † occultatū os meum à te quod fecisti in † occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

†absconditum †abscondito.

¶ [Nō est occultatū] et absconditū [os meū] dictum ab osse non ab ore.i.firmitas anime interior et cōstantia virtutum que frangi non pōt:quelibet tribulatio seu aduersitas hui⁹ seculi seuiat [a te] sic vt cognitionē tuā lateat [qd fecisti i occulto] et abscōdito:q: illō hoies non vidēt tu aūt vides q̄ fecisti videas bōa que fecisti in me vt nō appareant mala que ego feci in me. Operuit tua grā petā mea [et] tamen [substātia mea] scilicet corporis [in inferioribus terre] id est in hac peregrinatione afflicta gemit tribulatiōibus et tētationib⁹ fatigat. Ego subsisto in carne corruptibili tamen os non cedit hui⁹ seculi malis. Ex quibus verbis pēsanda est dei misericordia atq; iustitia:q: intus diuina virtus spiritualibus donis et ꝟtutibus nos

roborat: spe ad celestia subleuat: ⁊ sue virtutis regimine culpas nostras misericorditer occultat: sed propter culpas nostras adhuc nos punit: ⁊ natura nr̄a adhuc in hac mortalitate gemit tentationibus ⁊ anxietatibus vrgetur: ⁊ innumeris tribulationib⁹ fatigatur. Et q2 non nostris meritis sed diuine misericordie respectu agit vt corruptio ad incorruptionem subleuetur bene subiungit loquens nunc in persona dicens

15 Imperfectum meum uiderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur: † dies formabuntur & nemo in eis.

†p diē errabunt.

¶ [Imperfectum meū] scz titubātes [viderunt oculi tui] misericorditer ne perirent dum adhuc non haberent os ⁊ anime firmitatem interiorem [⁊ in libro tuo] id est in diuina memoria [oēs scribentur] oēs scilicet illi quos oculi tui viderunt: acsi diceret in memoria tua eterna semper erunt: vñ adhuc de imperfectione subiungit. [dies formabuntur] et de filijs noctis filij lucis fient qui alios illuminabūt. nam quasi dies formauit dñs qñ sanctos apostolos elegit: quando eos luce fidei illuminauit: sed isti in tenebras conuersi sunt: cum in christi passione lucem fidei perdiderunt: et [nemo in eis] remansit q non erraret: sed tamen non perierunt: quia imperfectum eorū oculi tui viderunt: quod preuidens propheta subiungit. Et ñ errabunt tamen

16 Mihi autem † nimis honorificati sunt amici tui Deus: † nimis cōfortatus est principatus eorum.

†valde †valde

¶ [Mihi autem] id est a me [nimis] id est valde ⁊ excellenter. Excellit enim honor celestis honorē terrestrem: vel vltra q̄ dici possit [honorificati] ⁊ honorabiles facti sunt licet alijs despicabiles videātur [amici tui] o [deus] scilicet apostoli et sancti qui errabunt: vere nimis sunt honorificati illi quibus auctor celi et terre dignatus est dicere. Jam nō dicam vos seruos sz amicos meos. (Job xv.) Magnus honor: magna gl'ia: magna dignitas est esse amicos dei. Tali honore digni sunt qui pro amore dei cūcta que mundi sunt deserunt: qui propter christum viles et abiecti esse appetunt: quos mundi prosperitas nō eleuat: quos aduersitas ab amore christi non separat: et [nimis] sup omnem principatum [confortatus est principatus eorum] id est firmiter stabilitus: q2 primo duces ⁊ pastores ecclesie facti sunt: et ex isto principatu ad honorem eternum transierunt. Nimis etiam cōfortati sunt apostoli et ceteri sancti quos nihil poterat a charitate Christi separare: qui terrena despiciebant: mundi gloriam calcabāt: ad celestem patriam totis virib⁹ anhelabant: sed hi tales licet sint magni non sunt tamen pauci. vnde sequitur

17 Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum.

¶ [Dinumerabo eos] quos in fide genuerunt illi quorum principatus est confortatus et ipsi mihi enumerati super arenā multiplicabuntur [alijs ad dinumerandū.

Deo ergo innumerabiles sunt electi: nobis vero tam innumerabiles sunt q̄ innumerabilis est arena: hoc autem fecit mortalitas et resurrectio christi: vnde et subditur [exurrexi] a morte [et adhuc] toto tempore vite presentis [sum tecū] occultus ad dexteram tuam donec ab omnibus videar in iudicio. Nam ante passionem et in passione pauci fuerunt qui crederent in iesum: ac post q̄ resurrexit a mortuis et ascendit in celum multiplicata est multitudo credentium. Et adhuc ad dexteram patris in occulto sedens latet: nondum manifestus venit: nondum iudicat: sed tunc districtius eos damnat qui modo eum penitendo non placant. De quibus in persona corporis seu membrorum psalmista subiungit.

18 Si occideris De⁹ pec
catores: uiri sanguinum
declinate à me.

¶ [Si] id est quando [occideris] et a corpore tuo separaueris o [deus] peccatores] obstinatos tunc saliet dicam [viri sanguinum] scilicet qui oditis fratres. Qui enim odit fratrem suum homicida est [declinate a me] scilicet ne vobiscum occidar a deo. Ac si diceret. Cum tu damnabis reprobos in iudicio tūc separabuntur boni a malis. Tunc manifestum erit quod hic dicitur. Viri sanguinum declinate a me. Tunc occidentur qui modo persequuntur: tunc honorabuntur qui modo pro iustitia persecutionem patiuntur. Tunc apparebit quod premissum est. Nimis honorificati sunt amici tui deus. Quibus reprobis etiam causa ꝛ origo damnationis demonstratur. cuꝫ subinfertur.

1. Ioā. iij

19 † Quia dicitis in co-
gitatione: † accipiāt in
uanitate ciuitates suas.

tam dice[...] ta[...] piens.

¶ [Quia dicitis in cogitatione] scꝫ vestra. peccatū quippe prius in cogitatione fit post modū in opere. Et quia malum nō corrigunt cogitationis, ideo ad malū deriuātur operis dicitis iniquā aduersus electos [accipiant in vanitate] ꝛ frustra [ciuitates suas] .i. conuēticula. Iste ciuitates sunt sanctorum societates: qui dum peruersa loca sancte ꝛ socialiter viuūt ciuitates omnipotētis dei sunt. Quos solēt mundi amatores mente despicere: quia eos vident temporalia que ipsi diligūt non amare. Et dū illos conspiciunt simul habitare sola celestia cōcupiscere (quia vite sequētis fructum non cogitant) in vanitate accepisse ciuitates suas id est frustra socialē ducere vitā electos reprobi pēsant. Et quia eorū mala sancta ecclesia odit et reprehendit. recte subiungitur

20 Nonne † qui ode-
runt te domine oderā:
& super † inimicos tuos
tabescebam?

†eos q̄ oderāt te odio habui. †inimicis tuis.

¶ [Nonne qui oderunt te domine oderam] quasi dicat sic: quia eorum vitium est odiendum bonis hominibus sicut est odiosum deo [et] nōne [super inimicos tuos] quos videbam preterire legem tuam [tabescebam] id est resoluebar interius tedio: et afficiebar dolore: ꝛ iratus contra eos ex zelo tue iustitie. Sic iniustos iuste odimus si eorum culpas zelo dei accensi districte reprehendimus: si ea que redarguenda sunt minime palpamus: ne dū eorum gratiā offendere metuimus iram dei incurramus. Si ergo non

deum veraciter diligimus sic eius inimicos odire debemus vt in eo qd mali sunt semper eos persequi studeamus. vnde & subditur

21 Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

¶ [perfecto odio oderã illos] diligens q facti erant sm naturam: sed odiens quod faciebant scilicet iniquitatem: quia ipsi oderunt te: nec em veraciter te diligerem nisi odientes te odirẽ: & exinde [inimici facti sunt mihi] odio iniquo persequẽtes me propter iustitiam. Perfecto odio odire est neminem cõtra iustitiam amare: nulla vitia blandiendo palpare: ea que mala sunt audacter redarguere: nulla pter hec damna vel aduersa formidare: hoc est em perfecte odisse vt nec p pter vitia homines oderis: nec propter homines vitia diligas: vt hoc in eis oderis q iniqui sunt: hoc diligas q homines sunt. Et q puro & sincero animo oderint peccatores ostendit eo quod sequitur.

Odire pfecte qd est.

22 Proba me deus & scito cor meum: † interroga me & cognosce semitas meas.

Ÿscrutare.

¶ [Proba me] o [deus] interi⁹ [et scito cor meum] qd nõ põt homo: id est esto testis conscientie mee. Mundus se nouit interius cũ hoc ait: nisi em purũ se habere cor sciret testem conscientie sue deus minime inuocaret: hec est conscientia munda & species filie regis intrinsecus: perfectum quoq se esse exterius agnouit cum subiunxit [interroga me] exterius [& cognosce semitas meas] Acsi diceret proba cõscientiam; interroga vitam: proba cogitatiões: interroga opera: quia factis malorum non consentio nec diligo. Et cum in me viam iniquitatis nõ inueneris in via tua que tu ipse es deducere me digneris. Et hoc est quod sequitur.

23 Et uide si uia iniquitatis in me est: & deduc me in uia eterna.

¶ [Et vide si via iniquitatis i me est] siue cogitando: siue delectãdo: siue consentiendo: siue faciendo [et deduc me in via eterna] id est in via iustitie que ducit ad vitam et beatitudinem eternam: ad quam nullus potest peruenire nisi fuerit totaliter expeditus ab omni iniquitate: hec etiam eterna via est christus. Ipse enim ait. Ego sum via veritas & vita. Via est per quã spiritaliter gradimur. veritas est ad quam peruenire conamur: vita est qua in eternum fruamur. Vel [Proba me] o [deus] id est examina [et scito cor meum] .i. fac me scire ea q latẽt in corde meo. [interroga me] .i. fac me inquirere & discutere conscientiã [& cognosce] .i. cognoscere me fac: [semitas meas] .i. cogitatiões & desideria mea quo tendũt. [Et vide] .i. fac me videre [si via iniquitatis in me est] .i. aliqua latẽs culpa in mea voluntate vel actione [et si aliqd in via mea inueneris quod tibi displiceat [deduc me in via eterna] id est in via que ducit ad eternitatem Orõ.

Jo. xiiij.

Celi terreq protector deus quo moriente illuminata sunt tartara: quo resurgẽte sanctorum est multitudo gauisa: quo ascendente angelorum exultauit caterua: precamur tante glorie excellentem virtutem vt directi i via eterna illo tueamur brachio quo honorabiles amici tui

gloriantur in celo.per.

Psalmus de cuiuslibet fidelis inter malos constituti deprecatione ad dominum: ut à tentationibus & uexationibus liberet eum.

Psal.CXXXIX.

1 E† Ripe me domine ab homine † malo: à uiro † iniquo † eripe me.

†eripe me. †maligno. †iniusto †erue

¶ Auctor psalmi pphēta Dauid. ¶ Titulus.in finem psalmus dauid.Et est sensus.psalmus iste dirigens nos in finem/id est in christum est dauid.i.ecclesie que hic loquitur.¶ Materia: malitia hui⁹ mundi ac gemitus et oratio corporis christi inter malos constituti. ¶ Intentio:monere ad orandum deum contra omne malum.¶ Sententia in generali.propheta i isto psalmo in persona ecclesie dominum deprecatur vt a tentationibus et vexationibus iniquorum liberetur: dicens in futuro iudicio vindictam super eos venturā qui pauperes nūc persequūtur.¶ Sententia in speciali.Ecclesia ergo inter malos quos(vt supra dictum est)perfecto odio odit gemens et laborans clamat.[Eripe me]o[domine ab]omni[homine malo]in se non solum visibili scilicet proximo sed etiam inuisibili scilicet diabolo.Diabolus dicitur homo in figura:vnde in euāgelio.Inimicus homo hoc fecit.Uel secundum quosdam sicut paulus qui prius vocabatur saulus dicitur a paulo quē conuertit:ita diabolus dicitur homo ab homine quē ipse decepit [a viro iniquo]alijs scilicet homine vel diabolo [eripe me]ne mihi noceat.Eripe inquā ab istis ne cogar conformari eorum malitie. qui etiam vir dicitur:quia virilis et fortis est ad nocendum.Deinde qualiter mali persequuntur exequitur. impugnant enim bonos tripliciter scilicet corde:lingua:et manu. Et de corde premittit dicens

mat. xiij.

2 Qui cogitauerunt † iniquitates in corde:tota die constituebant † prælia.

†iniustitias †bella.

¶[Qui]scilicet mali et iniqui[cogitauerunt]ex mora[iniquitatem in corde]etsi in labijs quandoq̄ bona pretendant.et hec inimicitia occulta periculosior est q̄ aperta: facilius enim vitatur aperta q̄ occulta: quia nulla pestis efficacior est ad nocendum q̄ familiaris inimicus.et hi tales[tota die]id est toto tempore sine itermissione[cōstituerunt]machinando et firmiter statuendo [prelia] verborum aut verberum quibus alios impugnarent.Deinde subdit de persecutione a lingua dicens

3 Acuerūt linguas suas sicut serpentes: uenenum aspidum sub labijs eorum.

¶[Acuerunt linguas suas].i. fabrica malicie. poliendo et preparando ad blande loquendum vt deciperent.vel ad pungendum vt lederent [sicut serpentes]qui blādiuntur lingua vt mordeant[venenum aspidum]quod est insanabile.id est suggestiones prauc[...]

vel latet [sub labiis eorum] id est sub verbis de labiis eorum procedentibus. Et bene dicit sub labiis quia malitia eorum non manifesta est: sed occulta videntur amicitie verba habere: sed plena sunt veneno mortifero. Deinde de persecutione a manu id est opere subiungit dicens.

4 † Custodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus † iniquis eripe me.

† cōserua. † iniustis crue

¶ [Custodi me] o [domine de manu] id est potestate [peccatoris] antonomastice et per excellentiam scilicet diaboli: quia validus est ad nocendum: et per multa fallit que nequeo per me precauere [et ab hominibus iniquis] ad nocendum paratis id est a membris eius per quos conatur quod per se nequit facere [eripe me] ne mihi noceant non dico in causis seculi: sed in via domini vbi modicum nocumentū inducit magnum detrimentum. Unde subdit.

5 Qui cogitauerūt supplantare gressus meos: absconderunt superbi † laqueum mihi.

† muscipulam

¶ [Qui cogitauerunt supplantare] et decipere [gressus meos] quibus ambulabam in via dei et abstrahere me ab ea per aliud quod mihi preberet occasionem ruine. Unde subdit [absconderunt] ne perciperem et cauerem: et vt facilius me deciperent et mihi nocerent [superbi] scilicet illi peccatores et iniqui [laqueum] id est deceptionem seu insidias [mihi] et ad capiendum me. Nomine superbi totum corpus diaboli explicat qui bonis inuident bona que habent. sicut diabolus inuidet homini celum quod perdidit.

6 Et † funes extenderunt in † laqueū: iuxta † iter scandalum posuerunt mihi.

† restes † muscipulas pedibus meis. † semitas.

¶ [Et funes] id est peccata sua manifesta que mihi suadent facere [extenderunt in laqueum] vt me allicerent ad faciendum similia peccata. Dicuntur funes quia ligant homines et detinent captiuum. vnde sibi ligantur manus et pedes vt proiciatur in tenebras exteriores: et ostendit vbi extenderunt dicens [iuxta iter scandalum] id est offendiculum et obicem [posuerunt mihi] vt impingas scilicet dictum vel factum minus rectus prebens occasionem ruine. Iter tuum precepta dei sunt. vade ergo iter rectum: nec exeas a via dei id est a preceptis eius: et non timebis scandalum: nec rues in laqueum. quia in itinere nullus potest esse scandalum: sed iuxta viam permisit deus poni ipsum cautum te facere volens: ne tu a via recedas et cadas. Sed in his tentationibus et periculis nihil restat nisi clamare ad dominum. Ideoque ad hec omnia precauenda ergo clamans.

7 Dixi domino Deus meus es tu: † exaudi domine uocem deprecationis meæ.

† percipe auribus.

¶ [Dixi domino deus meus es tu] id est in te solo tanquam in deo cōfido cui proprium est succurrere confidentibus in eo. Magna fiducia hoc dicit. etsi enim est omnium deus per creationē: proprie tamen est deus

eorum qui illi seruiunt & eo fruun tur. Deinde petit dicens. [exaudi domine] custodiendo & liberando me [vocē deprecationis meę] qua precor mala depelli a me: ne a via tua recedā & in laqueum cadā. O

8 Domine domine uirtus salutis meæ: obumbrasti super caput meū in die belli.

¶ [Domine domine] .i. verissime dñe nō q̄les dñi homines sunt tu es [virtus] & opifex [salutis meę] i. qui das vires saluti meę & perseuerantiam qua sim saluus. hoc dicit: quia videbat pericula: et q̄ difficile est pseuerare in lōga via. q.d. tu das vires perseuerandi vt perseuerando perueniam ad salutem: & inde spero q̄ tu es virt⁹ salutis meę: qz [obumbrasti] per gratiā .i. quasi vmbraculum fecisti cōtra estū tentationum [super caput meum] scilicet mentem meam prestando mihi refrigerium [in die belli] contra diabolum/carnem/& mundum ne mihi preualere t est⁹ tribulationum & tentationū. Et adhuc non sum securus: & ideo

9 † Non tradas me domine à desiderio meo peccatori: cogitauerūt † contra me ne derelinquas me ne forte exaltentur.

†ne. †aduersū.

¶ [Nō tradas me] o [domine] .i. p mittas me tradi [a desiderio meo] i. per desideriū & cōcupiscentiā meā [peccatori] .s. homini malo vel diabolo vt eis ꝯsentiā & desideriū perficiam. hoc ergo ora q̄tum potes: tu enim desiderio tuo facis locum diabolo: frena desiderium et non cades in laqueum: quia [cogitauerunt] inimici [cōtra me] quomodo callidius possint nocere. & ideo tu o domine ne derelinquas me] i manibus eorum: & serua me a lapsu [ne forte] de me victo & humiliato [exaltentur] .i. triumphent & gaudeant: ac de meo introitu glorient habentes de me suum intentum: quia seducto homine gaudent diabolus & sui. Unde alibi Exultabūt si motus fuero. Me ergo vmbra alarum tuarum teget: sed

Ps. xij.

10 Caput circuitus eorū labor labiorum ipsorū: † operiet eos.

†teget

¶ [Caput] .i. mens & capitalis intentio [circuitus] vitę [eorum] scz [labor labiorū ipsorum] id est mēdacium quo inducūt homines ad peccatum per verba deceptoria & dolosa. Et recte mendacium dicitur labor. sicut enim qui veritatē profert facile & sine labore loquit ita & qui mendaciū fingit multū laborare habet [operiet eos] quia hic in terra de sua falsa & mendaci assertione superantur & confundunt & in futuro operiet eos i inferno sicut rete opit captas aues & sic puteus inferni clauder super eos os suum. Et preterea

Mendacium labor dicitur

11 † Cadent super eos carbones: † in ignem deiicies eos: in miserijs non subsistent.

†decident †ignis in terra es

¶ [Cadent super eos] hic in terra anteq̄ veniat ignis eternus [carbones] scilicet ignis concupiscentie/ire/& luxurie/& omnium incentiua vitiorum [& in ignem] id est i illos carbōes [deiicies eos] .i. deiici permittes: et dicit idem: carbones et ignem [et in miserijs]

huius seculi [non: subsistent] quia carentes robore virtutũ presentis vite molestias nequaꝙ̄ ferre valent sed impatientes cadunt in iniquitates ꝛ deficiunt: quas miserias boni patienter transeunt. In futuro etiã cadent super eos carbones gehẽne ꝛ in ignem eternum deijcient et in miserijs non subsistent: quia pena ꝛ miseria infernalis est intolerabilis. De quorum casua adhuc subditur.

12 Vir linguosus nõ dirigetur † in terra: virũ iniustũ mala † capient in interitu.

†super terrã. †vena būtur.

ℭ [Vir linguosus] cui voluptas est loqui nec attendit quod loquatur [nõ dirigetur] ad viam rectã ꝛ ad faciendũ bonũ: nec pficiet [in terra] .i. i hac vita: q: vt dicit Gregorius. Multiloquo quisqꝫ seruiẽs rectitudinẽ iustitie tenere nequaꝙ̄ põt. Et vt dr Salomõ. In multiloquio non deerit peccatũ. Seruus ergo dei qui vult dirigi magis oportet audire ꝙ̄ loqui. nã si quis etiã v̄ba dicat: sed preter necessitatẽ vir liguosus est: nec tñ nõ dirigetur vir liguosus: sꝫ ꝛ [mala capiẽt] virũ iniustũ [in interitu] omnis linguosus iniustus est: q: illius qui nõ refrenat linguã suam vana est religio: vñ ei nõ refrenat malum locutionis inde deriuatur ad malũ operis. Quẽ mala nunc capiẽt ad interitũ q: i miserijs nõ subsistit sed deficit: bonũ vero nõ ad interitum: quia flagellat dominus filium quem recipit. Sed et de futuro

Gregorius. Salomon pueri. x.

13 Cognoui quia faciet dominus iudiciũ † inopis: & † vindictam pauperum.

†egẽt. †causã

ℭ [Cognoui] ego [q: tandem] faciet dñs [: ꝛ si modo nõ facit [iudiciũ inopis] qui esurit iustitiã querit ꝛ pulsat ipm ditando diuitijs spũalibus ꝛ eternis: beati eñi qui esuriunt ꝛ sitiunt iustitiã quoniã ipsi saturabunt ꝛ faciet etiã [vindictã] vel causãs [pauperũ] spiritu. id est humiliũ nõ relinquẽs eorum iniuriã impunitã sꝫ puniẽs oppressores eorũ quos tunc mala pducũt ad perditionẽ: ꝛ si boni mõ affligunt ꝛ pressuras patiunt apparebit gloria eorum cũ apparuerit caput ipsorũ. Inde sequitur.

Mat. v.

14 Verumtamẽ iusti cõfitebuntur nomini tuo: † & habitabunt recti cum uultu tuo.

†ibabũt. tabũt.

ℭ [Verũtamẽ iusti confitebũtur] confessione laudis [nomini tuo] id est laudabunt nomen tuum ꝛ hic inter grauia quod laudabilius est ꝛ maxime i futuro: vbi dũ iudiciũ et causas eorum facies nihil suis meritis: sꝫ tue misericordie tribuẽt [ꝛ habitabunt recti] qui recte viuunt ꝛ bona sua non sibi sed tibi tribuunt [cum vultu tuo] id est cũ presentia tua manifesta tua visione perfruentes: ꝛ faciem tuam in celis clare videntes: quia deum sicuti est videbũt: ꝛ tũc decurso sudore finitisqꝫ laboribus perenni letitia implebuntur ꝛ in dño sine fine gaudebunt. Oratio.

Virtus salutis nostre deus defende ecclesiam tuam a dissidentiũ veneno mortifero vt a te obũbrati nunꝙ̄ obligemur a laqueis inimici. Per dominum.

Psalmus de oratione

fidelis & perfecti contra mala huius mundi: & specialiter ut à peccato linguę pręseruetur: & à pęna debita liberetur.

Psalmus. C X L.

1 Domine clamaui ad te exaudi me: intende uoci † meæ: † cũ clamauero ad te.

† deprecationis. † dum.

℄ Auctor psalmi propheta dauid. ℄ Titulus psalmus dauid vel oratio ipsi dauid: id est christo attribuitur qui factus est sm carnẽ filius dauid loquitur enim hic christus totus siue propheta in voce ipsius quandoq; in psona capitis: quãdoq; in persona membrorũ vbi vnusquisq; tanq̃ herens in corpore christi agnoscat suam vocem. ℄ Materia: oratio contra mala huius mũdi & singulariter contra malum et peccatum lingue de quo mẽtio habita in psalmo pcedẽti. ℄ Intẽtio vt homo qui alias expert⁹ est per linguã se peccasse vel ad hoc peccatum pronũ ecce peniteat: & ad deũ clamet vt sic a recidiuo per deuotam orationem preseruetur: et a pena debita liberetur. ℄ Sententia in generali propheta i isto psalmo petit suam orationem exaudiri: & a peccato lingue & a pena pro eo debita in presenti & in futuro infligẽdo preseruari. ℄ Sententia in speciali in persona ergo corporis sui quod est ecclesia dicit. O [Domine clamaui] non remisse oraui iaz diu [ad te] corde et ore deprecando: et ideo [exaudi me] petitionem meaz adimplendo. Quia longe sumus a deo clamemus non taz sono vocis q̃ intentione et affectione cordis. Clamor enim noster ad deũ ipsum est desiderium: et vnusquisq; q̃tũ amat tm̃ clamat. Nec sufficit semel clamare ad dominum: manet enim tribulatio ecclesie vsq; in finem seculi. & ideo subiungitur [intende voci mee] id est diligenter audi vt exaudias [cum clamauero ad te] iterum et quotienscunq;: quia nondum finita est tribulatio. Nota per verbum trium temporum scilicet clamaui: exaudi: clamauero. Innuit omni tempore esse orandum: & p peccatis preteritis dimittendis: et presentibus delendis: & futuris cauendis. Et o domine

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum.

℄ [Dirigatur] de ara cordis [oratio mea] igne charitatis incensa: id est recta ad te veniat non habens aliquas sordes aut vitia aut cogitationes malas [sicut incensum] id est bonus odor [in conspectu tuo] vt quemadmodũ suauis insensi odor est gratus et delectabilis: sic mea oratio tibi placita fiat & acceptabilis [et eleuatio manuum mearum] ad te in oratione vel operatio mea bona que fit pro eternis sit tibi [sacrificiũ vespertinum] id est placeat tibi vt sacrificium quod in veteri lege offerebatur vespere quando occidebatur agnus quod erat acceptabilius quia erat figura veri sacrificij scilicet passiõis christi quod in vespere et fine mundi oblatum est & super omnia placuit patri: hoc proprie ad caput videtur pertinere qui in sua passione pro persecutoribus dignatus est orare. O felix ora

tio que pure directa de ardenti cor de tanq̄ de ara sancta incensum accendit. Ipse etiam declinante iam die in vesperum in cruce manus expandens sacrificium obtulit: quia tunc animam deposuit. Illud sacrificium vespertinum fecit in resurrectione munus matutinus. Et o pie redemptor vt merear digne inuocare te

3 Pone domine custodiam ori meo: & ostium † circunstantiæ labijs meis.

† continentie circa labia mea.

C [Pone] o [domine custodia] ori meo] tanq̄ portam ne verba nociua vel incongrua seu ociosa ꝛ inutilia effundam. Os enim quod deum inuocat aperiri debet deo et claudi diabolo: aperiri debet in oratione ꝛ claudi in vana locutione. Sed q̄a in silentio offenditur si a iusta locutione lingua indiscrete reprimatur recte subiungitur [et ostium circunstantie] ꝛ continentie [labijs meis] vt non nisi oportune aperiantur vel claudantur ꝛ moderate loquantur quatenus os discretum ꝛ congruo tempore vox aperiat: et congruo tempore claudat: sicut ostium domus vel camere modo aperitur modo clauditur prout necessitas exigit vel requirit. vñ Salomon tempus tacendi et tempus loquendi. Et

Salomon

4 † Non declines cor meum in uerba † maliciæ: ad excusandas excusationes in peccatis.

† vt
† maligna.

C [Non declines] id est declinari ꝛ labi permittas o deus [cor meum in verba malitie] id est ad proferendum maliciose composita scilicet [ad excusandas] et defendendas [excusationes] que sunt [in peccatis] excusandis id est vt pertinaciter defendam peccata mea excusationibus falsis annectens peccata peccatis. O infelicissimum hominum genus qui peccata excusamus dicentes: victus sum a natura: ego nolebam peccare sed vicit me caro mea. Illa mulier venit ad me ipsa me vocauit: ipsa me tetigit: ipsa mihi illud dixit: vel imputantes mala fato seu stellis aut tempori vel necessitati. Et pro quo deberemus penitentiam agere et dicere: domine ego peccaui excusamus ꝛ iungimus peccata peccatis: et sicut adam et eua in verba malicie declinamus.

5 Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non † communicabo cum electis eorum.

† combinabo.

¶ [Suauis] i. mitis & pi⁹ ē [dñs vniuersis] ēt i ipos nō exserēs hic debitā seuitutē sz maxie ē suauis se gustātib⁹ [& miserationēs ei⁹] sūt [sup oīa opa ei⁹] qz qcqd bōi opaf i hōib⁹ misericorditer opaf: & miseratiōe sua oīa opa q fecit ptegit & i natura sua sustētat. Deniqz si tolli⁹ opa tua mala & i te nō remācat nisi op⁹ ei⁹ nō te dimitret miseratio ei⁹. Si āt tu nō dimittis opa tua erit seueritas ei⁹ i opa tua nōi opa sua. O quāta pctōrib⁹ daf cōsola-

tiō totiens misericordia repetita. Et quia miseratio tua est super omnia opera tua. ergo

10 Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant † tibi. † te

¶ [Cōfiteant̄ tibi] o [dn̄e] cōfessione laudis [omnia opa tua] q̄ a te sunt creata. rōnales creature p se laudent: alie creature materiā laudādi p̄stēt in q̄tū in eis relucet bonitas creatoris. Et nō solū hec sed et bona nostra oīa q̄ tua sunt opa: q̄ creati sum⁹ a te in operib⁹ bonis [cōfiteant̄ tibi] .i. ad laudē tuā referātur [et sancti tui benedicant tibi] .i. q̄ sancti sunt tibi tribuant q̄ per te iustificati sunt. Quod oīa fecit ex nihilo opus fuit potentie: sed q̄ de peccatore facit iustū/op⁹ est misericordie. Deinde quid in cōfitendo dicant subdit.

11 Gloriam regni tui dicent: & potētiam tuā loquentur.

¶ [Gloriam regni tui] scz gloriam tue maiestatis: gloriā ineffabilem toto corde desiderabilē [dicent] .i. predicabunt vt oēs eā desiderent: hec mira et admirabilis gloria regni celestis a sanctis tuis predicat̄ et nobis etiā pctōrib⁹ promittit̄ [et potētiā tuā] qua oīa creasti et fecisti ac regis et ordinas oīa tā supiora q̄ iferiora [loquent̄] .i. p̄dicādo narrabunt vt omnes eas timeant dicēt inq̄ et loquēturvtiq̄ ad hoc.

12 Vt notam faciant filiis hominum potentiā tuam: & gloriam † magnificentie regni tui. † magnitudinis decoris.

¶ [Vt notā faciāt] .i. p hec innotescāt [filiis hoīs potētiā tuā] qua vindicabis in malos [et gloriā magnificētie regni tui] q̄ coronabis bonos et p notitiā vtriusq̄ q̄dā timore pene q̄dā spe gl'e conuertentur. Ideo enim nota facient: ne excusatio p ignorātiā fiat: et vt q̄ audierit credat et alteri dicat veni: et sic cortina cortinā trahat: et q̄ crediderint iustificētur et salui fiant. de cuius regni magnitudine subdit.

13 Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.

¶ [Regnū tuū] o de⁹ q̄ gubernas oia est [regnū oīm seculo℞] .i. durās p oīa secula: hoc ē sp et i eternū oia eīn secl'a regni tui dn̄atiōe voluūtur [et dn̄atio] siue ptās [tua] .s. p quā administras hoc regnū ē [i oī gn̄atiōe et gn̄atonē] p successionē .i. p oēs gn̄atiōes vel i hac gn̄atiōe mortali q̄ nūc ē: et i gn̄atiōe imortali q̄ futura ē i resurrectiōe. felices aie q̄ ibi eē poterūt sub tua dn̄atiōe vbi tu eris oia i oib⁹ felix: illud dn̄iū vbi nihil agit̄ nisi q̄ in eternū eternus cōditor laudetur.

14 Fidelis dominus in † omnibus uerbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. † in ōibus oibus.

¶ [Fidelis] est [dn̄s in oīb⁹ verbis suis] nam promissa implet et quicquid promisit dedit: et per data fecit fidē de ceteris dandis que promisit. Attēdit qd̄ pmittit. parat⁹ esto qd̄ ipe pcepit agere: parat⁹ ē ille qd̄ pmittit donare. Quod si nō credis verbis vel crede operibus.

omnia

omnia enim opera eius sancta.iu
sta,et recta testimonium perhibent
de ipso:vnde sequitur[et sanctus
in omnibus operibus suis] nihil
enim ab eo fit iniuste vel inordina
te sed vt verax est in promissis:ita
sanctus in operatione. Unde au-
diamus aliud de operibus eius. Nam

15 † Alleuat dominus
omnes † qui corruunt:
& erigit omnes elisos.

†co(n)firmat
†o(mn)es ca(den)tes.
ps. xxxvi.

¶ [Alleuat d(omi)n(u)s omnes qui corru
unt] .i. corruere incipiunt ne omni-
no corruant et in eterna ruina mer-
gantur. Tale est illud: cum ceciderit
iustus non collidetur.i.cum cade
re ceperit: non q(uod) omnes alleuet s(ed)
quicu(n)q(ue) alleuantur hoc fit per eu(m)
[et erigit omnes elisos] .i. iam la-
psos in peccatum si agant peniten-
tiam: nam quantu(m) est in se paratus
est o(mn)es in peccatum cadentes rele
uare: et omnes a peccatis lesos sa
nare. Uel alleuat et erigit omnes
ad se pertinentes p(er) predestinatio-
nem. non enim permittit eos ten-
tari supra id q(uo)d possunt. Et quia
hoc facis ideo

16 Oculi omnium in te
sperant † domine: & tu
das escam † illorum in
† tempore opportuno.

†in d(omi)no h(ab)ens d(omi)ne.
†illis.
†opportunitate.

¶ [Oculi omnium in te sperant]
o [d(omi)ne] id est sperando a te habere
vnde sustententur corporaliter et
spiritualiter in vita ad te oculos
exteriores et interiores leuant [et
tu das escam illorum] corporalem
vel spiritualem non passim sed [in
tempore opportuno] qua(n)do expe
dit. No(n) enim semper da(n)da est esca.
multis e(ni)m pete(n)tib(us) salubriter dif-
fertur. dat ergo quasi medic(us) egro
quod conuenit et qua(n)do conuenit

non vt homo desiderat et petit/ne
si det ei obsit. Nam

17 Aperis tu manum
tuam: & imples omne
animal benedictione.

¶ [Aperis tu] cui(us) potestate sunt
omnia [manu(m) tuam] .i. benignitate(m)
potentie tue per bonitatis tue dif
fusionem largiter tribue(n)do: sicut
claudere dicitur manum qui nihil
dat [et imples o(mn)e a(n)i(m)al] iugo tuo aptu(m)
rationale q(uo)d pot(est) benedici.i. et o(mn)i
ge(n)ere ho(m)i(n)i. o(mn)e enim ad diuersita-
te(m) ge(n)eris p(er)tinet non ad vniuersita-
te(m) [b(e)n(e)dictio(n)e] d(e)x(tr)e vel sinistre/et
co(n)ueniente refectione corporali vel
sp(irit)uali. q.d. et si no(n) das aliq(ua)n(do)/das
tu in t(em)p(or)e opportuno. differs q(ui)de(m) s(ed)
non aufers. Et quia apud eu(m) nul-
la est iniquitas subiungit.

18 Iustus dominus in
omnibus viis suis: &
sanctus in omnibus ope
ribus suis.

¶ [Iust(us) est [d(omi)n(u)s i(n) o(mn)ib(us) viis suis]
i. in dispositionib(us) et voluntatibus
que o(mn)es iuste sunt [et sanct(us)] ac mi
sericors [in o(mn)ib(us) op(er)ibus suis] .i. p(ro)
cessibus et effectibus. Et sic vie ad
dispositione(m) p(er)tine(n)t op(er)a ad effectu(m)
et hec apud nos diuidu(n)tur s(ed) apud
illu(m) ide(m) est velle q(uo)d facere. Iustus
est ergo et q(ua)n(do) cedit et q(ua)n(do) curat. Sic
co(n)fessi sunt o(mn)es sancti ei(us) in tribu
lationib(us) suis: q(uia) iusta sunt dei iu-
dicia prius iustitia(m) eius laudaue-
ru(n)t et sic beneficia perueneru(n)t: et siue
puniat siue remuneret s(ecundu)m mia(m) o(mn)i
dit: vel puniendo citra demerita/vel
remunera(n)do vltra merita. Sed q(uia)
in imis iaces et no(n) potes ad hec p(er)
tingere inde subiungit q(uo)d sequit(ur).

19 Prope est dominus

omnibus inuocantibus
tq̃ illo eum: omnibus † inuo-
sunt. cantibus eũ in ueritate:

¶ [Prope]st ꝓpici⁹ [ẽ dñs] q̃ vbi-
q̃ ẽ [oĩb⁹ inuocãtib⁹ eũ] .i. i se vocã
tib⁹ ⁊ imitãtib⁹: etsi nõ statim facit
eis qd̃ petũt. Si lõge es ⁊ nõ po-
tes ascẽdere saltẽ potes clamare,
Inuoca dñm deũ tuũ ⁊ ipse descẽ-
det ad te [s3 inuocãtib⁹ eũ i ṽitate]
⁊ vere q̃ nihil ab eo petũt nisi ipsũ:
nõ ſm vana desideria q̃ aliud q̃rũt
q̃ ipm deũ. Uel [in veritate] hoc ẽ
in cõfessiõe peccõꝝ ⁊ i emẽdatiõe
vite ⁊ i humilitate. Si eni dixeri-
mus qꝛ pctm̃ habemus nos ipos cor
rigim⁹ nõ seducim⁹: ⁊ ṽitas i- nos
bis est. Et tũc ꝓpe est ⁊ exaudit qꝛ

28 Voluntatem timen-
ſpeca. tium se faciet: & † de-
precationẽ eorũ exau-
dict: & saluos faciet eos.

¶ [Uolũtatẽ timẽtiũ se] .i. ea que
placita sunt eis [faciet] ⁊ quib⁹ de
dit bñ velle dabit ⁊ perficere. etsi
nõ facit ad horã facit tñ aliqñ. si tñ
ideo timent vt volũtatem eius fa
ciant hoc est timore filiali q̃ ẽ an-
nex⁹ charitati [⁊ deprecationẽ eo
rũ exaudiet] si sit de ꝑtinẽtib⁹ ad
salutẽ ac ꝓ se ⁊ pseueranter [et sal
uos faciet eos] scꝫ a malis in fu-
turo: hec ẽ eni depcatio eoꝝ vt sal-
uẽtur. Si ergo mõ facim⁹ volũta-
tẽ dñi, faciet ipse postmodũ volũ-
tatẽ nostrã vt eripiat nos de hoc
maligno seculo ⁊ saluet i futuro.
hoc aũt oñdit ex eo qd̃ sequit: qꝛ

21 Custodit dominus
omnes diligentes se: &
omnes peccatores di-
sperdet.

¶ [Custodit dñs oẽs diligẽtes se]
nõ aliud ꝓ eo q̃ dilectionẽ ei⁹ mũ-
danis dilectiõib⁹ pferũt: custodit
nũc eos inter tẽtationes: et tribu
lationes inter pressuras et angu-
stias: sed tunc perfecti⁹ ⁊ securius
custodiet qñ eos i eternitate sua su
scipiet [⁊] tũc [oẽs peccãtes] ⁊ ipsos
obstinatos ⁊ in pctis pseuerãtes:
aut veniã delictoꝝ desperãtes: aut
veniã sibi puerse pmittẽtes: ⁊ ex
ipsa pmissiõe a pcti ppetratiõe nõ
recedẽtes: amori ei⁹ amorẽ secli
pponẽtes [disperdet] ⁊ pferet cũ eos
i ignẽ eternũ mittet. pcide breui-
ter i laude cõcludit. q. d. Cũ oĩa
ista ita se habẽt ideo pro omnibus
supra memoratis

22 † Laudationem do- †laudẽ
mini loquetur os meũ: †nomẽ
& benedicat omnis ca- sanctũ.
ro † nomini sancto eius
in seculum & in seculũ
seculi.

¶ [Laudationẽ] .i. laudẽ [dñi loq
tur] nũc ⁊ in futuro [os meũ] id ẽ
ego porrif eni pars ꝓ toto: ⁊ quã-
tas potero grãs repẽdam [⁊] meo
exẽplo [bñdicat oĩs caro] oĩs sci-
x⁹ ⁊ cõditio. i. oĩs hõ. s. puersi ad deũ
hoc est oẽ corp⁹ eccl'ie qd̃ nos sum⁹
q̃ deũ laudare ⁊ bñdicere debem⁹:
p quẽ viuim⁹ ⁊ sum⁹ [noi scõ ei⁹]
ipm extollẽdo ⁊ glĩficãdo ⁊ hoc [in
sclm] .i. i pñti [⁊ in sclm seculi] .i. in
futuro hoc est assidue ⁊ sp ac iter-
num ⁊ iugiter in omni seculo tam
presenti q̃ futuro. Oratio.

Regnator oĩs scloꝝ dñe qui
spũalẽ cibũ oĩ aĩe opportu
no ministras in tpe: cõcede
nobis te ppetualiter bñdicere: tua
potentia cum electis tuis fiducia-
liter exultare. Per dñm.

Pſalmus de laude diuina: & de eo quòd tota ſpes noſtra & plena confidētia in Deo tantum & non in homine eſt ponenda.

Pſalmus. C X L V.

1 LAuda aīa mea dominum laudabo dominū in uita mea: pſallā Deo meo quamdiu † fuero. †ſum

¶ Auctoꝛ pſalmi ꝑpheta Dauid. ¶ Titulus all'a. qḋ interpꝛetatur laudate dñm. eſt enim vox exhortā tis animam ſuam ad laudādum. ¶ Materia: laus dei ac ſpes ⁊ plena cōfidentia in deo non in homine ponēdo. ¶ Intentio: monere fideles ad laudem dei ⁊ ad hoc ꝙ cōfidētia in hominib⁹ eſt fugiēda ꝑpter ſaluandi impoſſibilitatē et adiutoꝛij breuitatem: ſed confidentia in deo eſt amplectēda propter eius ſummā potentiā: ſapientiā ⁊ clemētiā ſeu bōitatē. ¶ Sententia in gñali ꝑpheta in iſto ꝓo conſulit anime ſue ⁊ cōſequenter oībus in perſona ſua deū laudare: monetq; multis rōnib⁹ in hoīb⁹ minime cōfidēdū: ſꝫ totā ſpem in dño eē ponēdā. Et ei i ſupioꝛi ꝓo ſe laudaturū promiſerat: ⁊ multa ſunt ꝗ laudātē ipediūt: iō hic ⁊ ſe ⁊ alios ad laudādū inuitat. ¶ Sētētia in ſpāli: vir itaq; iuſt⁹ aīam ſuā. i. ſupioꝛ ptē. ſ. mēs ⁊ rō inferiorem. ſ. ſenſualitatē: vel aīa ſm rōnē ſeparatā ſm ſenſualitatē ⁊ ſiup ꝓfectus min⁹ ꝓfectos ad laudem dei excitās ⁊ exhoꝛtans ait. [Lauda] o [aīa mea dñm]. ſ. creatoꝛem tuū. q. d. q̇d de alijs ſatagis ⁊ per tot rerū ſecularium amoꝛes te diuidis. Sta in laude dei mecū q̇d te occupat cura moꝛtaliū rerū. Collige te ad auctoꝛē tuū q̇ te fecit: hic tibi pax ⁊ ſecuritas erit. Hoc dicat vnuſquiſq; aīe ſue: lauda dñm tuū creatoꝛē ad cui⁹ facta es imaginē ⁊ ſilitudinē. ⁊ q̄ſi huic exhoꝛtatiōi acq̇eſcēs rñdet aīa. d. [laudabo dominū] nō tm̄ lingua ſꝫ [i vita mea] i. bñ viuēdo. et [pſallā deo meo] bñ opando [q̄diu fuero] in bōis opibus ꝑſeuerādo. Nec eni alıter digne poſſum⁹ deū laudare niſi bñ viuēdo ⁊ in hoc ꝑſeuerādo. Deinde hoꝛtat̄ nos vt in iꝓo quem laudamus ſpem noſtram cōſtituam⁹. d.

2 Nolite confidere in † principibus: † in † filijs hominū in quibus non eſt ſalus. †principes. †et †filios

¶ [Nolite ꝯfidere] ⁊ ſpē vrām ponere [in ꝑncipib⁹] . i. in hoīb⁹ q̇buſcūq; excellētib⁹. ſ. q̇ inter alios vidētur magis poſſe adiuuare: ⁊ multo min⁹ cōfidēdū ē in alijs iferioꝛib⁹: ⁊ vt breuiter dicā nolite cōfidere [in filijs hoīm] q̇buſcūq; q̇ tpalia amare ſuadēt: [in q̇b⁹] . i. in quoꝝ ptāte [non eſt ſalus] qꝛ nec alios nec ſe ſaluare poſſunt: ſed in filio hominis in quo ſalus eſt ſperate: quia dñi tantū eſt ſalus nō principum ſeculi vl' filioꝛum hominum. Et vere non eſt in hominibus ſperandum: nam vide quid de his omnibus tanq̄ de vno dicatur.

3 † Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam: in illa die † peribunt omnes cogitatio- †exiet †periēt

feit d. nes † eorum.

¶ [Exibit] eñ et egrediet̃: scilz de corpore [spūs] .i. aīa [eius] scilicet hoīs etiā malis gratibus suis cito et subito quādo nō vult vl' scit aut sperat [et] [exeūte spū] [reuertetur] scʒ caro vel corp⁹ eius [in terram suam] de qua originaliter in primo parente cepit initiū [et in illa die] scilz mortis [peribūt] id est frustrabunt̃ [oēs cogitationes] et presumptiones [eorum] que in diuersos ambitus seculi tendebant: qꝛ exequi nō poterunt qđ superbe ꝛ inaniter cogitantes ꝑposuerāt et nec sibi nec aliis ferre possunt auxilium ꝛ ideo talibus nō est intendendum. Deinde ostendit ꝙ in deo principaliter est sperandū. D.

4 Beatus cuius Deus
† est Iacob adiutor † eius:
† illius spes † eius in † domino
† dñm deum. Deo ipsius: qui fecit cę
lum & terram mare &
omnia quę in eis sunt.

¶ [Beatus] scilicet est ille [cuius] nō hō sed [Deus iacob] .i. quem coluit iacob est [adiutor eius] ꝛ supabūdat eius: qꝛ ꝛ ipi iacob sic fuit adiutor vt de iacob faceret isr̃. Sic ꝛ tu hic positus ꝛ peregrinus nondum videns deum si habueris adiutorē deū iacob eris tandē de iacob israel et videbis deum. ꝛ cessabit oīs labor ꝛ gemitus: ꝛ interim dum in hac via gemit [spes eius] est [in dño deo ipsius] nō in alio ꝛ ideo btūs .nā in quo est eius spes ipe erit eius res. sicut scriptū est. Spes mea es tu: portio mea in terra viuentiū. Cuius ratio consequenter redditur et primo ex diuina potestate cū dicit [qui fecit celum ꝛ terram mare: ꝛ oia que in eis sunt] et sic potest vbiqꝫ saluare quia eius potestas attigit vbiqꝫ: sed sic non est de principibus vel hominibus. Secūdo ex diuina veritate cum subditur.

ps. cxli.

5 Qui custodit ueritatem in † seculum † facit iudicium iniuriam † patientibus: dat escā esurientibus.

† eternum. † faciētem. † accipientibus.

¶ [Qui custodit veritatē] in promissis [in seculū] .i. in eternū reddēdo ꝛ adimplendo indubitanter oia que ꝑmittit. hoies autē sepe promittunt ꝛ fallūt. Tertio ex dei eqtate cū dicitur [facit iudicium] scʒ iustū [iniuriam patientib⁹] .i. his qui iuste viuūt ꝛ patiunt̃ iniuriam que est iuri ꝯtraria: nā punit facientes ꝛ remunerat patientes. hoies autē sepe pro paruo munusculo declināt a vo iudicio. Quarto ex dei pietate cum subiungitur [dat escam] et corporalē et spūalē [esurientibus] hanc vel illā. hoies autem sepe illud tantillum quod pauper habet sibi surripiunt.

6 Dominus soluit cō
peditos: dominus † il
luminat cęcos.

† sapiētes facit cecos.

¶ [Dñs soluit] a vinculis vl' pctis [cōpeditos] ꝛ ligatos his vel illis a cōpedib⁹ etiam mortalitatis et corruptionis qbus in hoc seculo ligamur eos soluit quos a mortalitate ad immortalitatem a corruptione ad incorruptionē reducit. Compeditos quoqꝫ compedibus ꝑceptorum vel consiliorum soluit reddendo eis pro labore regna celorum ꝛ [dominus illuminat] visu vel sapientia [cecos] corporaliter vel ignorantia. Cecos quoqꝫ illuminat quos ab huius mūdi te

febris ad sue claritatis celsitudi-
nem subleuat. Et.

7 Dominus erigit eli-
sos: dñs diligit iustos.

¶ [Dñs erigit elisos] scz claudos subleuādo vel afflictos consolādo. vel [erigit] per humilitatem [eli-sos] per supbiam. i. superbos facit hũiles. quos enim diabolus eligit dñs erigit. Elisi sunt qui per sup-biam cadũt: eriguntur qui toto cor-de se humiliant. Nã omnis qui se exaltat hũiliabit et qui se hũiliat exaltabit. Uel [eligit elisos] i. pec-catis confractos. Quinto adducit ratio ex diuina charitate cum dr [dñs diligit iustos] tanq̃ mẽbra sua quos in btitudine locat eter-na. Et q: diuina charitas potissi-me ad desolatos se extẽdit idõ sub-dit ꝛ ostendit quõ diligit dicens

Luce. xiiij.

8 Dominus custodit
† aduenas † pupillum
& uiduam suscipiet: &
† uias peccatorum di-
sperdet.

†prose-litos. †orpha-num. †exter-mina-bit vi-am. pctõꝝ.

¶ [Dñs custodit aduenas] i. pere-grinos et a terra sua elongatos. vel eos qui se in hoc sclõ recogno-scunt esse pegrinos dicentes non habemus hic manentẽ ciuitatem: q̃diu enim sumus in corpore pere-grinamur a dño: quos dñs custo-dit: q: eos inter tribulatiões ptegit ꝛ postmodũ ad eternã securita-tẽ pducit [pupillũ] parentib⁹ pri-uatũ [ꝛ viduã] marito orbatã [sus-scipiet] in suã curã ꝛ ptectionem specialẽ. Uel [pupillũ ꝛ viduã] i. oĩ ope ꝛ auxilio destitutos in hoc seculo vt sperẽt in deo [ꝛ vias] la-tas/spaciosas/q̃ ducũt ad interi-tũ [pctõrum] q̃ hic nostrã viã artã deridẽt. Uel [vias pctõrũ] i. pctõ-res pp vias suas [disperdet] ꝛ ex-terminabit. Exterminata aũt via peccatorũ restat nobis regnum de quo subditur q: illis pereuntibus

9 Regnabit dominus
in † secula Deus tuus
Syon: in generatiõem
& † generationem.

†eternum. †gña-tione.

¶ [Regnabit dñs] in sanctis suis [in seculum] i. in eternũ quia re-gni eius nõ erit finis scilicet [de⁹ tuus] o [Syon] id est ecclesia. q. d. ad te ptinet o ecclesia: gaude q: tibi regnabit: quia tu eris regnum ei⁹ nõ babylonia: vide vt tu sis de syõ ad tẽp⁹ laborãte ꝛ peregrinante. in eternum autem regnatura non de babylonia id est non de huius sclĩ ciuitate pitura. Deĩde dclarat quod dixerat in secula. i. [in gene-rationem] istam [et generationẽ] venturam. i. semper in oib⁹ gñatiõnib⁹ succẽdẽtib⁹. Oro.

Gloriose spei omps deus in quẽ beatorũ aie totã spei pfidentiã ponũt: cõcede nobis vt adiutorio tuo illuminati valeamus te iugiter pura mente diligere. Per dominum.

Psalmus de exhortatione fideliũ ad laudandum Deũ: propter multa beneficia per eum nobis exhibita.

Psalmus. C X L V I.

1 Laudate dñm
quoniam bo-
nus † est psal-
mus: Deo no-
stro † sit iucunda de-

†bonus est. †iucũda sit laus.

coraque laudatio.

¶ Auctor psalmi propheta Dauid. ¶ Titulus alleluia: cuius vocis interpretatio est laudare dominum. Incipit ei a laude dei psalmus et ait de edificatione sancte ecclesie et de multis ad edificationem fidelium pertinentibus in quibus omnibus laudandus est dominus. ¶ Materia: laus dei et allegatio rationum laudis humane. ¶ Intentio: ad laudem dei inducere et exhortari. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo hortatur populum ad laudandum dominum propter multa beneficia per eum nobis exhibita: subiungens quod superbi et contumaces incompositi et audaces de viribus suis presumentes ei non placent: sed qui eum timent et in eius misericordia sperant. ¶ Sententia in speciali: omnes ergo tam maiores quam minores ad laudem inuitans ait. [Laudate dominum] i. omnes de populo et hoc ideo [quoniam bonus est psalmus] id est bona est laus dei vbi opera consonant voci: sicut psalmus fit non sola voce sed in organo manibus voci concordantibus quorum operum laus non debet cessare etiam intermissa vocis laude. Semper enim laudat qui semper bene operatur: qui vero male agit blasphemat. q.d. ideo laudate quoniam bonum est laudare. hec est enim merces tota laudantium et nostra beatitudo. Et quia bonus est psalmus ideo [deo nostro] cuius aures non ad os sed ad cor: non ad linguam sed ad vitam laudatoris patent [sit iocunda] id est delectabilis [decoraque] i. pulchra [laudatio] iocunda est et est decora i. virtutibus speciosa que non est in ore peccatoris qui bone cantilene malis obstrepit moribus. Sic enim deo placens et docens est laudatio nostra si

Augustinus. conueniat vita cum doctrina. Ubi Augustinus. Cum manducas et bibis psalle non internuscendo sonos sed modeste et temperate manducando et bibendo et gratias deo agendo: cibus tuus et potus laudat deum. Si vero modum nature debitum excedas et vino te ingurgites et si lingua laudat vita blasphemat. Si bene viuis laudas cum agis negocium: laudas cum cibum et potum capis: laudas cum in lecto requiescis: laudas cum dormis: plus attendit deus quid viuas quam quid sonet. Ideo etiam laudandus est deus: quia

2 Aedificans Hierusalem dominus: † dispersiones † Israel congregabit. †et †israel colliget.

¶ [Edificans] est [dominus] i. edificat in terra ex viuis lapidibus [hierusalem] spiritualem scilicet generalem ecclesiam cuius pars triumphat in celis et pars militat in terris quam sic edificat: quia [dispersiones israel] scilicet populi christiani ad quem nomen israel qui interpretatur videns deum est translatum. i. fideles varijs erroribus seductos de toto mundo ad se reuocans [congregabit] in ecclesia militante per fidem et in triumphante per apertam visionem. dominus hierusalem quotidie spiritualiter edificat: quia incessanter electos suos corrigit: castigat: iustificat: perficit et in fine ad celestem patriam subleuat. Quadrat nos et polit in edificium ecclesie militantis reposturus in structura triumphantis. Edificium huius ciuitatis est morum correctio: vite emendatio: profectus in bonis operibus: perseuerantia vsque in finem vt inde edificium celeste et ruina angelica reformetur vnde omnes quos congregat subiungit.

3 Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

¶ [Qui sanat] hic ex parte et in futuro plenarie [contritos corde]

id est eos qui offerunt deo sacrificium spiritus contribulati. Sanat contritos corde: sanat humiliatos: sanat cõfitentes: sanat et ipsos iudicantes et punientes quorum perfecta sanitas erit in resurrectione iustorum quãdo absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum [et alligat] modo id est curat et reformat diuina medicina: scilicet virtute sue passionis et sacramentorum que sunt anime medicine [contritiones] id est plagas [eorum] quas eis intulit maligni spiritus rabies seuiens: quas dominus alligat gulosis parsimoniam: lubricis continentiam: et alijs alia suo modo iniungens sicut medicus alligat fracturas infirmorum diuersa emplastra secundum exigentiam apponens: de quibus adhuc subditur.

4 Qui numerat multitudinẽ stellarum: & omnibus eis nomina † uocans.

† vos cat.

[Qui nũerat] i. discernit [multitudinẽ stellarũ] i. electorũ & sctõꝝ ex qbꝰ fundata ẽ ecclesia q lucẽt ṽbo & exẽplo in nocte mũdi huius & in ecclesia sicut luminaria quos numerat i suos: quia oẽs secũ regnaturos habet numeratos. Nouit eñ dñs qui sunt eius. Non numerat deus nisi qui in numero eiꝰ digni sunt: nam qui indignus est nec numeratur [& oibus eis] numeratis [noia vocãs] & imponit ascribẽdo eos iuxta eorum merita in libro vite & eternitate .i. in dei predestinatiõe. Electis suis noia vocat: quia eos ex noie nouit. Bonos quidem nõscit p approbatiões q̃s eligẽdo nũerat malos aũt p iudiciũ reprobatiõis ignorat de q̃bꝰ alibi d̃r. De leãt de libro viuentiũ & cũ iustis

Ps. lxviij.

non scribantur. Et q̃d plura dicã?

5 Magnus dominus noster & magna uirtus eius: & † sapientię eius non est numerus.

† itelligẽtie.

[Magnꝰ] est [dñs noster] in se quo maior esse non potest qui principiũ & finem non habet [& magna virtus eius] in operatione per quã omnia facta sunt & sine quo factũ est nihil [& sapientie eius non est nũerus] .i. finis: quia est infinita & incõprehẽsibilis: nõ enĩ potest ab aliquo cõprehẽdi vel nũerari. Vñ apl's admirãs ait. O altitudo sapiẽtie & sciẽtie dei q̃ incõprehẽsibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vie eius. Bonũ est autem vt cõfiteatur quis infirmitatẽ qui vult peruenire ad intelligendam diuinitatem. Consolatur enim infirmũ nostra cum subiungit.

Ro. xi.

9 Suscipiens mansuetos dominus: humiliãs autẽ peccatores usque ad terram.

[Suscipiens] est [mãsuetos dominus] id est mites & humiles ad intelligentiam arcanorum. Esto ergo mitis: honora scripturam dei nondum tibi apertam vt suscipiat te dñs ad intelligentiam: nõ accuses obscuritatẽ scripturarũ: quia voluit vt exercearis in pulsando vt pulsanti aperiretur. Si autem resistis aduersus clausa dei: audi quid sequitur. [humilians autem peccatores] id est immites et superbos mansuetis et humilibus contrarios [vsq; ad terram] id est vt terrena tantum sapiant. quia enim reprehendunt & irrident intelligibilia / sentiunt & sapiunt terrena. Suscipit etiaʒ mãsuetos hõs

vt protegat et vt remuneret: peccato
res aūt humiliat hic vt deiciat et
ibi vt cōdēnet. Si ergo volumus
suscipi: simus mansueti: pulsemus
et quod sequitur faciamus. q. d. et
vt suscipi valeatis.

7 † Precinite domino
† Incipite in confessione: † psalli
‡ et. te Deo nostro i cithara.

¶ [Precinite] vel incipite. i. canite
[domino in cōfessione] peccatorū et
laudis. Duplex est enim cōfessio et
vtraque triplex: quia tā petm̄ ꝙ lau
dē debemus confiteri corde ore et
opere. Te primum accusa deinde
deum lauda: post cōfessionem vero
sequatur operatio bona. vnde sub
dit [psallite] operibus [deo nostro
in cithara] vbi manus sequitur vo
cē. i. post confessionem operamini
vos ipsos mortificādo vitijs: quia
vocē cōfessionis comitari debet cō
sonantia boni operis. Quia enim
psalteriū a superiori parte: citha
ra ab inferiori reddit sonum: quasi
in psalterio sonum reddimus cum
iā imperfectione vite et virtutibus
laborādo deū laudamus. Quasi vo
in cithara sonū reddere est vitam
corrigere: carnem domare: lachry
mis pctā punire: cor in lamentatio
ne pnīe conterere. Et ideo non ca
nite sꝫ precinite dixit: vt si deo pla
cere volumus prius voce confessio
nis aperiamus mala que gessim⁹
et deinde in opere penitētie labore
mus. Frustra enim peccatum dete
gitur/si non per penitētie labores
emendatur: psallite inquam deo

8 Qui † operit cælum
† cooperit. nubibus: † & parat ter
‡ qui. ræ pluuiam.

¶ [Qui operit celum nubibus etc]
Ad literam memorat opera per
que potestas dei ostenditur: quia
eleuat nubes et eis operit celum et
celat ab oculis nostris et in descen
su earū [parat terre pluuiam] ad fe
cundādum eam. [producit etiā in
montibus fenum] vt sit in cibum
animalium et pecorū [et herbā serui
tuti hominum] i. iumentis que ho
minibus seruiūt et prestant iuua
mentū. Unde et sequitur. [Qui dat
iumentis escam ipsorū] prouidēdo
eis in vite necessarijs [et pullis cor
uorum] quos parentes in tam tenera
etate non pascunt [inuocantibus
eum] et clamantibus pro deside
rio escarum per naturalem appeti
tum eis inditum. Pullos enim cor
uorum speciali prouidentia deus
nutrit quibus miro modo ab aere
pabulum quadam aura delatum
ad os peruenit quod hiantes susci
piunt et sic nutriūtur: dicitur etiā
ꝙ musce et hmōi nutu diuino circa
ora eorum volitant quas de facili
capiunt et sic viuūt. Uel poti⁹ my
stice sic accipe [Qui operit celum
nubibus] i. sacram scripturam et
lucem sue sapientie sub obscurita
te verborum posuit: et quasi sub fi
guris et sacramentis contegit vt
ad querendum incitet. Sacra enim
scripture verba vilescerent si mox
vt leguntur omnibus paterent.
Sed ipse postmodū predicatores
sctōs ordinauit qui eandem obscu
ritatē exponēdo detegerunt: atque
per doctrinam tanꝙ per quandam
pluuiam terrena et infirma corda ri
garent. vnde subdit et inde [parat
terre] i. ecclesie sue sancte et audito
rib⁹ [pluuiā] i. doctrinā spūalē. ad
hoc em̄ obscura quedam voluit esse
in scripturis vt serui dei haberent
quid interpretando in aures et cor
da hoim̄ influerent. Et quid agat
pluuia subiungit

9 Qui † producit in † exoriri facit
mōtibus fœnum & her

bam: seruituti hominū.

℄ [Qui pducit] i. nasci facit non tm̄ i terra humili sed etiam [in mō tibus] i. in excelsis seculi ꝛ magna dignitate preditis [fenū] ꝛ fructum temporalē quē merent semināres spūalia. non est mirū si terra humilis attulit fructum scꝫ vidua que duo minuta misit in gazophilaciū: sed hoc fuit mirabili⁹ ꝙ montis attulit fenum scꝫ zacheus ille princeps publicanorum. Quāto em̄ quis in hoc seculo maior est tāto plus amat diuitias ꝛ tanto magis durus ꝛ sterilis est. Omnia autem ista que ecclesie ad necessitatē deo seruiētium dantur a diuitibus fenū sunt. Carnalia enim sunt ꝛ ad tempus apparentia: ꝛ subiungit quibus producit. s. [ꝛ herbā] scilꝫ ipuꝫ fenū [seruituti hominū] i. predicatoribus qui seruiunt hominibus: per seruitutē enim hōim intelligitur officiū predicatorū: debent ergo sancti viri ab eis corporalia stipendia percipere quibus ipsi student spiritualia seminare.

10 † Qui dat † iumentis escam ipsorū: & pullis coruorum † inuocantibus eum.

℄ [Qui] etiā [dat iumentis] vł pecoribus id est simplicibus ecclesie. s. gregibus dn̄i [escam ipoꝝ] i. diuini verbi pabulū: qꝛ eos pascit de⁹ per homines q̄ accipiūt fenū. i. per predicatores qꝛ largiunt eis spūalia a quibus metūt carnalia: Magna aūt spes tribuit pctōribus cū subinfert [ꝛ] dat escā ꝛ corporalē ꝛ spūalē [pullis coruorū] i. filijs pctōrū denigratoꝝ pctis qui idolis et demonibus seruiebāt [inuocātibus eū] ꝛ ad eius miam recurrentib⁹. Nō solū em̄ pdicatores ꝛ iustos pascit largitas diuina: sed etiā indignos ꝛ peccatores tm̄ iuocare deū ne differāt. Scriptū est em̄. Prope est dn̄s oībus inuocātibus eū in veritate. cum ait oībus neminem excludit. Inuocent ergo filij coruorū non desperent: quia a peccatoribus patribus descēderunt quia in idolatria errauerunt: larga est diuina mia: parata est eniā pctōres suscipere si ipsi non desistant humiliter inuocare. Nam tantū superbis resistit deus humilibus vero dat gratiam. vnde ꝛ subditur.

11 Non in † fortitudine equi uolūtatē habebit: nec in † tibijs uiri † beneplacitum erit ei.

℄ [Non in fortitudine] vel in potētatu [equi] id est in superbia contumaciū: per equū em̄ superbia intelligitur: quia in equo altior incedit homo: ꝛ ceruix eius vere idicat cōtumaciam [voluntatē habebit] i. placitū collocabit. i. non placet sibi [nec in tibijs viri] id est in incōposito habitu ꝛ incessu audacis ꝛ presumptuosi per virū enim andax presumptio notatur: ꝛ in tibijs incessus incōpositus [beneplacitū erit ei] minus dicit scilicet ꝙ non placent, ꝛ plus intelligit scilicet ꝙ displicent. Non ergo se extollant homines in suis dignitatibus: non presumāt de suis honoribus. non enim in supbia nec in presumptione delectatur deus. In illis ergo non est beneplacitum deo: sed

12 † Beneplacitum est domino super timentes eum: & in eis qui sperāt super misericordia eius.

℄ [Bn̄placitū est dn̄o sup timētes eū] timore filiali ꝛ casto: q̄ vtiqꝫ nō

Marginalia (left): fet. † pecoribus. † tā iuocant.

Marginalia (right): ps. cxliiij. † potētatu. † tabernaculis. † bn̄sentiet. † dn̄s sentiet domin⁹ i timēti b⁹ eū. ꝛ i bis q̄ sperant in mia eius

confidunt de virtute sua sed diuina [et in eis qui sperant super misericordia eius] quia non presumunt de sua iustitia sed de dei mia: nec confidunt de meritis sed de gratia. q. d. beneplacitum est dño in his qui timent et sperant. Timori spem coniunxit quia timor sine spe venie non valet: nam timor sine spe non meritum sed penam habet. Ergo sic time dñm vt speres in misericordia eius: et ab ipso ad ipsum fugias. vis fugere ab irato fuge ad placatum. Confitere pctã tua: time quia iustus est: sed noli desperare quia misericors est placabis eum si speres in misericordia eius: atque de cetero ita peccare caueas vt de preteritis deprecceris vt tibi dimittat. Oro.

Edificator celestis hierusalem deus qui multitudinem stellarum et concludis nũero et noiatim singulas vocas: sana qs côtritos corde: dispersos côgrega: atque nos innumerabili sapientia tua locupleta. Per dominum.

Psalmus de inuitatione ecclesię triumphantis ad laudẽ diuinã: propter plura beneficia misericorditer sibi collata. Psalmus.CXLVII.

1 [celestis laudã.] Lauda Hierusalẽ dominum: lauda Deũ tuũ Syõ.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titul⁹ alla aggei et zacharie. Et est sensus: hic ẽ alla. i. laus dei laudo dico aggei et zacharie de reparatione celestis hierlm quã illi pdixerũt et ppterea deũ laudauerũt. Isti em pphete i captiuitate babylonie pphetauerũt repationẽ terrene hierusalẽ in qua intellexerũt spũalem restaurationẽ celestis hierlm: et pp ea dñm laudauerũt et ppheta dd p eadẽ hic deũ laudat sicut illi pphete sub figura laudauerũt laudatio eni illorum prefigurabat istã. Et facit iste psalmus in nobis amorẽ future hierusalem quã multiplicit commẽdat vt suspirem⁹ ei et ad illã venire desideremus. ¶ Materia: inuitatio ecclesie triũphãtis ad laudẽ diuinã propter bñficia diuersa sibi collata. ¶ Intentio: inducere et monere fideles ad laudem et hic pura mente conuersari atque digne deo in hac peregrinatione militare et côtinue ad celestẽ hierusalẽ et syon cũ desiderio ad eã veniendi. suspirare. ¶ Sentẽtia in generali: propheta in isto psalmo alloquit hierusalem et syon supernã scz triumphantem ecclesiã: vt quia secura iã reddita in ciuibus suis est/deũ iugi exultatione collaudet: enumeratque quãta populo suo fideli tempore noue legis ac veteris pi⁹ miserator indulserit. ¶ Sñia in speciali: in captiuitate ergo huius seculi adhuc côstitutus propheta videns beatũ populum eterne hierusalem quasi coniungẽs cor ei dicit [Lauda] o [hierusalem] celestis iam secura [dominum] rectorẽ tuũ. hoc enim solum est continuum negocium tuum. hoc ideo dicit propheta vt nos modo exultemus in spe et desideremus ipsam qui audimus eam sic ructantem dei laudem et repetit [lauda deum tuum] o [syon] celestis. eadem enim est hierusalem et syon: nam hierusalẽ interpretatur visio pacis. syon speculatio vel contemplatio. et visio pacis est contemplatio christi qui est pax nostra: et ponitur hic continens pro contento. q. d. o habitatores hierusalem et syõ laudate dominũ deũ

vestrũ. Et subdit causas laudis.

2 Quoniã † cõfortauit seras portarũ tuarũ: benedixit † filijs tuis in te.

†cõfirmauit vectes †filios tuos.

¶ [Quoniã cõfortauit] vel cõformauit nõ tñ posuit hoc qd futurũ ẽ enũciat quasi iã transactũ sit: solẽt enĩ pphete futura ita eẽ cognita quẽadmodũ pterita [seras] vl vectes & clausuras [portarũ tuarũ] pectũ cõfirmatio nõ fit nisi clausis ptĩs p hoc & notat clausã eẽ ianuã admissis prudẽtibus & exclusis fatuis virginib⁹ & ideo secure tũc laudet qz nemo exit vnde doleat: nemo intrat quẽ timeat: qz nõ exit inde amic⁹ nec intrat illuc inimicus. et [benedixit] dãdo multiplicia bõa eterna [filijs tuis] scz beatis [i te] existẽtib⁹ quos olĩ pepenisti. qui iam quiescunt in te nec foris peregrinatur: benedixit in q̃ ille

3 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti † satiat te.

†satians

¶ [Qui posuit fines tuos pacẽ] perfecta vt ex nulla pte possis cõcuti & turbari. quicqd enĩ in te est pace fruitur: hierlm quippe visio pacis est. Et in pace illa est saturitas & nulla indigẽtia. vñ subdit [& adipe] i. medulla [frumẽti] i. pane qui de celo descẽdit & intima dulcedine iesu xpi q̃ dicit seipũm granũ frumẽti [satiat te] plenissime. Per adipẽ intelligim⁹ diuinitatẽ cui⁹ cõtẽplatiõe satiabimur q̃si amoto cortice. Carne enĩ clausus in mũdo sola fide cognit⁹ est: tũc autẽ videbim⁹ sicuti est & illa
Ps. xv cipit perfecta saturitas. Vñ alibi Satiabor: cũ apparuerit glĩa tua Et pdicta erũt ibi sz iveri i pegrinatiõe hac dabit nobis ista qz ipẽ est

4 Qui emittit † eloquium suũ terræ: † velociter currit † sermo eius.

†vbũ †vsq3 & velocitatem †vbũ.

¶ [Qui emittit eloquium suũ terre] scz quando vbũ in carne misit mũdo vt i terra cognosceref: q̃ cũ olĩ locutus est patrib⁹ i pphetis nouissime locut⁹ est nobis in filio. Uel [emittit eloquiũ suum terre] i. verbum euãgelicum qd precepit publicari p orbẽ terrarũ [velocite currit sermo] & verbũ [ei⁹] qz xps vel sermo xpi cito impleuit mũdũ cogitatione veritatis. Uel qz dei sapientia nõ cessat oẽs admonere & sermo dei velox ad oẽs puenit oib⁹ se offert: oẽs admõet et nesciẽtib⁹ occurrit vel qz velociter iplet quod dicit & pcipit ac si verbũ ei⁹ curreret. deinde ostendit quis sit huius verbi effectus. d.

5 † Qui dat niuem † sicut lanam: nebulam † sicut cinerem spargit.

†nos habs q̃ †velut †velut

¶ [Qui dat niuem] i. petõres peccantẽ ex fragilitate & ad modum niuis frigidũ & charitate nõ calẽtem [sicut lanã] i. ad modum lane calidũ facturus ide vestẽ qz petõres frigidos p culpã reddit callidos p grãm: et de eis fecit vestẽ christi sine macula et ruga [et nebulam] id est nebulosum et obscurum peccantem scilicet per ignorantiã [sicut cinerẽ spargit] i. sicut vbe penitentẽ facit qui se i cinere et puluere humiliat. Cinis enĩ ad humilitatẽ & penitentiã ptinet qz cinis & ciliciũ sũt arma penitẽtiũ.

†qui cinerauit.

6 † Mittit cristallum suam † sicut buccellas: † ante faciem frigoris eius quis † sustinebit

†velut frusta panis. †in †subsistet

¶ [Mittit cristallũ suã] que dicit esse glacies diu indurata vt resolui nõ possit .i. peccatores obstinatũ & in malicia ↄgelatũ [sicut buccellas] .i. frusta panis vt incorporetur ecclesie ac incorporet illos & ab eis incorporet eosq; verbo & exemplo pascat quasi panis & reficiat. Talis cristall⁹ fuit Paul⁹. matheus. Aug⁹. & plures hmõi. Ecce qdã sunt nix nebula & cristalli⁹. et hec de⁹ soluit sz nisi soluat [qs sustinebit?] vel subsistet [ante faciem] & pñtiã [frigoris] vitiorũ & obstinationis. frigoris dico [ei⁹] .s. dei nõ qz illõ faciat sz qz fieri sinit .s. pctõrem deserendo. q.d. si non vocat pctõrẽ: si nõ aperit sensum: si nõ infundit gratiã solui nõ potest etiã si velit. sed noli desperare: liberat enim gratia dei per iesum christũ dñm nostrum. Unde sequitur.

7 Emittet uerbum suũ † & liquefaciet ea: † flabit spiritus eius & † fluent aquæ.

† habe-faciet † spira-bit. † pflu-ent.

¶ [Emittet] .i. extra mittet dñs pater [verbũ suũ] id est filium carne assumpta. & per hoc [liquefaciet ea] scz niuem nebulã & cristallum verbo nãq; dei veniente nec frig⁹ nec obscuritas nec duritia potest desperare. aduentus eni xpi oĩa supradicta soluit & soluta spũalis bñficij fluenta alijs infundunt vnde subdit [flabit spiritus eius] sicut calidus auster scz spiritussanctus in huiusmõi corda infundendo grãz vt frig⁹ & caligo expellat. & quod ante durũ erat molle fiat [& fluẽt aque] .s. fluenta doctrine & gratie vt inde bibant alij. Uel [emittet verbũ] predicationis & flante spũ [liquefaciet] & dissoluet [ea] q̃ sũt ↄgelata [& fluẽt aque] lachrymarũ resolutis cordib⁹ ↄgelatis. Ita vt dictũ est mystice hec pdicta sane accipiũtur. Ad literam vero manifesta sunt. qz spargit deus niuem q̃si lanã / nebulã vt cinerẽ cristallũ facit vt frusta candidi panis q̃ magna dei mõstrãt opa: sed aliud innuũt mystice intellecta. eius insignam spiritus flabit.

8 † Qui annũciat uerbũ suũ Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.

† annũ-ciãs

¶ [Qui annũciat verbũ suũ] scz incarnatũ vel verbũ euangelicuz [iacob] iuniori scz populo .i. christiano p iacob significato. & annũciat [iustitias & iudicia sua] .i. iusta iudicia sua [israel] .i. pplo fideli deum p fidẽ videnti. idẽ eni significat p iacob & p israel scz popul⁹ fideliũ cui annũciat iusta sua iudicia scz q quicq̃d gen⁹ humanũ ppessus est merito ppessuz est supbie & elationis in deũ: & q nõ tm iniusti, sz etiã iusti p suo merito iusto dei iudicio hic patiũtur: & q non suis meritis: scz gratia dei liberantur. Uel [iustitias] quibus iustos gratis iustificat [& iudicia] quib⁹ penitẽtes flagellat.

Non fecit † taliter omni nationi: † & iudicia sua nõ manifestauit eis.

† sic vniuerse gẽti. † non hs ei.

¶ [Non fecit taliter oĩ nationi] vel gẽti sicut pplo huic fideli speciali & electo credẽti ei [& iudicia sua] pdicta [nõ manifestauit eis] scz alijs nationib⁹: nõ oĩ gẽti nũciauit de⁹ sz soli nouissimo fideli populo in quo sunt & gẽtes q iã nõ dñt dici gẽtes: sz ppls vn⁹ in xpo Oẽs eni credentes i xpo ipi sunt in corpore christi & sunt de semine abrahe: & sunt iiacob & i israel: vñ etiã grati magis esse debem⁹ ras-

tione bonorū beneficiorū specialiter nobis exhibitorum. Studeamus ergo spūaliter esse in iacob supplātantes ꝛ eradicantes vitia: et carnales concupiscentias: luctātes et apprehendētes diuinā miām atq; eā firmiter retinētes vt mereamur esse israel id est deū videntes: atq; ex eius beata visione valeam⁹ iustitias et iudicia eius ꝓprehendere. Uł ad literā ꝑ iacob ꝛ Israel iudeos accipit quib⁹ per seipm xp̄s verbū suū annūciauit ac iustitias et iudicia sua eis manifestauit qḋ alijs nō fecit: q: ꝑ se alijs non predicauit. Oratio.

Conforta domine portas ecclesie tue: et pone terminis eius pacē: eiq; adipem spiritualis tritici dignanter attribue. Per dominum.

¶ Sequēti psalmo quedā vtilia p̄
Augu. mitit Augustin⁹ dicēs. Meditatio vite p̄sentis nostre i laude dei esse debet: quia exultatio sempiterne future vite nostre laus dei erit: ꝛ nemo potest idoneus fieri vite future qui non se ad illam modo exercuerit. Modo ergo laudamus deū sed et rogamus deum. laus nostra letitiam habet: orō gemitum. promissum est nobis aliquid quod nōdum habemus: et quia verax est qui promisit in spe gaudemus: q: tamen nondum habemus in desiderio gemimus. Laudamus modo in ecclesia omnes quando congregamur: cumquisq; discedit ad propria quasi cessat laudare dominum; non cesset bene viuere et semper laudat deum. Tunc desinit laudare dn̄m quando a iustitia et ab eo quod illi placet/declinat. nam si a vita bona nunq̄ declinet lingua tacet: vita clamat: ꝛ aures dei sunt ad cor eius. Quomodo enim aures nostre ad voces nostras sic aures dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri vt habeat mala facta qui hꝫ bonas cogitationes. Tot⁹ ergo hō laudet deū: cāt ꝛ vox cantet vita: cantēt facta. Ecce iste psalmus distribuit vniuersam creaturam laudantem deum et tanq̄ hortatur vt laudet: et quasi inueniret tacentes laudem domini exhortatur vt surgant ꝛ laudent. ait em̄.

Psalmus de inuitatione omnium creaturarum ad laudandum Deum: quia ab ipso omnia sola uoluntate & prçcepto sunt creata.

Psal. CXLVIII.

Laudate dominum de cçlis: laudate eum in excelsis.

¶ Auctor psalmi propheta dauid. ¶ Titulus alla aggei ꝛ zacharie. Et est sensus: hic est alla id est laus dei aggei ꝛ zacharie. i. pro futura liberatione ꝑ qua predicti prophete laudauerunt. Isti enim prophete q̇ in babylonica captiuitate predixerūt liberationem terrene hierlm multum nos erigunt ad futuram liberationem celestis hierusalem: quā sub illa actuali intellexerūt ꝛ pro ea spiritualiter laudauerūt vt nos eoꝝ exemplo quasi huius nostre peregrinationis babylone cōtēpta securi p̄meditemur hic laudē quā in eternū soluem⁹. ¶ Materia exhortatio creaturarū oīm ad laudandum deum. ¶ Intentio monere ad persoluendum laudem deo. ¶ Sententia in generali: propheta in isto psalmo inuitat omnes creaturas per paucarum enu

meratione ad diuina laudem. Ista autem inuitatio non est nisi quedam demonstratio quod omnis creatura ad deu laudadu est creata. Unde intellectuales creature vt angeli et homines laudant per se: intellectu vero carentes laudant inquantum ex se ducunt in cognitione dei et per consequens ipsius laude. Et primo ad laudem dei hortatur celestia: deinde terrestria. ipse enim fecit celu et terra et in celestibus et in terrestribus continent omnia. ¶ Omnia in speciali: propheta ergo angelis deu laudatibus congratulas ait. [Laudate dnm de celis] .i. o vos creature et substantie celestes que estis de celis et habitatis in eis scilicet angeli qui in celo empireo facti estis. Non precipit vel monet angelos hoc facere sed aggratulatur eis hoc facientibus: quia placet sibi quod faciut et leuato corde cum illis est in spe sicut aliquibus bene operantibus applaudentes dicimus facite facite. Sed quia no omnes in loco originis remanserut addit [laudate eum] qui estis [in excelsis] et in eminentia vestre beatitudinis vbi per gratiam perstitistis. Deinde magis specialiter exprimit et se exponit

2 Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes uirtutes eius.

¶ [Laudate eu omnes angeli ei9] id est nuncij diuine voluntatis ad annunciandu eam a deo deputati et eosdem sub alio nomine exhortas dicit [laudate eum omnes virtutes] et exercitus [eius] id est ipsi angeli ad exercedas operationes mirabiles costituti. Uirtutes quadoque pro vno ordine ponitur: sed hic generale nomen est omniu celestiu spirituu que etia angeli dicutur du in ministeriu mittuntur. Dictis de inuisibilibus egit a quibus tanquam a dignio ribus incepit. deinde transit ad visibilia que nun9 sunt digna dicto.

3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stelle & lumen.

¶ [Laudate eum sol] scilicet luminare maius [et luna] luminare minus [laudate eu omnes stelle] scilicet luminaria minora in apparentia. Sol et luna et stelle deum laudant in eo quod a suo officio et seruitio no recedunt. seruitium enim ipsorum laus dei est [et lumen] id est effectus corporum luminosorum. q.d. illa laudent non solum in se sed etiam in effectu vel per lume generaliter accipit oe quod lucet et omnia lume habetia que dinumerari no possunt.

4 Laudate eum celi celorum: & aque omnes que super celos sunt laudent nomen domini. Dan. iij.

¶ [Laudate eu celi celorum] pluraliter dicit: quia plures sunt celi: scilicet aereum: sidelium: cristallinum: empireum. Uel [celi celorum] id est celum empireum vbi est mansio beatorum. Et quia mansiones ibi sunt multe, ideo hic dicitur celi in plurali et celum celorum: quia est super omnes celos alios [et aque que super celos] scilicet aereos [sunt] scilicet in nubibus que diuise sunt ab his que sunt sub firmamento. Uel celum cristallinum quod dicitur aqueum: no propter natura aque sed perspicuum est vt aqua sicut celum empireum dicitur a pir quod est ignis non quod sit igneum natura sed quia lucidu est vt ignis. Empireu vn dicitur. Aquas que super celos sunt ideo deus ibi creauit vt earum frigiditate temperetur feruor generatus ex motu firmamenti ne inferiora destruantur. Unde dicit Beda. quod gla- Beda

giali soliditate in more cristalli super firmamentum aque sunt suspense: et dicte sunt celum cristallinum propter similitudinē cū aqua in dyaphanitate. quia [laudent nomē domini] ratiōe creationis sue. hec per se deū nō laudant sed sunt nobis materia laudandi deū perstrinxit et conclusit celestia deū laudantia et subiūgit quare illum laudent dicens

5 † Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

[Quia ipse] dn̄s [dixit] .i. voluit. suū enim dicere est velle [et facta sunt] p verbū suū put voluit [ipse mandauit] verbo suo .i. p̄cepit fieri [et creata sunt] de nihilo. q. d. merito hec omnia laudant deū q̄ fecit ea: q2 sola voluntate et p̄cepto creauit oīa. Nulla virtus maior: nulla laus sublimior: dei iussisse fecisse est: vna natura iubet et facit. deus iubet/ de9 facit: per verbum .i. per christū ista creata sunt. nemo enim dicat: nemo mandat. Et

6 Statuit ea in seculū & in seculū seculi: præceptum posuit & non præteribit.

[Statuit] .i. stabiliter ordinauit ea scз angelos virtutes omnes: omnia celestia. omnia superiora: ciuitatem supernam bonam sanctā beatam in locis suis et ordinibus. [in seculum et in seculum seculi] .i. in eternū mãsura: scз tm̄ substātiā: quia etsi p̄terit huius mundi figura non tamē substātia [preceptum posuit] .i. legem et cōditionē ac ordinē intrāsgressibilē eis posuit vt ei obediant eum laudent. hoc enim eius negociū eorū semp laudare dn̄s [et nō p̄teribit] .q. d. nō fiat sed fixum et permanēs erit. laudēt eū oīa vel in se vel in alijs. Grandis hominis honor et grandis infelicitas. Astra et elemēta domini seruiunt et ipse creatorē suū ignorat. Totus mundus deo obedit et preceptum dei meminit: et homo solus non meminit. O felix hominū genus. Deinde postq̄ dixi de laudibus celestium cōuertit se ad terrena et ait

7 Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.

[Laudate dn̄m] o vos creature que estis [de terra] vel in terra. in quo hortat nos vt consideratione eorū que sunt in terra laudemus deū que p̄siderata aperiūt dei laudem scз [dracones] qui in cauernis terre circa aquas manent: et prodeūtes de speluncis in aere ferūtur et aer p eos cōcitatur: quibus nem sunt maiora animātia sup terrā. et ideo ab eis cepit. Per dracones ēt cetbe grandis q̄ in abyssis aquaꝝ habitāt intelliguntur [et omnes abyssi] .i. p̄funditates aquarū que latent in visceribus terre et maris oīs et per hoc notat elementum aque.

8 Ignis, grando, nix, glacies, spiritus † procellarum: quę faciunt uerbum eius. †tēpestatis.

[Ignis] et p hoc notat elemētū ignis. [grādo] q̄ fit i supiori pte aeris [nix] i media [glacies] i inferiori [spirit9 pcellarū] .i. ventus tēpestatū q̄ pcellas facit in mari/ laudent nomē domini et p ista quatuor tāgitur elemētū aeris [q̄ faciūt verbū ei9] .i. obediūt sermoni et p̄cepto dei faciendo id ad quod

13 Confessio eius † su- †i celo & i terra.
per cælum & terram: &
exaltauit cornu populi
sui.

